
HDI
HW 2JDX 5


SIGILL : COLL : HARVARD : CANTAB : NOV : ANGL : 1650
CHRISTO ET ECCLESIAE
The Gift
of
Thomas Aston Coffin, Esq.
Commissary General
in the
British Service
Recorded 26 June
1809
BOSTON.

HOMERI CARMINA

CVM BREVI ANNOTATIONE

ACCEDVNT

VARIAE LECTIONES ET OBSERVATIONES VETERVM GRAMMATICORVM CVM NOSTRAE AETATIS CRITICA

CVRANTE

C. G. HEYNE

TOMVS TERTIVS

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
LONDINI
APVD I. PAYNE ET MACKINLAY
MDCCCII

VERSIO LATINA

ILIADIS

PRAEMISSA COMMENTATIONE

DE


SVBSIDIIS STVDII

IN HOMERICIS OCCVPATI

CVRANTE

C. G. HEYNE

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA.
LONDINI
APVD I. PAYNE ET MACKINLAY
MDCCCII


HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

DE SVBSIDIIS

STVDII

IN HOMERICIS

OCCVPATI

DE SVBSIDIIS STVDII IN HOMERICIS OCCVPATI.

Antequam de iis, quae mihi ad manus fuere, recte agere possim: praemittenda mihi sunt nonnulla generatim de lectione per editiones propagata, de codicibus, et Scholiis antiquis. Est itaque dicendum I. *de editionibus Homeri*, II. *de Codicibus MS.* III. *de Scholiis antiquis.*

I. *Editiones, quae criticum vsum habent, cum lectionis vulgatae fortuna.*

Editionum recensum editum in Biblioth. gr. Fabricio-Harlesiana iis, qui omnium editionum indices et annos cognoscere volent, inspiciendum esse per se patet. Mihi tantum id agendum est, vt earum editionum enumerationem faciam, quae vsum criticum habere possunt; *) et inde appare-

*) Nulla facile in iis est editio, si modo vere extitit, cuius non possit genus ex eo, quem dedi, recensu, constitui, saltem probabiliter. Dixi, si modo extitere, nam errore numerorum et nominum haud paucae editiones quae memorantur, litura obducendae sunt; multae Iliadem complecti feruntur, sunt tamen partes editionum, aut rhapsodiae sigillatim vulgatae.

bit, editiones critici vſus eſſe pauciſſimas, videlicet, Florentinam, Aldinam ſecundam, aliqua ex parte Argentinam primam, tum Romanam, Adr. Turnebi et Henr. Stephani, qui lectionis inde vulgatae auctor eſt habendus; claſſicas autem eſſe nonniſi duas, Florentinam et Romanam.

Homeri editio princeps Florentina ſol.
1488.

Graeca in ſine ſubſcriptione edocemur, abſolutam eſſe eam Florentiae, ſumtibus Bernardi et Nerii Tanaidis Nerilii f. Florentinorum; labore et ſollertia Demetrii Mediolanenſis Cretenſis a. MCCCCLXXXVIII, IX Decembr.

Petro Mediceo (Petro Medicae, Laurentii filio, ſcribitur) librum inſcribit breui epiſtola latina, *Bernardus Nerlius* ſeu Nerius *) praeter Nerii fratris liberalitatem laudat Ioannis Acciaioli

*) In praef. fronte Nerlius, mox iterum Nerius. In Graecis eſt: *τῶν τινες ἐκ τῆς περιφανοῦς πόλεως Φλωρεντίας εὖ πεφυκότων νέοι καλοί τε κἀγαθοὶ φιλομαθεῖς τε καὶ φιλέλληνες, δύο μὲν ἀδελφὼ, Βέρναρδος καὶ Νέρις, τὼ Νηριλλίω, τρίτος δὲ σὺν τούτοις ἑταῖρος αὐτοῖν, Ἰωάννης ὁ Ἀκκίολος, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως, ἐπιπνοίᾳ τινὶ ἀνεφάνησαν εὖ μάλα πρόθυμοι εἰς τόδε τὸ ἔργον.* Iuuenum horum nobiliſſimorum nomen ac memoria ad omnem poſteritatem cara et grata eſſe debet, qui ſuis ſumtibus tantum inceptum ad effectum perduxerunt. Quam generoſioris indolis teſtis haec liberalitas eſt habenda, quanto illa illuſtrior et ſalubrior, quam ea, quae in vanam oſtentationem opes a maioribus partas prodige et temere effundit! Saluete, iuuenes nobiles et generoſi, *χαίρετέ μοι — καὶ εἰν Ἀΐδαο δόμοισι!*

auxilium, Demetriique Cretensis dexteritatem; inprimisque hoc opportunum fuisse maximeque optatum, quod ad hanc rem Demetrium Chalcondylen Atheniensem nactus erat, virum ea tempestate doctissimum, praeceptoremque suum, a quo huiusmodi opus accuratissime recognosci posset. Memorat paria Demetrius Chalcondyles in praefatione graeca, e qua id quoque patet, quod ex ipsa re apparet, praecipuam eius operam in eo substitisse, vt totum carminum Homericorum corpus partibus in vnam compagem collectis edendum curaret; in iis quae ad sensum et sententiarum nexum spectant, vix aliquid desiderari sperat; si qua sint vitia, operarum ea esse; nisi forte in hymnis, et batrachomyomachia foede corruptis. „O quantum, exclamat, gauisuri essent maiores nostri, si illis nuntiaretur, rem ipsis tantopere desideratam et in votis habitam, vt Homeri exemplaria essent paratu facilia, nunc euentum habere."

Studiis autem horum virorum, quanta gratia a posteritate debeatur, intelligetur, si reputaveris, quam tenuia et exilia eo tempore graecarum litterarum fuerint studia. Ex pristina caligine, in qua situ et squalore barbariei oppressa latebant, in lucem vix ea tum emerserant. Inter controuersias Latinorum et Graecorum Monachi Graeci adierant Italiam, et Itali Graeciam; per legationes mutuas Romam et Constantinopolin inuicem missas, et per Monachos Monasterii S. Basilii in Calabria apud Hydruntum, de litteris Graecis iterum Itali leuem auditionem accepe-

rant; narratum eſt, miſſo a Nicolao Sigeros Conſtantinopoli a. 1354. ad Petrarcham Homeri codice, nondum fuiſſe aliquem in Italia, qui graeca legere poſſet. Primus *Barlaam, Calaber* Monachus, qui 1348 obiit, nonnulla e graecis latine verterat; eius diſcipulus, *Leontius Pilatus,* (Bocatii praeceptor, v. in Opuſc. meis Vol. III. de Demogorgone Bocatii p. 304) primus Florentiae Homerum enarrauit. a. 1360. Inde alii Graeci Florentiae, Venetiis, Mediolani, Ticini, Romae aliisque vrbibus litteras Graecas docere, nonnulla etiam, quae ad litterarum graecarum elementa ſpectabant, vulgare coeperant: Ge. Lecapenus, Manuel Chryſoloras, Emanuel Moſchopulus, Georgius Gemiſtus Pletho, Beſſario Card., Andronicus Calliſtus, Theodorus Gaza, Io. Argyropulus, Georgius Trapezuntius, Conſtantinus Laſcaris, magiſter P. Bembi, cumque his *Demetrius Chalcondyles,* Theodori Gazae diſcipulus, qui Florentiae et Mediolani litteras Graecas docuit, anno 1511 fatis functus. Hic igitur adoleſcentibus nobiliſſimis ſtudia ſua addixit, vt Homerica collecta prelo ederentur, ea aetate qua vix parui alicuius libelli graece prelo excudendi apparatus idonei ſuppetebant. At idem, quod Bernardus narrat, Homeri opera „*cum Euſtathii commentariis conferens examinauit atque emendauit*" hoc quoque ipſe in Graecis affirmat; potuit id fieri in ſingulis locis; non vtique in tota Jliade; obtigerant autem Demetrio codices ſi non optimi, ſatis tamen boni; ita vt Homericae lectioni omni-

no fundus idoneus in principe statim editione substratus esse videri debeat. Adiectae statim in hac editione Vitae Homeri, quae Herodotum et Plutarchum auctores prae se ferunt, cum Dionis Oratione LIII. de Homeri laudibus.

Sequutae sunt *Aldinae* non vno eodemque loco habendae. *Prior* quidem

„Ὁμήρου Ἰλιάς. *Homeri Jlias. Aldus — cum ancora delphino implicita.* (1504. 8) subiectae in fine seu fronti praefixae (variant enim in ordine vetera exemplaria cum Aldina tum aliorum typographorum; forte et bibliopegorum) vitae Homeri Herodoto et Plutarcho tribui solitae. Inscribit Aldus librum Hieronymo Aleandro.

„Ὀδύσσεια. Βατραχομυομαχία. Ὕμνοι λβ. *Vlyssea. Batrachomyomachia. Hymni XXXII.* Aldus. cum signo. Inscriptus et hic liber Aleandro, cum subscriptione: *Venetiis secundo Calendas Nouem. M. D. IIII.* Sed in neutra praefatione aliquid de Homero.

Expressum in prima hac Aldina esse exemplum Florentinum, docuit iam Ernesti: qui et var. lect. dedit. Vitia Florentinae, etiam operarum, pleraque relicta sunt; sunt tamen sublata alia; v. c. K, 362 μεμηλώς, nunc est μεμηκώς. nonnulla quoque emendata, vix sine codice: vt Δ, 183 ἐπιθαρσύνων vbi Flor. sola habet ἐπιθαρσήσας. E, 96 πρόσθεν nunc πρὸ ἕθεν. Versus Π, 381. ἄμβροτοι, οὓς qui in ed. Flor. aberat in hac additus est. Π, 430 ἐπ' ἀλλήλοις ἐπέρουσαν mutatum ἐπ' ἀλλήλοισιν ἔρουσαν. Ρ, 449 οὐ γὰρ ἐάσω Ald. 1. statim reposuit pro οὐδέ τις ἄλλος.

Altera editio Aldina:

priori, paginarum numero, habitu ac distributione, ſimillima, niſi; quod ad calcem Odyſſeae: *Venetiis in aedibus Aldi, et Andreae Aſulani ſoceri. M. D. XVII. Menſe Iunio* 8. 1517.

Ipſa praefatio ex priore, cui ad paginarum quoque conſenſum reſpondet, repetita; nec vllum aliud indicium eſt manus doctae, quae plurima in hac editione mutauit, interdum et deprauauit; quod et Erneſti comparatione vtriusque editionis didicit; varietate quoque lectionis inde appoſita. Paſſim tamen vitia operarum illata ſunt, quae inde manarunt in ſeqq. edd. ex ea exſcriptas; emendata illa ab Argentinis, pauca a Francino, pleraque cum aliis vitiis a Turnebo ex ed. Rom. ſublata: quem plerumque ſequutus eſt Stephanus: dux ſequentium edd. v. c. K, 115. Ald. 2. dedit: Νεικέσσω, εἴπερ μοι νεμεσήσεαι. Prius νεικέσσω iam Ald. 1. e Flor. ed. dederat; idque regnauit in edd. vsque ad Romanam, in qua emendate: νεικέσω. Alterum operarum vitium, pro quo iam antea in Flor. et Ald. 1. expreſſum fuerat, νεμεσήσεαι, ſeruatum tamen ex Ald. 2. in apographis, donec tolleretur in Argentina. J, 327 emendatio μαρναμένοις in ed. 2. occurrit non bene relicta ab aliis. J, 570. vbi Flor. Ald. 1. dederunt ἐλίσσοντο, habet Ald. 2. ἐνίσσοντο vitioſe; hoc repetunt Ald. 3. Iunt. 1. 2. Farr. 542. Heruag. omnes. At ἐλίσσοντο iterum Louan. Arg. 2. Ven. 551. Baſ. 558. Turn. Steph. Bergl. ἐλλίσσοντο Criſp. Barn. Ceterum duae hae editiones Aldinae fontem con-

ſtituunt editionum ſequentis aetatis, modo ſecunda ſola, modo prior, modo vtraque comparata, vsque ad editionem Romanam, quam tamen nemo ante Turnebum ad perpetuam carminis emendationem adhibuit; ſatis viſum, interdum conſulere aut inſpicere.

Tertia Aldina, ſimili prorſus titulo et habitu; niſi quod ad calcem: Venetiis in aedibus Aldi, et Andreae Aſulani ſoceri. M. D. XXIIII. Menſe Aprili. 1524. 8.

nil niſi Aldinae ſecundae eſt repetitio, quod vſu quoque cognouit Erneſti, appoſita quoque ex ea lectionis varietate. Sunt in ea lectiones, etſi rarae, in quibus ab Ald. 2. receſſit. Sic K, 275 pro πελλὸν, quod Ald. 2. intulerat, reſtitutum eſt Παλλὰς Ἀ. at J, 327 μαρναμένοις ex ea retinuit: quod iterum dimiſit ed. Argent. Hoc tamen miror, cum Scholia antiqua, vulgo ſub Didymi nomine a multis laudata, nos breuia appellamus, Romae 1517 prodiiſſent (ſine Jliade) eodem anno, quo Aldina ſecunda, in qua quidem vſus eius aliquis eſſe non potuit; mox repetita a Franc. Aſulano 1521. (Scholia in Odyſſeam prodiere demum 1528) horum tamen vix vſum aliquem animaduerti in editione Jliadis 1524.

Ante hanc Aldinam tertiam prodierat Iuntina prima 1519 ex Aldina ſecunda expreſſa: de qua paullo poſt memorabo; vt et de Louanienſi 1523. Nam memoratu dignior eſt Argentina, quae altero poſt Aldinam tertiam anno prodiit.

Argentinae.

Et prima quidem:

Ομηρου Ιλιας. Ἡ τῆς αὐτῆς πολύπλοκος ἀνάγνωσις. *Argent. ap. Vuolf. Cephalaeum. anno* M. D. XXV. 8. 1525.

Οδυσσεια. Βατραχομυομαχια. ὕμνοι. λβ. Ἡ τῶν αὐτῶν πολύπλοκος ἀνάγνωσις. (ſubiunctis Vitis Homeri Herodoto et Plutarcho tributis) *Anno M. D. XXV.* 8. 1525.

Ad calcem ſecundi huius voluminis: Ἐν Ἀργεντοράτῳ παρὰ Βολφίῳ τῷ Κεφαλαίῳ. Ἔτει τῆς σωτηρίας ἡμῶν α φ κ ε. Μηνὶ ἐλαφηβολιῶνι. Poteſt haec editio ex Aldinis II. et III. expreſſa, etiam ad paginas, (et quidem ita, vt tertia operis exprimenda tradita eſſet: ita J, 342 αὐτοῦ correcte habet ex tertia, quod in ſecunda erat αὐτοῦ· ita et K, 275 Παλλὰς Ἀθηναίη.) inter Criticas haberi, hactenus quidem, quod ad Argentinas expreſſae ſunt Baſileenſes, et quod vnam ex his Stephanus, etſi correctam a ſe, ſubſtrauerat ſuae editioni, quae exinde exemplum vulgare factum eſt; tum quod Io. Lonicerus, qui eam curauit, nactus exemplar Florentinum 1488. contulit cum Aldina vtraque (pr. 1504. et alt. 1517) „*Proinde*, inquit, in praef. ad Philippum Melanchthonem, *nihil temere immutatum eſt vsquam, varias modo lectiones in vnum redactas calci ſubnectere conſilium fuit, quo liberum cuique maneat ſeligendi quod velit.*“ Haec eſt illa ad calcem adiecta et in aliis edd. iterata πολύπλοκος ἀνάγνωσις ἐκ τῆς Φλωρεντίνης, καὶ τῆς

ἑκατέρας Ἀλδίνης, ἐκλέκτων συλλεχθεῖσα. Apparet inde dilectum lectionis non ſine iudicio eſſe habitum; modo enim Florentina, modo Aldina (ed. 2.) lectio eſt praelata. Lectiones, quae primum in ea apparent, obſeruaui: K, 246 τούτου δ' pro γ'. et K, 513 ἐπεβήσατο. et 529 et Λ, 517. quas ſerius ed. Romana protulit. Poſſunt tamen eae caſui deberi.

Irrepſere etiam vitia, a Baſileenſibus et aliis ſeruata, vt E, 141 ἀγχιστῖναι.

— — — M. D. XXXIIII. (*Argentorati* 8. 1534.

Praefatur Volfius Cephalaeus: „anno ab hinc nono a ſe editum poetam; poſt in manus veniſſe exemplaria quaedam vetuſtiora, his conferendis ſummo iudicio ac ſtudio absterſas eſſe mendas plures. Addit quoque litterarum ductum in hac editione factum meliorem oculorum aciem minus eſſe offenſurum. Profeſſioni huic parum vt tribuam, facit comparatio vtriusque editionis. Ita ſeruatum E, 141 ἀγχιστῖναι· tum aſſequi non licet, quaenam illa exemplaria vetuſtiora fuerint; nam codicum nullum eſt veſtigium; et editiones, praeter Florentinam, Aldd. et ex his profectas nouimus nullas.

— — — *Argent. ap. Wolf. Cephal.* M. D. XLII. 8. 1542. 2 Voll.

repetita epiſtola Io. Loniceri ad Philippum ex priore editione, vt haec potius expreſſa videri poſſit quam altera. Mutationem memorabilem offendi vix vllam praeter Δ, 527 vbi pro ἐπεσσύμενον eſt ἄπεσσ. petitum ex Schol. br.

— — — ἐκ τῆς τετάρτης ἀναγνώσεως. *Cum Indice nunc primum adiecto Argent. apud Wolf. Cephal. a. M. D. L.* 8. 1550.

praefatus Io. Guinterus Andernacus.

— — — ἐκ τῆς πέμπτης καὶ ἐπιμελεστέρας ἀναγνώσεως. Cum Indice adiecto. Wormatiae apud Wolfgangi Cephalaei haeredem Philippum et Sigismundum Feierabent.

8. 1563. 2 Voll.

deteriore charta.

Editiones Iuntinae et Venetae.

Ομηρου Ιλιας. *Homeri Jlias.* (Flor. 1519. 8.) Subiiciuntur vitae Homeri quae Herodoto et Plutarcho tribuuntur, cum Dionis Or. LIII. Praefixa dedicatio — ab *Antonio Francino Varchiensi;* e qua nihil ad rem discas. subscripta Florentiae Kal. Octobris 1519.

Οδυσσεια. Βατραχομυομαχια. ὑμνοι. λβ. *Vlyssea. Batrachomyomachia. Hymni. XXXII.* Ad calcem: *Florentiae in aedibus haeredum Philippi Iuntae anno — DXIX supra mille. Leone decimo Remp. christianam administrante.* Dicatus liber Bartholomaeo Caualcanti ab eodem *Ant. Francino.*

Est expressa ex Aldina secunda: quod iam Ernesti docuit; et quidem cum ipsis vitiis, vt J, 512 χαληπαίνοι. 570 ἐνίσσοντο. nec tamen satis fideliter; itaque nemo paullo intelligentior eam magno pretio emturus est.

Ομηρου Ιλιας. *Homeri Jlias. Venetus* M D XXXVII. 8. 1537.

Ομηρου Οδυσσεια. Βατραχομυομαχια. Ὑμνοι λβ. Ἡ τῶν αὐτῶν πολύπλοκος ἀνάγνωσις. *Homeri Odyssea. Batrachomyomachia. Hymni. XXXII. Eorumdem multiplex lectio.* (nec tamen vsquam illa conspicitur) *Venetiis MDXXXVII.* 8. 1537.

In fine: *Venetiis in officina Lucae Antonii Iuntae MDXXXVII. Mense Martio.* Tum subiiciuntur Vitae Homeri per Herodotum et Plutarchum.

Haec altera est editio ab eodem Ant. Francino curata. „*Nunc vero*, ait in praef., *nacti Venetiis vetusta et magis fide digna exemplaria*, *hunc* (poetam) *rursus castigatiorem, et pene dixerim absolutum, imprimendum suscepimus.*" De hac accipiendum esse, non de priore, quod Ernesti fecerat, dictum Doruillii in Vanno Crit. p. 390. cum eam accuratissimam vocat, docet Villois. V. C. Proleg. p. XLIV. Vitia vulgaria in ea esse sublata non negem; verum longe ea abest a Turnebi diligentia. Omnino noli professionem Francini, vetera ab eo exemplaria adhibita esse, de codd. scriptis accipere. Nam πολύπλοκος illa ἀνάγνωσις inscripta in fronte Odysseae petita est ex ed. Argent. 1525, quam ante oculos habuit Francinus ex eaque profecit; v. c. Il. J, 512 χαλεπαίνοι pro χαληπαίνοι. K, 275 Παλλὰς Ἀ. nec tamen vbique, nec fideliter expressit, v. c. Il. J, 699 ἀνώγῃ. quod eadem Argent. et Iuntina prior ex Ald. sec. recte receperat; nunc in altera reditum est ad vitiosum ἀνώγει. Ibid. v. 570 ἐνίσσοντο seruatum,

quod in Argentina restitutum erat ex Flor. Ald. 1. ἐλίσσοντο. Criticum igitur vsum aut vllam aliam praecipuam laudem, vt vides, non habet haec editio tam benigne commendata et laudata.

Ομηρου Ιλιας. *Homeri Jlias. Venetiis* MDXLII. 8. 1542.

Ὁμηρου Ὀδυσσεια. Βατραχομυομαχια. Ὑμνοι λβ. ἡ τῶν αὐτῶν πολύπλοκος ἀνάγνωσις. Homeri Odyssea. Batrachomyomachia. Hymni XXXII. Eorundem multiplex lectio (quam tamen frustra quaesiueris) Venetiis MDXLII. 8.

c. signo *Io. Farrei* in fronte et ad calcem nulla alia nota apposita, quamuis inter editiones raras habita, est tamen illa infimi ordinis. Expressa est ex Iuntina altera Francini 1537. cuius sphalmata seruat: vt J, 233 τηλέκλυτοι. adeoque ad classem ex Ald. secunda ductam pertinet; etsi nonnulla emendatiora ex Ald. pr. adsciuit. Ita pro vitioso τὸν δ' ἐνίσσοντο edd. Iuntin. Jl. J, 570 repetiit ex Ald. 1. τὸν δ' ἐλίσσοντο. et pro λέξετο Δ, 131 λέξεται.

Ομηρου Ιλιας. *Homeri Jlias. Noua recognitione castigata. Venetiis.* Inscribit eam *Bernardinus Felicianus* Laurentio Massae: nulla suae operae mentione facta (8. 1551.

Ομηρου Οδυσσεια. Βατραχομυομαχια. Ὑμνοι λβ. *Homeri Odyssea. Batrachomyomachia. Hymni XXXII. Omnia noua recognitione castigata. Venetiis.* Et ad calcem: *Venetiis apud Petrum de Nicolinis de Sabio, sumptu Melchioris Sessae. M. D. LI.* (8. 1551.

Deriuata eſt ex Iunt. 1537. cuius vitia ſeruat, aut ex Farreana, quae ex eadem expreſſa eſt; vt J, 253 τηλέκλυτοι. Itaque cum eadem J, 570 τὸν δ' ἐλίσσοντο habet, ex Ald. 1. petitum. Hactenus ſpectat ad claſſem ex Ald. ſec. profectam. Romanam, quae iam 1542 prodierat, inſpexit in nonnullis tantum locis.

Editiones Louanienſes.

Ομηρου Ιλιαδος βιβλοι Α. καὶ Β. *Homeri Iliados liber I et II.* in fine plag. h. ſignum ancorae: *Theo. Martin.* excudebat. Tum ſequitur Rhapſodia γ. et deinceps ceterae ſignatura a — z tum medio libro K noua ſignatura incipit A vsque ad CCC. et in fine eadem ancora cum nomine *Theodorici Martini.*

Οδυσσεια. Βατραχομυομαχια. Υμνοι λβ. *Vlyſſea. Batrachomyomachia. Hymni XXXII. Louanii apud Theodoricum Martinum Aloſtenſem anno M. D. XXIII.* 4. 1523.

Signatura procedit ab *a* vsque ad *zz.* ſubiecta vltima plagula &.

Parata editio e ſubitaneo conſilio; nec niſi *mera repetitio Aldinae ſecundae,* interpolatae e prima, vt B, 481 ἀγρομένῃσιν, etſi nec hoc conſtanter. Ita J, 570 repetitum eſt ex Ald. pr. ἐλίσσοντο. K, 48 ἐν ἤματι. Forte operis appoſitum fuit exemplar Aldinae prioris correctae ex ſecunda. Etiam e Flor. video lectiones emendatas vt κεῖτο Π, 485. Recte adeo Henr. Stephanus de ea in praef. ſua: „Louanienſis, quam nonnul-

li immerito aliis anteponunt." Multum etiam ei tribuebat Valkenaer; immerito.

Eiusdem repetitio est

Ὁμήρου Ἰλιάς. *Homeri Ilias. Vaenundantur* (sic) *Louanii a Bartholomaeo Grauio, sub sole aureo.* et in fine: *Louanii ex officina Rutgeri Rescii. Quarto Idus Octob.* 1535. *Sumptibus eiusdem ac Bartholomaei Grauii.* 4. 1535.

Ὁμήρου Ὀδύσσεια. Βατραχομυομαχία. Ὕμνοι λβ. *Homeri Vlyssea. Batrachomyomachia. Hymni XXXII.* Tum sequitur similis subscriptio in fronte et ad calcem, nisi quod *pridie Idus August.* M. D. XXXV. adscriptum est; vt adeo Odysseam priorem prelo exiisse necesse sit. 4. 1535.

Memorabiles itaque editiones hae esse possunt in re typographica; in re critica auctoritatem non habent.

Interea noua lux affulserat Homero editione Romana:

Εὐσταθίου Ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης Παρεκβολαὶ εἰς τὴν Ὁμήρου Ἰλιάδα. Romae 3 Voll. c. Indice Deuarii. 1542 — 1550 fol.

Prodiit liber cura Benedicti Iuntae et Sociorum, in quibus fuit Nicolaus Maioranus, qui praefatus est; quem in Gymnasio Romano litteras docuisse suspicor. Ait ille exemplaria Eustathii iniuria temporum ad tantam paucitatem rediisse, vt non nisi duo supersint, alterum emendatius sane ac perfectius, in bibliotheca Nicolai Rodulphi Cardinalis; Marcellum Ceruinum Cardinalem intulisse alterum exemplar Vaticanae;

his se vsum; alterum hunc non modo studio et auctoritate, sed etiam pecunia editionem operis adiuuisse; neque suam hac in parte liberalitatem desiderari passum esse Bernardinum Masseum Cardinalem. Inscriptus liber Iulio III. P. M.

Debebat inscriptus esse *Homeri Jlias et Odyssea cum Eustathii Commentariis.* Est haud dubie inter praestantissimas Homeri edd. siue Commentarium respicias, siue contextum poetae. Lectio enim diuersam a Florentina et aliis sectam constituit; quodque mireris, discrepat quoque in multis ab ipsa Eustathii interpretatione et codice, quem ille habuit; vnde apparet, aut Eustathium commentarios sine poetae carmine vulgasse, quemadmodum plures sunt Scholiorum antiquorum codices sine carmine, vt Victoriani, aut si ille id apposuerat, codicem extitisse, a quo illud abesset; et adiecta postea esse poetae carmina siue ab editoribus siue ab auctore alicuius codicis, qui Commentarios complectebatur. Vtilitas esset maior, et minor molestia, si haberemus editionem ita adornatam, vt singulis versibus adscriptis singula adiecta essent Scholia. In lib. III. IV sqq. plura conueniunt cum Ald. 2. vt hanc operis typographei aut correctori propositam fuisse haud dubitem. Ita vitium Δ, 27 καμέτην καί μοι ἵπποι pro δέ μοι Ald. 2. et Romana habent commune; et mera sphalmata ex Ald. 2. propagata, vt E, 716 Ἴλιόν τ' ἐκπ. In ceteris vero ex codice seu editam seu emendatam Jliadem esse apertum est; quare mirari licet, editores sequentes ante Turnebum aut

nullam, aut exiguam, in nonnullis tantum locis inſpectae eius, rationem habuiſſe. Erat tamen repetitus liber Baſileae prelo Frobeniano, 1559. 3 Voll. omiſſo tamen Indice Deuarii, cui ſubſtitutus eſt breuior Index auctore Sebaſtiano Guldenbeck. Miro conſilio, verſione Latina adiuncta repetere typis Euſtathium conſtituerat Alex. Politus Florentiae 1730. vltra librum quintum Jliadis haud progreſſus.

Extat quoque Euſtathii tanquam Epitome, Κερας Αμαλθειας η Ωκεανος των εξηγησεων Ομηρικων εκ του Ευσταθειου παρεκβολων συνηρμοσμενων. *Copiae cornu, ſiue Oceanus enarrationum Homericarum, ex Euſtathii in eundem commentariis concinnatarum, Hadriano Iunio autore.* Baſileae 1558 f.

Conſilium per ſe haud improbandum, ſi hominem nactum eſſet iudicii vi et ſubtilitate valentem, qui ſatis apud ſe deliberáſſet, quid in excerpendo Euſtathio maxime ſibi ſectandum eſſe putaret. Contexti verba et ipſa ex Romana, ſeu potius ex editione Baſileenſi, apographo Romanae, ſunt expreſſa.

Editiones Baſileenſes:

Numero extant ſeptem; nec tamen aut nouam, aut claſſem eandem conſtituunt; eſt enim lectio ex aliis exemplaribus repetita, et quidem e diverſis; codices adhibiti nulli; ex Scholiis breuibus lectiones nonnullae mutatae ſunt; aliae ex Euſtathio, nihil autem conſilio certo, et per Jliadem totam continuato, curatum eſſe vidi.

Perperam memorari editionem anni 1531. aut 1533. nunc compertum habeo; et eſſe primam omnium editionem 1535.

Ὁμήρου Ἰλιὰς καὶ Ὀδύσσεια μετὰ τῆς ἐξηγήσιος. (Odyſſeae praefixum eſt μετὰ Διδύμου τοῦ παλαιοτάτου ἐξηγήσιος). *Homeri Jlias et Vlyſſea, cum interpretatione.* ἡ τῶν αὐτῶν πολύπλοκος ἀνάγνωσις. *Variae lectionis in vtroque opere annotatio. Baſileae apud Io. Heruagium M. D. XXXV.* fol. 1535. Eſt ex ed. Argentoratenſi 1525 aut 1534 ducta, etiam cum vitiis, interdum aliis nouis ſphalmatibus, quae acceſſere. Ex eadem petita eſt varia lectio vtrique carmini adiecta, reddita tamen latine: numeris paſſim turbatis. Scholia ex Ald. Scholiorum editione 1521. expreſſa eſſe dubitare haud licet.

Sequitur altera 1541: Ποιήσεις Ὁμήρου ἀμφω — *Opus vtrumque Homeri Jliados et Odyſſeae diligenti opera* Iacobi Micylli et Ioachimi Camerarii *recognitum.* Adiecta: *Porphyrii Homericarum quaeſtionum liber. Eiusd. de Nympharum antro Opuſculum. Baſileae ap. Iac. Heruagium* 1541 *f.*

In epiſtola ad Marchionem Ioachimum ſimilia profitetur Camerarius, Iac. Micyllum aſſiduitate recognitionis ſuae priorem editionem innumeris mendis ſcatentem repurgaſſe; opis quoque nonnihil allatum eſſe a ſe ipſo ait. Et eſt ſane emendatior in multis.

Tertio illa excuſa *per Io. Heruagium* 1551 fol. in qua adiecta etiam eſt Batrachomyo-

machia. In marg. melior lectio e Turnebo, v. c. Jl. I, 341. Eſt haec eadem ipſa editio quam Barnes memorat Heruagianam tertiam. Memorari quoque vidi editionem Baſileenſem 1543. quam nullam fuiſſe cenſeo.

Baſileenſis per Caſtalionem ap. Brylinger 1561 et 1567. referenda ad Criſpin. 1559. e Turnebo; tum cum Comment. Spondani. 1583. 1603. 1606. infra. Interea prodierat editio inter ceteras praeſtantior:

Ὁμήρου Ἰλιάς. *Homeri Jlias, id eſt, de rebus ad Troiam geſtis. Typis regiis. Pariſiis. MDLIIII. Apud Adr. Turnebum typographum Regium.* Similis fere ſubſcriptio ad calcem. 8. 1554.

Nulla praefatio, nullum monitum, cernitur. Eſt tamen haec editio etſi ex Aldina, ipſis quoque paginis reſpondentibus, deſcripta, lectionis caſtigatioris dux et fax. Innumera vitia video in edd. ſuperioribus propagata ab hac primum exulare. Editionis Romanae comparationem diligentiorem primus inſtituit Turnebus; tum ex edd. Cephalaei profecit. In fine adiectae ſunt nonnullae lectt. var. ex comparatione ſuperiorum editionum, inprimis ed. Romanae, haud contemnendi iudicii.

Ὁμήρου Ἰλιάς. *Homeri Jlias, id eſt, de rebus ad Troiam geſtis. E typographia Io. Criſpini Atrebatii.* 12. 1559.

Satis nitida editio. Eſſe eam emendatiſſimam ait Hagerus. Recte; eſt *mera repetitio Turnebianae*; ex eadem lectiones var. in fine

ſubiectae ſunt repetitae; ſuſpicor tamen aliquam Baſileenſem ad Turnebianum exemplum correctam operis librariis fuiſſe ſubſtratam e qua vitia remanſere v. c. E, 141 ἀγχιστῆναι. Emendata quoque nonnulla, quae in Turnebo neglecta: K, 12 καίετο quod ed. Rom. dabat. At mox 202 ἐπ' pro ἔπε' ſeruatum. Ex profeſſione Caſtalionis ad edit. Baſil. ap. Brylinger 1561. intelligo latinam interpretationem anno ſequente fuiſſe excuſam: de qua nihil memoratum vsquam vidi. Repetita prodiit editio, adiecta Odyſſea cum verſione latina 1570. Ecce etiam tertiam:

Ομηρου Οδυσσεια. Homeri Odyſſea et rel. *Tertia editio. Cui praeter verſionem latinam innumeris locis a docto quodam viro emendatam, acceſſit* Heraclidis Pontici de fabulis Homericis *perelegans libellus cum C. Geſneri verſione et annotationibus* (ſunt Caſtigationes; tum loci collecti a Nathanaele Mazerio in Heraclidem.) παρα E. Ουϊγγωνι. α φ'. π'ς. 12. 1586.

Diu incertus haeſi, quemnam editorem hoc volumen habuerit, et quorſum referendum ſit. Typographus praefatur eadem fere, et excuſat longam moram, qua Odyſſea Jliadem ſubſequatur. Typi ſunt tenues et oculis infeſti. Heraclidi adiecti ſunt Nathanaelis Mazerii opera loci Homeri quos Heraclides excitat. Tandem vidi eſſe partem libri a Io. Criſpino curati, qui collegerat τὰ τῶν παλαιῶν σωζόμενα· et quidem τὰ Ἡρωικά, Jliadem et Odyſſeam, tum Γεώργικά, Βουκολικὰ καὶ Γνωμικά. παρὰ E. Οὐΐγγωνι α' φ' π' δ.

1584. 12. iisdem litterarum formis; et repetita Geneuae ap. Iohan. Vignon 1620. 12. in praefatione huius alterius voluminis: „quum superioribus, inquit, annis ab Homero, poetarum principe coeptum esset, nunc alterum ab illo, Hesiodum Ascraeum — prosequi iucundum duximus" vnde colligo priorem innui 1570 modo memoratam; et Odysseam vltimo loco esse in lucem emissam.

Successit editio splendida *Henrici Stephani*:

Poëtae graeci principes heroici carminis — Excudebat Henr. Stephanus fol. 1566.

Magnifice ille de sua editione sentit. Edd. Aldinam, (at quam?) Florentinam, Romanam, Louaniensem, Germanicas et Gallicas multas, numero octodecim consuluisse ait; nempe in locis mendosis: vbi saepe eas in mendis conspirasse queritur; (tam parum ille illarum editionum origines tenuerat) tum aliquot earum (at quas?) tantum dignas, quae consulerentur, iudicauit: primum quidem locum inter minus malas Romanae, secundum Florentinae tribuens: quas tamen et ipsas quum periculosis foedatas mendis *alicubi* comperisset, *in veteri quodam exemplari* et in *Eustathii commentariis* spem totam collocare coepit. *Vetus* illud *exemplar* scriptum sit an excusum non addit: prius tamen probabile; nam in Lexico passim ad illud prouocat v. c. in κλέω· consentiebat maxime cum lectione Eustathii, quando illa a ceteris recedebat. Coniecturis suis nullum in contextu locum

dedit; vna ipſo neſcio fuit recepta Od. Δ, 730 ἀνεγεῖραι pro vulgato ἀναγεῖραι; eſt tamen emendatio certiſſima. Deteriores interdum lectiones recepit, cum meliores iam excuſae eſſent: Sic J, 319 ἐν δ' ἦ, quod vitium ex Argent. in Baſileenſes transierat; vnde ſimul firmatur, quod aliis quoque locis, vt K, 246 patet, vnam ex his ipſius operae ſubſtratam fuiſſe, non Turnebi vel Criſpini, in quibus quoque eſt ἐν δὲ ἦ. At in aliis vtrumque hunc ſequitur, vt J, 641 ἐείσαι. Sic Z, 287 καὶ δ' ἄρ' pro ταὶ δ' ἄρ. Atque hoc illud eſt, quod me male habet, ab eo illum non eſſe memoratum, cuius doctae in Homero emendando operae plurimum ille debere ſe profiteri debebat.

Magnis laudibus efferre alii Stephani operam ſolent, alii deprimere. Scilicet ceſſit ei laudi hoc, quod Editores eum ſequentes ſuperiorum editionum notitiam nullam habuere, eique omnia bona adſcripſere, quorum melior pars Turnebo debita erat. Fuit eius opera non niſi ſubitanea, et in procinctu. Lectiones variantes in margine non ſunt ab eo congeſtae, ſed ex ſuperioribus edd. Baſileenſibus maxime transſcriptae. Primus tamen certam rationem ſequutus eſt in particulis et praepoſitionibus. Omnino locum haud dubie tenet inter primores Homeri editores.

Subiiciendae nunc ſunt ceterae *editiones Baſileenſes* diuerſae ab Heruagianis; ſunt enim ſine Scholiis, et cum verſione latina.

Homeri Opera Graecolatina — In haec operam suam contulit Sebastianus Castalio Basileae per Nic. Brylinger 1561. *fol.*

Castalio in praef. fatetur *Oporino* flagitanti se hoc dedisse, vt et Homero operam aliquam nauaret et nomen suum apponi pateretur; sed in Iliadem (ex edit. Crispini cum versione expressam) nil nisi locos communes in margine signasse; in Odyssea graeca infinitis locis depravata emendasse; latina correxisse; opus, *superiore* anno per *Crispinum Geneuensem* expressum graece et latine, ab operis librariis redditum esse; homo, superstitiose pius religioni sibi duxerat operam in emendandis profanis scriptoribus positam. Eum tamen emendasse nonnulla, obvium est; corruptius tamen, quam ab aliis, editum est E, 141 ἀγχιστῆσαι.

Repetita est eadem editio *Basileae per heredes Nic. Brylingeri f.* 1567.

Adiectum in libri titulo: *Editio tertia* (ignoratur altera et probabile fit priorem praefixo titulo editionis secundae venditatam esse.) *superioribus longe et emendatior et auctior; adiectis etiam, qui in prioribus alicubi desiderabantur, versibus aliquot et varia lectione; ad fidem postremae editionis* Henr. Stephani *diligenter expressa;* est itaque ad Henr. Stephani editionem emendata.

Nihil igitur magni fructus ad Homerum ex his editionibus expectari potest.

Homeri quae extant omnia — cum latina versione, omnium quae circumferuntur

emendatissima, aliquot iam locis castigatiore, Perpetuis item iustisque in Jliada simul et Odysseam Io. Spondani *Mauleonensis Commentariis, Pindari quin etiam Thebani Epitome Jliados Latinis versibus, et Daretis Phrygii de bello Troiano libri* a Cornelio *Nepote eleganter latino versi carmine. Indices Homeri textus et Commentariorum locupletissimi.* Basileae Eusebii Episcopii opera ac impensa cIↃIↃxxcm. f. 1583.

Spondanus Bearnensi ditione ortus Henrico IV. (tum Nauarraeorum regi) librum dedicauit; ex Epistola ad Episcopium intelligitur, iuuenilem hanc esse Spondani operam; memorabilem tamen propter hoc, quod ad res illustrandas animum ille aduertit; nec praeiuerant alii praeter Camerarium, sed in duobus tantum libris, et Io. Hartungum minime cum eo comparandum. Hactenus illa inter antiquiores edd. eminet, eamque etiamnum ab eo, cui satis otii est, cum fructu inspici posse censeo. De lectione quam sequutus sit typographus, altum est silentium. Apparet tamen expressam esse editionem superiorem Basil. per Brylinger 1567 adhibita forte iterum Henr. Stephani editione.

Repetita ea est *Basileae per Sebastianum Henricopetri. Editio vltima superiore limatior.* 1606. *fol.*

Dubitabam, quam fidem et auctoritatem editioni *Gifanii* tribuendam dicerem:

Ομηρου Ιλιας, ἢ μᾶλλον ἅπαντα τὰ σωζόμενα. *Homeri Jlias, seu potius omnia eius quae ex-*

tant opera. Studio et cura Ob. Gifanii I. C. quam emendatiſſime edita, cum eiusdem Scholiis et Indicibus nouis. Argentorati Excudebat Theodoſius Rihelius 8. 2 Voll.

ſ. a. nota. Similiter Odyſſea cum ceteris. Omnia graece et latine edita quam emendatiſſime cum praefatione, Scholiis et Indice D. Giphanii. At Dedicatio ſubſcripta Argentorati XIII Kal. April. 1572.

Odyſſeae autem, etiam ſ. a. editae ſubſcripta eſt Epiſtola dedicatoria ad Comitem Oettingenſem: *Argentorati Idibus Septembr.* (anno non addito.) Odyſſeae in manu habeo exemplar iterum excuſum Argentorati typis Dietzelj et haeredum Chriſtophori ab Heyden. ſ. a. nota.

In praef. antiquiſſimum Homeri mſ. memorat, quem olim Venetiis in bibliotheca Antoniniana viderat; nihil tamen inde affert, quam titulos rhapſodiarum, quos edendos curauit. (Sunt breues illi tituli: *α. λοιμὸς καὶ μῆνις* etc. quos nunc quoque in edd. praefixos videmus.) — In optimis edd. habet Romanam cum Euſtathio, et Pariſienſem a Turnebo procuratam. *Verum has,* pergit, *multis partibus ſuperarunt tres Genuenſes edd. quarum duae ſunt Io. Criſpini typographi celeberrimi, vna quidem Graeca, altera Graecolatina; tertia, eaque omnium emendatiſſima, Henrici Stephani, viri doctiſſimi et diligentiſſimi, Graeca tantum. Has nos, id eſt Stephani Graecam, Latinam Criſpini, ad verbum ſumus ſequuti; quod vtraque aliis omnibus ſit emendatior.* Habe-

mus itaque ipſum Giſanium profitentem, *Stephanianam editionem* a ſe eſſe expreſſam; addidit ipſe Scholia et Indices: ſed Scholia valde breuia vrgente mercatu. Nec minus properatum in Indicibus.

Lectiones Var. in margine appoſitae ſunt ex ed. Steph. repetitae. Haec editio Giſanii eſt illa Argentoratenſis, quam H. Stephanus ſugillat in praeſat. minoris editionis: (*Homeri poemata duo* 1589. 12) in cenſura Epigrammatis: Θεστο-ειδῆ, θνητοῖσιν. ab ea diſcernit alteram Argentoratenſem, quae iſtam praeceſſit: ſcilicet Cephalaeonis.

Aemilius Portus, Profeſſor Vniuerſ. Heidelberg. Gr. Litt. Jliadem cum verſione latina edidiſſe videtur iam 1584. idem *Homeri Opera* cum patris, Franciſci Porti Cretenſis *latina ad verbum interpretatione* vulgauit apud Ioh. Vignon. 1609. 12. 2 Voll.

Henr. Stephanus ipſe vulgauit Homerica in corpus collecta cum verſione latina (eſt ea Porti) ab erroribus repurgata. *Homeri poemata duo* — alia item carmina eiusdem: (Batrachomyomachiam, Hymnos, epigrammata) adiecti Homerici Centones item prouerbialium Homeri verſuum libellus 1589. 2 Voll. 12.

Inde idem conſilium variatum in noua editione a *Paullo Stephano:* qui, reiectis Centonibus Jliadis ſubiecit Coluthum et Tryphiodorum, et vtrique Volumini indices addidit (ex ed. Porti) 1604. 12. 2 Voll. Repetiit eam, Stephani

nomine haud memorato typographus Berjon Geneuae 1621. 12. 2 Voll.

At priorem editionem cum Centonibus repetiit Iac. Stoer 1617. 12. et *Io. Libert* Parisiis Jlias 1622. Odyssea 1624. 8. 2 Voll. adiectum in fronte: Editio postrema diligenter *recognita per I. T. P.*

Hic idem *Libert* ante haec Jliadem per singulas rhapsodias *) seorsum et temporum intervallis ediderat graece Parisiis in 4to inde ab anno 1616—1620. diuersis quoque typis exaratas; exemplar, cui nihil deest, seruat Bibliotheca Georgiae Augustae; et hoc comparato vidi aliud exemplar esse illud, quod in Bibliotheca Caes. Vindobonensi seruatum operose describit doctiss. Fr. Car. Alter Vol. II. Homeri Jliad. praef. p. XXVI sqq.

Euenit, nescio quo casu, vt Editio *Paris.* 1622. 1624. 8. per I. T. P. recognita fieret exemplum, quod Homeri studia ad Batauos et inde in Britanniam transferret. Nam repetita est primo *Amstelaedami* ap. Io. Rauesteinium 1648. 1650. 2 Voll. „Editio postrema diligenter recogni-

*) Omnino per haec et seqq. tempora passim singulae rhapsodiae sunt prelo excusae; ita Parisiis a Steph. Prevosteau, Claudio Morello haud dubie scholarum habendarum caussa: quas vide ap. Fabric. et Harless. Fraudem fecere nonnullae, vt notitia de iis circumferretur, tanquam integris Homeri carminibus. Ita Homeri Opera gr. lat. Paris. ap. Colinaeum 8. nihil aliud sunt quam tres primae rhapsodiae Jliados Par. 1543. ap. Iac. Bogardum vulgatae, vna cum Eobani Hessi versione.

ta per I. T. P." tum, iisdem verbis Odysseae adscriptis, *Cantabrigiae* 1664. 8. excudebat Ioannes Field, celeberrimae Academiae typographus, Jlias autem cum titulo: *Homeri Jlias cum interpretatione Latina.* Adiectae sunt breues notae marginales (mera sunt lemmata rerum narratarum) *Editio nouissima*, 1664. (alia exempla 1665) 8. Haec ergo fecit fundum studiorum inter Britannos mox de Homero tam praeclare merituros. Repetita illa est seqq. annis Cantabrigiae per Io. Hayes 1679. 8.

Interea editio *Schreueliana* vel *Hackiana* dicta prodierat: *Jlias graece et latine, cum Scholiis Didymi:* curante *Cornelio Schreuelio* Amsterd. ap. Elzeu. et L. B. 1656. 4. quam paullo post acerbissime exagitarunt viri docti, inprimis Meric. Casaubonus Diatribe de nupera Homeri editione 1659. 8. add. praefat. edit. Cantabrig. 1689. propter Scholia breuia mutilata et corrupta: siue negligentia id factum erat, siue iudicio prauo. Repetierant tamen eam Oxonienses 1665. 1675. et suppletis in ed. 1695. ad calcem Scholiis omissis inde ab Jl. Z, 346 subiectisque Scholiis P. Victorii ad Jliad. IX. ab Horneio editis. Emendatius sine Scholiis carmina poetae, modo Jlias, modo Odyssea, aut vtraque simul, typis expressa sunt aliquoties Oxonii, vt 1705. 1714.

Ομηρου Ιλιας Καὶ εἰς Αὐτὴν Σχόλια τῶν Παλαιῶν. *Homeri Jlias Et Veterum in Eam Scholia, Quae vulgo appellantur Didymi: Totum Opus cum Plurimis, Vetustissimis et Opti-*

mis Edit. collatum; Et Luculenter ex Earum fide Restitutum — Cantabrigiae 4. 1689.

Splendida professio! In praef. Editor ait, ad amussim esse expressam *Editionem Stephanianam*, sublatis tamen mendis: hac de caussa se consuluisse Edd. Flor. Rom. Turneb. Sphalmata sane tolli poterant etiam sine his edd. Lectiones variantes in margine Stephani ad calcem sunt reiectae; vna cum annotationibus Stephani in Jliadem. Versio latina, quae ex ed. Hackiana repeti coeperat, emendata, et a libro inde quinto fere noua. — Scholia, septem edd. eorum collatis, comparauit: (quae tamen sunt merae repetitiones.) De Scholiis eorumque auctore premittit Diss. *ad calcem Odysseae:* quae an prodierit, ignoro. Accedunt ad calcem p. 738. *Variae Lectiones, Emendationes et Coniecturae in Scholia Homerica; quibus inseruntur Additamenta ex* Excerptis MSS. et *suppostitiorum scholiorum elenchus.* Excerpta illa MSS. sunt *ab Aloysio Alamanno* exemplari ed. Florent. appicta Florentiae. Scholia supposititia sunt ea, quae in ed. Hackiana 1656 pessime interpolata fuere. Eam sequutus erat Editor vsque ad rhapsodiam Θ. (VIII) De his cf. infra *de Scholiis* dicenda.

Tandem de critica in Homerum opera codicibus quoque inspectis, expectatio facta erat per Lederlinum et Berglerum.

Homeri Opera — graece et latine: Graeca ad principem Stephani vt et ad primam omnium Demetrii Chalcondylae editionem at-

que insuper ad cod. mss. excussa. Ex Latinis selecta sunt optima — Curante Io. Henr. Lederlino *LL. Orient. in Acad. Argentor. P. P. et post eum* Stephano Berglero *Transsyluano.* Amstelaedami ex offic. Wetsten. 1707. 12. 2 Voll.

Minutis litteris, verum portatilis. Narrat Bergler. in praef. „*Wetstenium parasse sibi Iliadis et Odysseae MSS. praestantissimos, scholiis nondum editis insignes, sed alterum profundae antiquitatis nomine longe excellentissimum; alter in frontispicio etiam signa Aristarchi et* Μυοβατραχομαχίαν *habet — praeterea editionem — Chalcondylae.*" Quid inde profecerit Berglerus, non apparet; nec quorsum codices illi abierint. Contextum est Stephanianum, etiam cum vitiis, vt J, 319 ἐν δ' ἰῇ τιμῇ. quod ex Flor. et aliis corrigi poterat.

Hac quoque spe incisa, arrecti debuere esse animi ad *Barnesii* promissa, cuius notissima editio 1711. Stephani lectionem ex Schreueliana, quod nolles, editione, etsi emendatam, exhibens, prodiit Cantabrigiae 4. 2 Voll. quae etsi iniqua multorum iudicia experta est, excusationem tamen habet ex eo, quod iudicia virorum doctorum de critica adhibenda et de eo, quod in editionibus classicorum scriptorum sequendum esset, eo tempore adhuc erant perparum explorata et cum subtilitate aliqua exacta. Nondum dispici solebat de lectionis origine, progressu, statu praesenti, non de codicum auctoritate et dilectu, de caussis, legibus et consiliis emendandi;

ſatis erat codicem quem caſus et fortuna obtulerat, conferre, lectiones enotare et chartae mandare; coniecturas e litterarum ductu aut vocum ſimilitudine et variari ſolito vſu, apponere; interpretationes autem intra verba continere, illuſtrandis verbis, in quibus variabat lectio, effundere copias philologicas, quas in aduerſariis congeſtas apud ſe quisque ſeruaret; de difficilibus et obſcuris, maxime in rerum notionibus, ſententiis, habitu carminis, tacere. Verum quae ad excuſationem Barneſii dici poſſunt, alio loco a me memorabuntur. v. Sect. II. de codicibus Homer. vbi de ſubſidiis dicetur, quibus ille vſus eſt.

Barneſiana lectio, hoc eſt Stephaniana in nonnullis emendatior, ab eo tempore repetita eſt ab operis librariis ſaepius: Jlias Londini 1714. 1722. et al.

Obſcurauit Barneſii, paullo poſt editum Homerum fatis functi, cui euulgando ipſe rem familiarem impenderat, famam exiſtimatio de editione, quae ei ſucceſſit, *Clarkiana* ſatis ſplendide curata, et „*in vſum Ser. Principis Gulielmi Auguſti Ducis de Cumberland, Regis iuſſu ſcripſit atque edidit Samuel Clarke, S. T. P.*" inſcripta. Nomen viri docti, acuti philoſophi et theologi ſobrie philoſophantis, carum et ſanctum mihi habetur. In Homeri editione vtique fortuna meliore vſus eſt, quam Barnes; nam regio iuſſu editionem molitus erat, paratosque adeo habuerat virorum doctorum plauſus

iam ante opus inchoatum. *) Lauream ſibi parauit ex maiore ſtudio grammatices et prosodiae, ſaltem in capitibus nonnullis et in obſeruationibus ſingulis: quarum repetitione vbique inculcata faſtidium quidem mouit intolerabile, vtilitatem tamen iis ineſſe negari nequit, etſi earum ſubtilitas magna ex parte ipſo vſu Homerico eleuatur: de quibus disputatum eſt a me in Excurſſ. I et II. ad librum XVII. (P) In reliquis Barneſiani in Homerum ſtudii fructus, nullo ipſe labore functus, appoſuit; varietatem lectionis inde transſcripſit, ita tamen, vt, ſi curioſius eam excutere velis, ad Barneſium ſit redeundum. Ex ſuperioribus editoribus plura vtilia in ſuas notas retulit, multa alia ex lectione claſſicorum ſcriptorum vna cum locis et verſibus Homericis in iis memoratis: quae quidem diligenter a me enotata videbis, etſi eadem occurrebant mihi ipſi aut familiaribus meis antiquos ſcriptores in vſum meum perluſtrantibus. Quod loca Virgilii ex Homero expreſſa adſcripſit, liberalium litterarum ſtudioſis gratum fecit; modo non tot loca intuliſſet, quae rem quidem eandem exprimunt, aut in quibus graeca cum latinis conuenire neceſſe eſt, quae imitatione Homericorum expreſſa eſſe dicere nolim. Equidem Virgiliana loca omiſi, niſi in quibus ad interpretationem vel criticam aliquid elici poterat; reliqua ad Virgi-

*) In Biographia Britan. vita Clarkii narratum lego: Bentleium pronuntiaſſe editionem Clarkii „ſupra omnem inuidiam opus." quod, niſi odio Barneſii expreſſum, vix ab eo pronuntiatum eſſe credam.

lium erant ſeruandá; quippe ad cuius, tanquam ad Homeri exemplum ſe componentis, verba notationes iſtae magis erant appoſitae et congruae. Clarke libro XVI. excudendo haud ſuperfuit, itaque filius e patris Manuſcripto reliqua, vna cum Odyſſea, ſuppleuit. Prodiit editio a. 1729—1740. 4. Voll. IV. et editio altera 1754. 4. IV Voll. Lectio eſt, vt dixi, Barneſiana e Stephano ducta; a Clarkio in nonnullis locis emendata.

Editionis Clarkianae tanta erat auctoritas, vt pro recenſione noua, et tantum non abſoluta, haberetur. Repetita illa eſt prelo multorum librariorum: expreſſae quoque ſigillatim particulae Jliados in Britannia ad lectiones in ſcholis habendas: quarum recenſus ad hiſtoriam litterariam ſpectat; alioqui Dalzelii V. C. Analecta graeca memorarem; celebritatem aliam adepta eſt ex laudatiſſima ac ſplendidiſſima repetitione *Glasguenſi* 1756. 1758. in aedibus Acad. R. et A. Foulis 4 Voll. fol. per *Iacobum Moor* Prof. Gr. L. et *Ge. Muirhead* curata; plagulis madidis ſepties reuiſis; vt hoc nomine haud dubie ſit correctiſſima, hoc eſt, typographicis vitiis maxime purgata.

Clarkianam repeti curauit extra Britanniam *Georgi*, mercator librarius Lipſienſis; cumque *Erneſtii* doctam operam conatui expetiiſſet, recepit ille curam eius adornandae qualemcunque, et „ſuas notas adſperſit" 1759—1764. 8. 5 Voll. Quibus in rebus ſalutaris Homero ope-

ra eius fuerit, dicetur infra, vbi de Subfidiis agetur.

Ab eo tempore litteris noftris propitia ea fortuna obtigit, vt per Germaniam Homeri carmina prelo a pluribus repeterentur ex editione fere Erneftina: qua de re in Praefat. f. XIV. memoratum eft.

Omnes conatus in Homero feueriore opera adornando fufflaminauerat expectatio per *Villoifonum* V. C. excitata *de* antiquiffimo *codice Marciano* a fe typis defcribendo; quantopere mea ftudia in Homerum ab eo pependerint, fupra iam expofui, vbi quoque narraui, quomodo liber fub exitum anni LXXXVIII. ad nos perlatus ftudia incenderit. Agam de eo pluribus paullo poft, vbi de Subfidiis agetur.

Opes grammaticae et criticae a Villoifono incredibili cum labore et doctrina in lucem prolatae accenderant quoque viri doctiffimi *Frid. Aug. Wolfii*, qui, iam antea, Homerum ad exemplar Glasguenfe typis repetendum curauerat, ftudia ad nouam recenfionem parandam. Recte ille confilia fibi fua libera effe ftatuerat, vt ego mea; et laetatus fum equidem reputando, quae et quanta bona in litterarum graecarum ftudia ex hoc operae in Homericis collocatae concurfu effent prouentura; laetabar quoque, Prolegomenis cum Jliade infpectis, et de iis multa cum laude memoraui in Recenfibus eius temporis litterariis.

II.
DE CODICIBVS HOMERI.

De codicibus ſcriptorum veterum omnino vt ſatis idonea et probabilis disputatio inſtitui poſſet, neceſſe eſſet, vt librorum fata a primis inde apographis perſequi liceret. Iam autem, ſi non facile in vllo alio ſcriptore, omnium minime in Homericis carminibus id fieri poteſt; quorum antiquiorem faciem et conditionem, viciſſitudines et mutationes, vix per obſcura veſtigia coniectando ſatis probabiliter fingere licet: Fuiſſe codices antiquioribus temporibus paucos et raros, nec niſi ſingularum fere rhapſodiarum, ſatis conſtat; rariores totius carminis, vix priuatorum opibus habendos; itaque in vrbium fere copiis publicis habiti ſunt tales codices, (αἱ κατὰ πόλεις, πολιτικαί.) donec frequentior ſuccederet et materiae et ſcriptionis vſus, vt et priuatorum fortuna codicibus parandis par eſſet. Qua de re expoſita vide in Excurſ. II, III. ſq. ad Jl. Ω. Si tamen fortuna omnem certam notitiam antiquiorem nobis inuidit: vtinam ſaltem ſtudia Alexandrinorum grammaticorum, et eorum in carminibus conſtituendis curas, rationes et conſilia, perſpi-

cue cognita haberemus! Enimuero tametsi multa docte disputari possunt, et satis multa sunt disputata, inprimis a Villoisono et inde a Villoisoni editione Veneta, de Zenodoti, Aristophanis, Aristarchi, Cratetis, Arati, Tryphonis, aliorumque studiis; feriunt quidem aures et impellunt mentem auditae voces διορθώσεις, ἐκδόσεις, lectionesque Aristophanis, Aristarchi, et sic porro: vel sic tamen nullius grammatici operam satis declaratam habemus. Probabiliter dici posse apparet hoc: fundum nostrae lectionis esse Aristarcheam, mutatam tamen in multis et variatam iudiciis aliorum grammaticorum, interdum temeritate librariorum et vanitate correctorum; multis tamen in locis etiam emendatiorem ac meliorem ipsa Aristarchea. Cum in toto hoc genere grammatices ac critices nihil facile vltra probabilitatem, quae tamen in his iisdem demonstrationis vim et locum habere dicenda est, procedere possit; nihil est, quod de fortuna nostra magnopere conqueramur; acquiescere licet in lectione nostra, virorum doctorum studiis ad probabilem aliquem habitum ac faciem informata: Poterunt adhuc multa docte quaeri ac disputari; multo magis de antiquiore ante Platonem et Aristotelem facie et fortuna; ab iis, qui Homericorum carminum lectione delectari, vniversique carminis in singulis sententiis ac verbis propriam vim, versuum simplicitatem et suauitatem, etiam metricam, indolem, partes, dotes et laudes tenere volent: satis prospectum nunc est per ea, quae ex antiquioribus seruata et a re-

centioribus ſi non ad liquidum perducta, probabiliter tamen ſunt conſtituta.

Procedit igitur notitia noſtra codicum ac lectionis accuratior a multo ſerioribus ſaeculis. Ad quodnam ſaeculum antiquiſſimi noſtri codices aſſurgant, pronuntiari nequit; multo minus de exemplaribus, vnde deſcripta ea ſint. Euſtathii lectiones, ſi recte a librariis redditae ſunt, cum ille Saeculo XII. vixerit, e codicibus vna vel pluribus aetatibus antiquioribus ductae eſſe poſſunt; ſic Porphyrii retro ad Saeculum III. a C. N. et ſic porro lectiones aliorum. Enimuero lectiones hae ſunt ſingulorum verſuum et locorum; totius vero carminis lectio non niſi e codicibus integris ſuperſtitibus peti et diiudicari poteſt, qualis fuerit aut ſit. Cum de iis, quibus editores vſi ſunt, codicibus nihil illi prodiderint, omninoque criticorum ſubtilitas hac in parte deſideretur, cumque, quicquid diplomatici pronuntiant, non minus lubricum ſit omne hoc de conſtituenda accurate codicum aetate iudicium: acquieſcendum eſt hac quoque in parte critices in aeſtimatione aliqua probabili.

Acceſſit in Homericorum codicum recenſu aliqua res, quae de antiquioribus, qui ſuperſunt, codicibus notitias attulit paullo certiores: ex quo videlicet de Scholiis antiquis quaeri coepit. Quod enim iam antea doctorum virorum perſpicacia animaduerterat, recentiores codices Scholiis deterioribus eſſe oneratos, in antiquioribus antiquiora et meliora ſeruari: hoc, ipſa re et vſu comprobatum, iudicium de antiquitate mirum in

modum adiuuit. Et de his quidem codicibus paullo post dicendi locus erit, quando de Scholiis agetur. Nunc autem omnino de Codicibus.

Antiquiorum editorum morem, vt de codicibus, quibus vsi sint, nihil memorent, molestum accusare licet statim in editione principe *Florentina;* tum in *Aldina secunda,* quam ex codice multis locis, si non vbique emendatam, saltem mutatam esse, apparet. Inde a nullo editore codicem inspectum esse mihi compertum est, excepta editione Romana, cum Eustathio, quae ex alio codice expressa est, lectionis quoque diuersitate prostante in ipsis Eustathii commentariis. Est quidem appendicula variae lectionis in edit. Argentina 1525 et hinc in alias transscripta, verum est πολύπλοκος illa ἀνάγνωσις varia lectio ex Florentina et Aldina comparatis. (v. de iis. edd.) Henr. Stephanus habet variam lectionem in margine, vsus, more superiorum aetatum, voc. „γρ." nullo discrimine habito inter ea, quae γράφεται in codice an in libro prelo vulgato, an e coniectura. Quae H. Stephanus apposuit, sunt lectiones eaedem illae ex ed. Flor. Ald. 2. correctiones edd. Basileensium, ed. Romanae et ex ea Turnebi, cuius nomen non bene ille silentio pressit, ex Eustathio, et ex codice veteri, quem tamen non admodum locupletem lectionibus diuersis fuisse apparet. Has lectiones in margine repetiere edd. sequentes, Cantabrigienses autem 1689. eas ex ipsa edit. 1566 cum H. Stephani annotationibus, quae paucae numero sunt, praemissae Parti alteri Poe-

tar. gr. heroic., ad calcem ſuae editionis continua ſerie collocarunt.

Ioſua Barnes codicibus vſus eſt inque his

I. vno inter antiquiſſimos habendo, magnae auctoritatis et ad poetam beneficii; *Theodori* ille, *Epiſcopi Cantuarienſis*, qui Saeculo VII vixit, fuiſſe creditur; deſignat Barnes codicem nota MS. CCC. (*Manuſcriptum Collegii Corporis Chriſti*) nos ſimpliciter nota *Cant.* Inſpexit eum iterum Bentleius. Complectitur Jliadem et Odyſſeam, Quinti Smyrnaei carmine interpoſito.

II. Codice *Io. Mori*, epiſcopi Elienſis *Jliadem* complexo. Eſt et hic codex notae melioris.

III. Bonae notae Codice *Barocciano* Jliadis. No. 203. qui multas cum Mori et Cant. codd. communes, nonnullas lectiones habet in aliis haud facile obuias. Tho. Hearne cum editis comparauerat. Cum Mori codice in vitiis quoque eum conuenire vidi v. c. J, 46. Λ, 725. 726. quos duo verſus contrahunt in vnum ἔνδιοι ἀέξαντες ὕ.

IV. Adhibuit alia, minoris aut leuis auctoritatis: a) MStum *Laudianum*, Archiepiſcopi Laudi, in quo Jliados I. II. continetur vsque ad initium Catalogi nauium. b) MS. libri II. in bibliotheca Bodleiana Oxonii. c) in Jliad. I. ex Tzetzae ἐξηγήσει εἰς τὴν α ῥαψῳδίαν Ἰλιάδος, vix digna memoratu.

Memorat idem Codicem antiquiſſimum Collegii Reginenſis Oxonii, temporis iniuria ita de-

ſormem, vt legi nequeat;*) porro MSſ. *ab aliis* viſa et laudata, *Colbertinum* et *Cantabrigienſe*, qualia haec ſint, non addit.

Lectiones editionum paſſim memorat, nullo tamen cum iudicio de auctoritate; habet enim eodem loco edd. primarias et aliunde ab operis expreſſas, vitiis inquinatas aut liberatas. Lectiones ex Euſtathio conquiſiuit diligentius, quam adhuc factum erat; alias aliunde, e margine Stephani inprimis; alias varietates ipſe commentus eſt; hocque illud eſt quod me maxime male habuit. Omnibus enim paginis ſubiiciuntur plura, ſignata per notam „γϱ.“ quae apud veteres declarat varietatem lectionis, γϱάφεται. γϱάφεται καὶ οὕτως. At Barnes cum aliis viris doctis hoc ſibi ſumſit, vt coniecturas ſuas eadem nota deſignaret, quaſi velit dicere γϱαπτέον, γϱάφεσθαι δεῖ. Porro ille varium librariorum morem ſcribendi certa vocabula, eodem ſigno declarat, tanquam in hoc quoque loco lectum eſſet, quod aliis locis occurrere ſolet, v. c. παντόσε ἴσην. γϱ. παντόσ' ἐΐσην. ἔειπες γϱ. ἔειπας, quoniam aliis locis, non hoc, de quo agitur loco, variat. Ineptius etiam adſcribit „γϱ.“ vbi duplici modo ſcribi poſſunt compoſita, aut duplicatae conſonae, et ſimilia; ita γϱ. nullum alium ſenſum habet, quam poſſe etiam ſic litteras pingi, οὐδέ τι. γϱ. οὐδ' ἔτι. οὐ δ' ἔτι. οὐ δέ τι. ἐπαΐξαι. γϱ. ἐπ' ἀΐξαι. Tanto magis intolerabile hoc eſt, quod

*) Eſſe hunc codicem Noui Collegii, monuit me Burgeſs e Waſſii ſchedis.

ipſe de ſuis coniectatis interponit multa moleſta et erronea, maxime quae in digammum peccant, cuius ille notitiam nullam habuit. Hoc itaque more prauo multae lectiones variae memoratae ſunt, quae ſolius Barneſii acumine ſunt ſubnatae.

Haec etſi ita ſe habeant, non tamen Barnes fraudandus eſt ſua laude; primus vtique ille, et ea aetate, qua tot magni critici florebant, vnicus fuit, qui operam et ſtudium paullo ſeuerius Homero conſecraret; idem poſt Turnebum primus fuit, qui accuratius in proſodica inquireret, et multa vitia huius generis primus tolleret; doctrina eius et iudicium criticum cum ſenſu eorum, quae in poeta probari poſſint nec ne, tum κακοζηλία in comparandis formulis et locis litterarum ſacrarum, haec, inquam, aeſtimanda ſunt ex temporum hominumque, cum quibus viuebat, indole et more. Condonabunt nobis ipſis alia ex ſaeculi vitio contracta poſteri, ſi erunt qui noſtra legant.

Codices adhibuit *Sam. Clarke* nullos, niſi quod inde ab lib. XIII. Sam. Clarke filius varias lectiones *codicis Harleiani* et *Italicorum* quorundam a Thoma Bentleio communicatas ſuis locis inſeruit; ex Italicis quidem, in his Florentini, et Vaticani, perpauca; Harleiani codicis copias melius in fructum verterat Rich. Bentleius, vt infra commemorabitur.

Erneſti Codicis Lipſienſis, in bibliotheca Paullina, vſum habuit, cum lectione variante a viro doctiſſ. C. L. Bauero excerpta, Rectore

Lycei Hirſchfeldenſis in Sileſia; erat is inter Commilitones meos in Academia Lipſienſi, vir longe doctiſſimus, inprimis grammaticae ſubtilitatis ſtudioſiſſimus; vt de eius diligentia in lectione Codicis enotanda dubitare vix poſſim. Codicem ab indocto, ſermonis et metri imperito librario perſcriptum eſſe, varietas ipſa docet. Nobilitarunt codicem Scholia, de quibus v. Sect. III. de Scholiis.

Codices Vindobonenſes. Seruantur in Bibliotheca Palatina Vindobonenſi Codices Homeri ſeptem: omnes recentiores: quorum recenſum dedit Neſſelius et ſecundum eum V. C. Franc. Car. Alter, Profeſſor Gymnaſii Vindob. praef. To. II. namque is miro conſilio Jliadem ex vno horum codicum expreſſam edidit foedis vitiis contaminato, dudum critica editorum opera ad meliorum codicum ductum ſublatis; quae cum vir doctus iterum intuliſſet, vitiorum correctionem iterum ad calcem ſubiicere neceſſe habuit. Cauſſam ſuam hoc placito, de quo pro ſe quilibet diſpiciat, defendit vir doctus: „ſe certum habere, *codici cuique* plus fidei habere quam etiam optimae editioni." Eſt is codex No. XXXIX. quem Valkenar. Diſſ. de Scholiis inedit. p. 107 tanquam *optimum procul dubio* commendauerat, videlicet ex auditione de Scholiorum magno numero quae in eo haberentur, non ex inſpectione. Notationem codicis et ſpecimina Scholiorum miſerat ad me iam M. Nouembri LXXXIV Nicolaus Schow V. Cl. qui tum Vindobonae degebat et bibliothecae Palatinae

copia liberaliter sibi ad vtendum concessa praedicabat. Scholia sunt inter lineas adscripta, maximam partem eadem quae in Scholiis breuibus leguntur, admixtis nonnullis ex Scholiis secundae classis; nec ab homine admodum docto excerpta; continuata sunt vsque ad Π, 361. Quantum itaque cum ex his, tum ex specimine vtroque et Alteri et Schowii quod dudum in manibus habueram, colligere licet, nihil habent, quod codicem valde notabilem reddere possit. E ceteris codd. enotatas lectiones equidem adscripsi iis, cum quibus illae conuenirent, omisi tamen meros lapsus et stupores librarii. Turbabat me subinde, quod codices non cum meliore lectione editionum nostrarum comparati sunt, sed cum lectione deteriore codicis Vindob. ab Altero expressa. Codex CXVII. est ab imperito librario descriptus; at lectio diligentissime exscripta ab Altero. Melioris commatis est Codex Busbequianus No. V. Tum Codex charta gossypina No. XLIX. inter meliores numerandus, cuius tamen inde a libro IX. lectiones excerptas reperio nullas; dignior vtique opera habendus quam ceteri omnes. Etiam Alteri codice melior est Codex CLXXVI. Codicis LXI. lectiones paucissimas in prioribus libris expiscari potui. Codex septimus quis sit, haud reperio: nisi est Codex Hohendorffianus CXVI de quo p. XXVI. agitur: editio Paris. apud Io. Libert. 1620. de qua iam inter editiones supra memoratum est, cui adscripta est insertis foliis chartaceis metaphrasis graeca Tzetzae e cod. aliquo descripta, quae vsque ad lib.

XII. continuatur. Quod versus nonnulli metaphrasis rubro notati sunt, nihil ad ipsum Homerum spectare videtur. Ad carmen ipsum nonnullae lectiones e cod. Paris. adscriptae sunt. Memorat inde vir Cl. alium codicem huius metaphrasis. De iis quae ad calcem Var. Lect. accessere, hic plura monere haud vacat. Ad calcem Odysseae p. 991. adiecta est varietas e Cod. CCXLI imperitissimi librarii manu scripti, nec vltra librum IV. procedentis.

Hi sunt codices, quos adhuc aut vulgatos aut ab editoribus inspectos esse, comperi. Quos ipse adhibuerim, exponam Sect. IV. de Subsidiis nouae editionis.

Non ignoro, codices adhuc superesse haud satis excussos, alios nondum vsibus doctorum hominum propositos: quorum notitiam petes e Fabricio-Harles. Biblioth. gr. Vol. I p. 401 sq. 408 sq. add. Villoison. Prolegom. p. XV. XVI. Quantum quidem ad Jliadis lectionem attinet, haud multa magni momenti inde expectari posse censeo: si quidem aestimationem facere licet re comparata cum lucro, quod lectio Homerica ex iis codd. tulit, qui adhuc comparati sunt; meliora enim debemus antiquis grammaticis, varians lectio vulgaris errat inter errores sollennes et communes aliis quoque scriptoribus. Saltem antiquiores diligentius excuti velim; ceteros in parte aliqua carminis comparare et enotare varietatem, satis erit, vt iudicium de bonitate codicis fieri possit, an ille satis dignus sit, in quo diligentius excutiendo bonam horam aliquis per-

dat. Omnino codicum bona vulgari expetenda res est haud dubie; nolim tamen id ea ratione fieri, vt euulgentur omnia; pleraque enim, quae expectari possunt, sunt iam vulgata. In Homericis multo breuior et vtilior erit opera, si comparentur Scholia antiquorum codicum cum Scholiis Marcianis, nec enotentur nisi ea, quae noua sunt et ab his intacta. Non autem in verbis grammaticorum, qui easdem res variata oratione tradunt, est haerendum; nulla enim Scholia etsi ex eodem fonte hausta, et ex eodem exemplo descripta, ad verbum inter se conueniunt; nec ex minutis his enotatis vllus fructus ad litteras prouenit. Hoc institutum si sequantur viri docti, libellis paucorum foliorum ingens, ac tandem plenus, apparatus Homericae lectionis et interpretationis, litteris nostris vtilissimus, curari potest.

Sunt in his codicibus inprimis ipse *Vossianus* seu *Leidensis* in reliquis Jliadis partibus et *Lipsiensis*, tum *Amstelodamensis*, e quo Ev. Wassenbergh specimina lib. I. II. proposuit. Vir hic doctissimus duas priores rhapsodias Franequerae 1783 euulgauit eo Scholiorum apparatu instructas, vt, si per vniuersam Jliadem ille continuatus prostaret, multum laboris et aerumnae editori esset leuatum. Ille itaque praeter Voss. Cod. Scholia Ven. B. a Bongiouanni edita, et alia, nactus erat *Codicem Amstelodamensem*, olim Gernlerianum, *Societatis Remonstrantium*: de quo v. ei. praefat. p. VII. Est idem quem Valkenar. appellauit *Basileensem* et *Wetstenia-*

num. Ex iis, quae Wassenberg. memorat, assequi licet, Scholia esse secundae classis, conueniunt cum Leid. et Veneto B. habere tamen, vt ceteros, propria quaedam. Quod Valk. ad Phoeniss. p. 569 ex eo Codice laudat ad Jl. Ψ, 679 δεδουπότος Οἰδιπόδαο, legitur quoque in Victor. Aliud ibid. p. 643 excitatum, spectans ad Jl. K, 290 est in Ven. A. Aliud ad N, 137 legitur in Ven. A. B. In eodem Codice est Paraphrasis de qua v. Wassenb. p. VIII. At in primis vss. τοῦ A. quae habet, cum Regio (nos Paris. appellamus, v. de Tolliano apparatu in Sect. de Subsidiis Edit.) communia habet.

Codicum *Escorialensium* notitiam edidit accurate et docte T. C. Tychsen noster V. C. (*Bibliothek der alten Litt. u. Kunst.* 6. *Stück* p. 134.) vnde apparet, comparandos esse illos quoque cum Scholiis alterius classis, in qua princeps est Venetus B.

Vaticanus Codex memoratur inter meliores, quia Porphyrii nonnulla habere fertur, fide Lucae Holstenii de Porphyr. l. c. p. 244. Inspexerat eum Villoison. (Prolegom. p. XLVII.) vbi se Obss. ex eo excerptas suis locis inseruisse ait: scilicet Δ, 433. 457. 491 et ad X, 1. vnde patet esse eadem, quae in Ven. B. quoque leguntur: estque adeo et is Codex secundae Classis.

Ad eandem manifestum est referendum esse *Codicem Mediceum* apud Bandin. Catal. MSS. Bibl. Medic. T. II. p. 124 Cod. III. Plutei XXXII. docent hoc adiecta specimina ex Z, 1 et Ω, extr. porro *alius Cod. VIII.* Alteruter ex his est

ille, quo Alex. Morus ap. Valken. de Scholiis p. 106. vſus erat et Holſtenius in Notis in Stephanum Byzant.

Romae in *Bibliotheca Angelica vrbis* ſeruatur Codex Jliadis, quem e bibliotheca Card. Paſſionei eo eſſe translatum accepi. Notitiam eius debeo humanitati Viri Cl. Louis Lamberti, anno XCVI acceptam beneuolentia officioſa V. C. Caroli Weigel, M. D. Is igitur me docuit, codicem eſſe chartaceum, optimae notae, Saeculo ſaltem XIII. exaratum, conſtantem foliis maioribus 174. Columnis paginae geminis verſus ſcripti ſunt charactere litterarum maiuſculo; minuſculo Scholia, ſingulis libris I—XII. prioribus appoſita; magis quoque exiguo gloſſas continuas interlineares notasque marginales. Liber vſu et vetuſtate eſt attritus, blattis tineisque eſt adeſus, ideoque chartaceis faſciis circumcirca refectus, ita vt extrema marginalium Scholiorum verba ſubinde euanuerint. Scholia, quantum aſſequor, ſingulis rhapſodiis ſunt ſubiecta, cum hoc titulo: ἱστορίαι καὶ ἀπορίαι τῆς ά ῥαψῳδίας et ſic porro; ad primam duodecim folia explent, ad ceteras duo triaue. Praemiſſa Scholiis nonnulla de vita Homeri, aliaque grammatica, mythologica, allegorica, moralia, vt aliis in codicibus, ex Tzetzae allegoriis. Inde a rhapſodia N, ſi recte intelligo, vsque ad Jliados finem, carmen ſolum perſcriptum eſt ſine Scholiis.

Alium codicem No. 531. in Bibliotheca S. Marci Venetiis inſpexerat doct. *Siebenkees*, in quo erant ἐξηγήσεις τινὲς μετ' ἀλληγοριῶν καὶ ἱστο-

ριῶν τινῶν εἰς τὸν Ὅμηρον cum aliis libellis, etiam Ἐκ τῆς Πρόκλου χρηστομαθίας γραμματικῆς Ἐκλογαί. e Card. Bessarionis libris. Sub eo titulo vidit latere Scholia excerpta in Jliadem, pleniora in libros octo priores Jliados, ad reliquos libros pauciora. Commodo vt erat ingenio, impertiuit nobis Specimen Scholiorum ad Γ. quae vidi continere alia, quae in Scholiis breuibus, alia quae in vtroque Veneto occurrunt, alia in epitomen contracta, alia disertiora. Ita ad v. 13 habet ea quae de κονίσαλος in Scholiis Venetis legimus, et de ἀελλὴς, habet quoque: Ἀριστοφάνης δὲ γράφει· κονισάλου ὦρνυτ' ἀέλλης. quod si verum est, debuit illi haberi ὁ ἀέλλης, pro ἡ ἄελλα dictum. ad 35 ceteris, quae alii quoque habent, ad εἷλε παρειάς. Ἀρίσταρχος οὐδετέρως. ἐν τισι δὲ θηλυκῶς. ὁ δὲ Σιδώνιος διὰ τοῦ η. διὰ τὸ παρήϊον. ergo Dionysius Sidonius scripsit παρηά. Idem vir humanissimus Venetiis in bibliotheca Monachorum a Dominico appellatorum, S. Ioannis et Paulli, codicem cum Scholiis enotare coeperat; nescio magno ne cum fructu. Esse hunc video eum, quem Villoison memorat Prolegom. p. XIV.

De Codice *Parisiensi*, quem *Regium* appellat Wassenberg. v. Sect. IV de Subsid. edit. vbi de Tollianis.

Codicis *Wittiani* desiderium admodum mouent ea quae a Villoisono Proleg. p. XIV memorantur; videtur enim ille cum Scholiis suis ex prima classe fuisse et cognatus Veneto A. Coniecturam meam de hoc codice adhuc superstite

v. inf. Sect. IV. de subsidiis huius edit. vbi de Codd. Harleianis agitur.

Inter antiquiores codices video Codicem *Meermannianum* referri cum paraphrasi perpetua, ap. Wassenberg. praefat. p. X.

Verum inutilis esset opera in enarrando codd. recensu non inspectorum, cum notitiae earum collectae sint in Biblioth. graeca Fabricio-Harles. Vol. I p. 401 sqq. et a Villoisono, vt iam dixi; videndum tamen est, ne sint memorati in his codd. qui deprehendantur esse rhapsodiae singulatim scriptae. Sunt in iis quoque codices cum *paraphrasi* seu *metaphrasi*, quorum vsum ad criticen quidem haud magnum esse video; saltem Scholia antiquiora hac ex parte praeferam his interpretamentis recentioribus; vtiles tamen esse possunt ad studium linguae graecae grammaticum; et hactenus adstipulabor Wassenbergio in praef. ad lib. I. II. Iliad. p. IX sq. natae eae sunt e glossis inter lineas appositis, partim e magistri ore exceptis. Laudem itaque habet opera in hoc genere codicum proferendo ex vtilitate, eademque cum eximia doctrina coniuncta esse potest; e quo genere habemus V. C. *Thomae Burgess* Initia Homerica — cum *graeca metaphrasi* ex Codd. Bodleianis et Noui Collegii MSS. (Oxonii 1788) quae particulae sunt ex Iliade, in his clipeus Achillis ex Σ. et tota rhapsodia Γ. cum metaphrasi graeca, quae in pagina aduersa, versionis latinae loco, apposita est; vna cum aliis particulis, simili interpretatione e codd., instructis. Metaphrasin

graecam Γ. ediderat iam Villoiſon e Codd. Pariſ. ad calcem Apollonii Lexici: de qua ipſe diſerte egit in Prolegom. ad Lexicon p. LXXXII ſq. Primo loco commemoranda eſt Paraphraſis Codicis Amſtelodamenſis, cuius Specimen edidit Waſſenberg, quem cum de ipſa paraphraſi, tum de toto genere docte disputantem videbis in praefat. p. VIII ſqq.

In *Epigraphis rhapſodiarum* variis, ex ſcriptis et editis, enotandis operam inutilem perdere nolui; multo minus in *argumentis*, *) quae a grammaticis profecta ſunt, qui nihil de eorum ratione et conſilio ſatis ſubtiliter aut prudenter meditati erant. Miſcent inter ſe grauiora cum leuiſſimis, episodica pro primariis apponunt; tantum abeſt, vt rerum narratarum ordinem accurate, plane ac perſpicue apponant, ita vt, ſi, quomodo res inter ſe nexae ſint, diſcere velis, ex argumentis inſpectis ſine mora ordinem rerum aut teneas aut in animum reuoces; aut, ſi memoria fefellerit, qua rhapſodiae parte, quibus verſibus res aliqua expoſita ſit, facile haec reperias. Grammaticorum itaque omiſſis argumenta praemiſi eius generis, quod in Virgilium adornatum fuit.

Rhapſodiis ab antiquioribus aliter conſtitutis, (de quo actum eſt in Exc. II. Sect. II. ad Ω.) Grammatici Alexandrini alium rhapſodiarum

*) *Periochae* quoque dictae: cuius generis exiſtere debuere plures etiam antiquiores; ſunt in his eae, quas Auſonius latinis verſibus reddidit.

ordinem et numerum ſubſtituerunt, ſecundum Alphabeti litteras XXIV conſtitutum; expedita ſic erat ratio inſcribendi et laudandi. Rhapſodiam α. β. γ. Adiecti tamen in libris ſunt tituli breuiores, partim ad antiquiorum ductum varie confecti, vt ad J, modo Λιταὶ, modo, Πρεσβεία, modo Ἀπόπειρα, ab aliis iunctim; acceſſere verſiculi, qui ſummam rhapſodiae comprehenderent, plerumque ieiune conſarcinati.

Variant haec omnia per omnes codices, nullo cum iudicio librariorum. Pro rhapſodiarum nomine inducta eſt appellatio librorum, recte vtique. Hic autem moleſtia exorta eſt, cuius penitus tollendae nulla ſuppetit ratio, quod duplex eſt mos loca ex carmine excitandi, ſiue recitando libri numerum v. c. libri XIV. XV. ſiue apponendo litteram alphabeti Ξ. Ο. et ſic porro. Oblitus eram in prioribus Obſeruationum voluminibus graecas litteras apponere; paulloque poſt moleſtias rei in comparandis diuerſis editionibus et codicibus ipſe ſenſi; coepi itaque inde a lib. IX. vtrumque morem notandi libros obſeruare.



III.

DE SCHOLIIS IN HOMERICA CARMINA, LEXICIS ET GLOSSARIIS.

Interpretatio et critica carminum Homericorum iam inter rhapſodos aliqua eſſe debuit, quandoquidem de ſententiis verſuum et de verſibus varie recitatis, fallente memoria auriumque iudicio, disputari potuit; cum ipſo temporum progreſſu, in recitationibus rhapſodorum ſollennibus, ἀγῶνας vocarunt, controuerſiae de certis locis ac partibus ſuboriri debuere; cum autem in grammaticorum ſcholis legerentur carmina, interpretatio a magiſtris expeti et addi debuit eorum, quae audientes et legentes, cum ex priſca aetate ac ſermone ducta eſſent, non aſſequerentur. Haec omnia tantum probabiliter exiſtimari poſſunt. Qui primi inde a Theagene Rhegino de Homero ſcripſiſſe narrantur, de eius annis tantum quaeſiuiſſe cenſendi ſunt; v. Excurſ. III. ad Ω. Ex iis autem, qui inter *interpretes* referri poſſunt, primi fuere ii, qui in mythorum impietate ſeu accuſanda ſeu diluenda

operam collocarunt, et modo ad phyſicas, modo ad ethicas interpretationes confugerunt: de quibus dictum ſatis in Excurſu III. ad Jl. Ψ. *de allegoria Homerica.* Non ſane licet accurate conſtituere de ipſo interpretandi modo; tribuerintne ſua commenta poetae, tanquam is ita voluerit ſua dicta accipi, an profeſſi ſint, tales ſenſus et notiones rerum ex carminibus poſſe elici, aut poſſe mythos in eum, quem ipſi narrabant, ſenſum transferri; multum enim duo haec inter ſe differunt. Iudicium itaque ſuperbius de horum virorum prudentium conatibus ferre nefas eſt. Ita ad vtramque rationem referri poteſt de Anaxagora quod traditur e Fauorino apud Diogen. Laert. II, 3, 11. δοκεῖ δὲ πρῶτος τὴν Ὁμήρου ποίησιν ἀποφήνασθαι εἶναι περὶ ἀρετῆς καὶ δικαιοσύνης, et quae de Metrodoro, eius diſcipulo, ſequuntur. Vtram rationem amplexus ſit Anaxagoras, haud conſtat; anima candidiſſima et diuini ortus conſcia; quippe qui interrogatus: οὐδέν σοι μέλει τῆς πατρίδος; εὐφήμει, ἔφη, ἐμοὶ γὰρ καὶ σφόδρα μέλει τῆς πατρίδος, δείξας τὸν οὐρανόν.

Per philoſophorum ſtudia haec et alia ſubnatae ſunt diſputationes ac controuerſiae, non quales noſtra ſtudia mouent, de vera lectione et ſenſu, verum de poetae pronuntiatis, varie ad opiniones philoſophicas reuocatis; admixtae iis ſunt ſubtilitates rhetoricae Sophiſtarum, de locis ambiguae vel obſcurae ſententiae. Ita exorta ſunt ἀπορήματα et ζητήσεις, earumque λύσεις, quarum nonnullae in Scholiis ſunt ſeruatae: de quibus poſt Kuſterum a multis actum eſt, nunc au-

tem cum profuſa doctrinae copia a Villoiſ. p. XLI ſq. et Wolſio in Prolegom. Sunt in his quaeſtiones tam ſpinoſae, inutiles et abſurdae, ab omni poeticarum rationum notione et indole alienae, vt quomodo ingenia non abſurda tales nugas ſerio agere potuerint, haud aſſequaris. Quod ſi ea, quae de reprehenſionibus Zoili in Homero ex eius libris nouem τῶν κατὰ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως memorantur, etſi Porphyrius ait, γυμνασίας ἕνεκα eum haec ſcripſiſſe, more rhetorum, qui, quae nos paradoxa appellare ſolemus, ingenii oſtentandi cauſſa affectare ſolebant, (vt Dio Chryſ. de bello et Philoſtratus in Heroicis: ad quae v. praef. Olearii) quod ſi, inquam, ea compares, videbis illa eiusdem generis fuiſſe cum iis, quae a philoſophis et ſophiſtis iactari ſolebant. Verum eo tempore, quo Zoilus viuebat, non impune idem facere licuit: tanta tum erat admiratio diuini Homeri. Regnat enim in hoc quoque fortuna, quod aliorum admiratio cum vita euaneſcit, aliis poſt mortem, Homero multis ſaeculis poſt, obtigit.

Aliud quaeſtionum genus acceſſit per grammaticos Alexandrinos, quod iam plura ad grammaticam ſpectantia complexum eſt; praeter ζητήματα, ἀποϱήματα, λύσεις, πϱοβλήματα, philoſophici rhetoricique generis, nunc annotationes et commentarii ſubnati ſunt de lectione et acceptione ſingularum vocum et ſententiarum: de formis vocum, de etymis; nunc σημειώσεις, σχόλια, ὑπομνήματα, nunc μεταφϱάσεις, nunc λέξεις, γλῶσσαι· nunc ἀθετήσεις, qua voce quid ſibi vel-

lent, grammatici, ne ipsi quidem notiones certas habuisse videntur. Alii artificium carminis declarare voluerunt, verum exigendo poesin ad rhetorica praecepta, v. c. statim ad A, 366. Vt tamen nec de his mihi multis agendum sit, otium fecere viri docti supra memorati.

Cum omne hoc grammaticorum studium seu criticum seu exegeticum per singula de singulis locis scripta, tum ad singula genera et rhapsodias, exactum sit, nihil perpetua aliqua annotatione, multo minus ad totum carmen: deuenire aliquando necesse fuit ad enotandum et adscribendum vni codici plures annotationes diuersorum grammaticorum; cumque hoc per plures aetates processisset, tandem subnata sunt ea Scholia miscella antiquiora, e quibus nos habemus excerpta modo pleniora modo pauciora et exiliora, prout iudicio, otio aut studio vsi sunt ii, qui aut codices nostros aut exemplaria, vnde illi exscripti sunt, concinnarunt. Quibus ex ordine sua tempora assignare velle, inane studium foret: multo magis, cum illi omiserint nomina eorum, e quibus singula descripta sunt, vt promiscue in Scholiis habeantur antiquiora, et seriora; itaque nec de aetate eorum grammaticorum, qui in iisdem laudantur, certi aliquid liquet.

Grammaticorum autem, qui in Homerum commentati esse memorantur, et in iis ipsis Scholiis, quae ad nos perlata sunt, laudantur, incredibilis est numerus, in Fabricii Biblioth. gr. Harl. facile ad CL. nomina memorata computes; nec tamen eos ad totum Homerum com-

mentatos esse putes; sunt quoque in iis multa eruditionis laude inter veteres conspicua; poterit quoque eorum aliquando recensus instituti haud inutilis ad litteraturam Graecam; ad ipsum enim Homerum non magnus inde fructus redire potest. Quem enim vsum habet ad meliorem carminis intelligentiam, hunc vel illum obscurum grammaticum hoc vel illud statuisse; inprimis cum eorum nomina adscribantur iis locis, de quibus aliquid inepte pronuntiasse memorantur. Habent tamen haec speciem doctrinae, suntque omnino multa notabilia, quae non dixeris esse quoque memorabilia. Interea notitiae eorum peti possunt ex Villoisoni Prolegomenis, et ex Indicibus Bibliothecae Graecae Fabricio-Harlesianae Vol. I. insertis, comparatis capp. de grammaticis Vol. VI. Laudantur interdum nomina generalia, vt ὑπομνήματα εἰς Ὅμηρον vniuerse, vt nos omnino *commentatores* in Virgilium et alios laudamus; ἡ παράδοσις, *lectio recepta;* libelli sine auctoris nomine, quod nunc non sine docta aliqua opera erui potest; vt: ἡ πολύστιχος ad Δ, 334 quae Seleuci fuit; at fuere Apollonii Dyscoli, quae laudantur exposita esse ἐν παραλλήλοις Δ, 539. ἐν τῷ περὶ παρωνύμων N, 102 et ad Z, 336. ἐν τῷ περὶ τῶν εἰς μι. tum ad Θ, 441 περὶ ὀρθογραφίας. item ἐν τῷ περὶ ἀντωνυμιῶν. vt patet ad E, 219. At περὶ σχημάτων, J, 499 liber fuit Herodiani, v. ad Γ, 391. Notiora sunt: ἐν τῇ καθόλου, quae eiusdem Herodiani fuit. Laudantur alii nominibus, quae inter familiares notiora fuere, quam nunc sunt, aut esse possunt;

v. c. ὁ Αἴλιος, qui Aelius Dionyſius Halicarnaſ-ſenſis eſt. ὁ Κοτιαεὺς, eſt Alexander Cotyaeenſis, Cotyaeeo, Phrygiae epictetae vrbe ortus, quod et Cotiaeum et Cotyaeum ſcribitur. ὁ Ἰξίων, Demetrius Ixion. ὁ Σιδώνιος, Dionyſius Sidonius. Notiores ſunt, ὁ τεχνικὸς, Dionyſius Thrax. ὁ Ἀσκαλωνίτης, Ptolemaeus Aſcalonita.

Porro tenendum eſt, in ſcholis, iis aetatibus, quibus vulgaris Graecorum ſermo ab antiqua elegantia ita iam deſciuerat, vt qui veteres ſcriptores ac poetas legere vellet, linguae patriae diſciplina imbuendus eſſet, iam tum coepiſſe Homerum ita legi, vt verba antiqua poetae notioribus redderentur; quae cum in codicibus in puerorum gratiam, inter lineas adſcriberentur, ſuccreuit ſic ſeges codicum, in quibus Scholia interlinearia, quae vocant, alia ex aliis aucta fuerunt, multo magis eorum codicum, ex quibus homines latino ſermone vtentes graecis litteris imbuendi erant. Ita a doctioribus vocibus interpretandis exorſi grammatici deſcenderunt non modo ad notiora, verum et ad notiſſima; ea permixta et confuſa codicum genus conſtituunt haud laude eadem et pari praedicandum, vixque criticis vſibus idoneum.

Interea multa ex antiquioribus Scholiis exegeticis ſigillatim conſcripta, λέξεις dictae, in ordinem redactae, λεξικὰ appellata, fundum Lexicis alphabeticis fecerunt, aliae γλῶσσαι, gloſſariis; vnde varia genera nata, de quibus poſt Erneſti, Ruhnkenium, Villoiſonum, nemo plura deſiderabit. Ex his lexicis et gloſſariis ſerius ite-

rum in codices translatae ſunt rariorum vocum interpretationes. Facile hinc aſſequaris, quot Scholiorum confundendorum cauſſae inde natae ſint. Seruatum eſt ex antiquioribus Scholiis in Homerum Apollonii Sophiſtae Lexicon a V. C. Anſſe de Villoiſon in lucem editum; inter ceteros libros huius generis Etymologicum magnum plurima Scholia Homerica, in ſe habet, et propter hoc ipſum inter primaria ſubſidia Homericae lectionis et verborum interpretationis merito habetur.

Ex diuerſis his Scholiorum generibus ac fontibus ductam eſſe puta Scholiorum farraginem, quae in codicibus noſtris habetur, verus κυκεὼν ſeu cinnus doctrinae et imperitiae diuerſorum hominum ac temporum; ita tamen vt, quo recentiores ſint codices, eo magis ad minutias grammaticas et gloſſas inter lineas ad verba adſcriptas illi deſciſcant, antiquiores autem meliora ac plura ex antiquioribus ſeruauerint; etſi nec hi ſunt vnius eiusdemque generis, necdum vidi codicem aut Scholia laudari, in quibus non admixta eſſent primitiuis aliunde admixta, etſi parcius. Eo enim vbiuis eſt reuocandus animus, vnumquemque, qui librum haberet, ex aliis codicibus, quibus potitus eſſet, ſcholia in ſuum exemplar transſcripſiſſe, et prout eſſet doctior indoctiorue, meliora, deteriora; ita alium codicem auctiora, quam alterum, Scholia habuiſſe. Ita codices ſunt, in quibus αἱ ἱστορίαι enotatae ſunt, in aliis αἱ ἀπορίαι καὶ ἱστορίαι et ſic porro. Eorum Scholiorum, quae nobis innotuerunt cer-

ta genera constituere in promtu est, modo ne tibi persuaseris, posse hoc discrimen tam certo ac tuto constitui, vt ex altero nihil in alterum fluxisse videri possit; nec posse nos fontes cuiusque generis constituere ita, vt pronuntiemus, ex hoc vel illo codice reliquos codices omnes ductos esse. Nos non nisi apographa codicum principum, aut verius, codicum ex iis ductorum, habere mihi satis constat; et licere adeo genera ac classes constituere, non riuos et fontes, vnde manauerint. Multum autem profecimus hactenus quoque, quod eo peruentum est, vt Scholia antiqua probabili modo in classes distribuere possimus.

Primum genus fuit *antiquiorum* Scholiorum, quae ex Alexandrinae Scholae scriptionibus de singulis vocibus, lectionibus, disputationibus coaluerant; ex his plurima sunt seruata in Codice Veneto principe, quem Villoison docta opera descriptum vulgauit; nonnulla quoque in Scholiis Townleianis et Victorianis; etiam in Scholiis breuibus, saltem vtrisque sunt nonnulla communia, v. c. ad Δ, 319. J, 194. Enimuero in his dubitatio suboritur, an non haec sint inter ea, quae in primae classis codices aliunde sunt translata; nam etiam in Venetum codicem seriora, certe diuersa a prioribus, sunt illata; etiam e Porphyrio, vt J, 167. 182. Christianismi quoque vestigia sunt E, 23. Perperam itaque statuas, nos habere vllo in loco aut codice Scholia antiqua intacta et genuina. Immo vero sunt permixta et confusa plura diuersi generis et diuersae indolis;

multo minus ſunt omnia eodem loco habenda et aut promiſcue probanda aut ſine dilectu aſpernanda. Omnino Venetum codicem A non credere licet continere niſi Excerpta ex iis, quae a Grammaticis Alexandrinae Scholae notata fuerant, non totum apparatum, non integras copias. Sunt tamen in his quoque multa per ſe inutilia, docta tamen, quoniam antiquiora ſunt. Multa enim reſpiciunt controuerſias grammaticorum technicas; multa grammatica nunc vulgaria; multa de interpunctione ac ſcriptione, quae mireris aut controuerſa fuiſſe, aut etiam notabilia eſſe potuiſſe; in his vero cogitandum eſt, ad ea tempora incunabula artis grammaticae eſſe referenda.

Vtinam ex eo codicum genere, et claſſe hac, plures codices extarent, quorum comparatione proficere poſſemus! Pro his, quae fortuna nobis inuidit, locupletiorem habemus claſſem *alteram*, in qua locum primum tenet Codex Venetus B., Townleianus et Victorianus, Lipſienſis, Leidenſis, Moſcuenſis; tum ceteri codices, in quibus Scholia meliora habentur, etſi admixtis aliis ſerioribus et deterioribus; in his ſunt codd. Vratislauienſes et alii, de quibus infra ſigillatim agetur. Etiam haec Scholiorum claſſis antiquos grammaticos habet auctores, non vero criticos, ſed eius ſectae, quae in quaeſtionibus et diſputationibus verſata eſt, quid in poetae narrationibus ac ſententiis notabile eſſet vel reprehenſione aut defenſione dignum; in hoc genere regnat Porphyrius. Intolerabilis horum hominum eſt loquacitas in locis communibus, in declaranda

poetae prudentia, etſi vulgaribus vitae vſibus et ſenſu communi facile aſſequenda; eliciunt et accumulant ethica et rhetorica, ad quae ſiniſtro iudicio poetam exigunt et aeſtimant; ſenſum poeſeos raro videas eos habere; rhetorico artificio poetica metiuntur et aeſtimant; tum vero argutantur in manifeſtis ac perſpicuis, nodos quaerunt in ſcirpo et ineptiunt; etſi interponunt ſaepe vtilia et valde probanda. Deprimit hoc admodum faſtum noſtrum litterarium, ſi reputamus, quanta doctrinae noſtrae laudisque ex ea partae pars contineatur notitiis per ſe inutilibus, falſarum et abſurdarum opinionum, nugarum et tricarum; quas tamen cognitas habere neceſſe eſt, propter alia vtiliora, quae cum iis coniuncta ſunt! adeo verum eſt: οὐ μὲν καλὸν, ὑπέρβιον εὐχετάασθαι. Iudicii igitur ſolidioris nec, vana antiquitatis admiratione, praeuaricantis res eſt, ex his Scholiis meliora ſeligere et ad interpretationem adhibere; ſaepe quidem vtilitatem habent in hoc, quod aſſequi inde licet, quae veteres paſſim de Homericis ſomniarint, ſubtiliter excogitarint, aut per argutias in ea de ſuis intulerint: Et hactenus pronuntiare licet, meliore iudicio nos innumera melius aſſequi, rectius perſpicere et ſaniore iudicio conſtituiſſe, quam veteres illi eruditi, qui in Homericis deſudarunt.

Tertiae claſſis ſunt Scholia *breuia*, vulgo Didymi appellata, ex fonte diuerſo a ceteris ducta, ſed omnino manca ac mutila, et multo pluribus aliunde adſcitis aucta, plerisque etiam ex gloſſis interlinearibus. Debuit eſſe Codex ali-

quis antiquior bonorum Scholiorum, ex quo aliquis nonnulla excerpſerat; haec excerpta in alios codices ſunt tranſcripta, et multa cum interpolatione in aliis codd. repetita; vnus ex his codicibus in manus venit Ioanni Laſcaris, a quo edita ſunt Romae, indeque ab Aldo repetita. Sunt itaque et haec Scholia miſcella, in multis partibus merae gloſſae inter lineas in codice appoſitae; in aliis copioſiores, prouti aliquis codicis alicuius poſſeſſor adſcripſerat aliunde notata; reperiuntur itaque in iis paſſim ea, quae in codicibus primi et ſecundi ordinis leguntur; ita, ſi cum Cod. Ven. B. contuleris, ad K, 56. vbi de fragmento Euripideo cf. Valk. Diatribe p. 202. item ad K, 252. 351. 560. Quo caſu viri docti in nomen Didymi inciderint, quod iis praefixerunt, haud conſtat; nomen Didymi, ex Ariſtarchea ſchola in iis excitatur, vti quoque in aliis Scholiis paſſim: egit de his docte Fabricius.

De *Porphyrio*, quae afferam luculentiora, non habeo poſt ea, quae egregie disputata ſunt a doctiſſimo viro, Ge. Henr. Nöhden. Edidit ille *Commentationem de Porphyrii Scholiis in Homerum* Gottingae 1797. Cum praeter Quaeſtiones Homericas (Ὁμηρικὰ ζητήματα) inde ab a. 1518. ſaepius, cum Homero plerumque editas, nouiſſime, ſi bene memini, a Barneſio, cum praeter has, inquam, memorentur in Scholiis antiquioribus, vna cum particulis ex illis, alia quoque, quae in iſto ſyntagmate haud reperiuntur; variae fuerunt coniectationes virorum doctorum de alio Scholiorum opere, aut

de duplici opere ζητημάτων Ὁμηρικῶν maiore ac minore; ſed docuit vir laudatus, probabilius eſſe, libellum quem nos habemus, praefixa praefatione commentitia, (praefationis ipſius Porphyrii excerpta habentur in Schol. B. ad Jl. K, 252) complecti Excerpta ex opere multo ampliori, e quo etiam repetita ſint reliqua, quae paſſim in Scholiis antiquis occurrunt, modo nomine appoſito, modo omiſſo: quae tamen in promtu eſt agnoſcere ac diſcernere ſimilitudine indolis et argumenti; ſunt enim partim grammaticae, partim ethicae ac rhetoricae disputationes de verbis ſententiisque memorabilibus ſeu controuerſis: quarum grammaticae quidem de verbis notabilibus, quae ex ipſo Homerico vſu illuſtrantur, praeſtant ceteris; aliae ſunt de verbis tropicis; aliae difficultatum ex ſubtilitate grammaticorum intempeſtiua motarum ſolutiones, non minus importunae ac ſubtilitatis moleſtae. Magnam de his Porphyrii Scholiis exiſtimationem mouerat Valkenarius in Diſſ. de Codice Leidenſi, cuius ille inſigne munus Porphyriana illa eſſe cenſebat; multo plura cum iisdem ex aliis inde codicibus innotuere; ſi tamen ea quaeras, quae criticam ſubtilitatem *in Homericis* aut interpretationis ſagacitatem aut exquiſitius iudicium prodere videri poſſint, meſſem haud opimam te comportaturum eſſe, perſuaſum habeo. At, vt dixi, bonae obſeruationes grammaticae generaliores inſunt; et hactenus non indignae illae ſunt ſtudio virorum doctorum; eſſetque materia libelli haud contemnendi, ſi quis fragmenta Porphyriana, ſeu

nomine notata, quorum recenſum videre iam potes in Biblioth. Fabric. - Harl. Vol. I p. 449. ſeu ex reliquis Scholiis eruenda, maturo iudicio facile dignoſcenda, vndique congereret, et congeſta ſub vnum obtutum exhiberet. Sunt enim multa huius generis, quorum auctoris nomen cum plures librarii omiſerint, vnus aliquis praefixit, ſunt alia aliunde haud difficulter Porphyrio aſſignanda; quorum magnam partem paſſim indicaui. Edidit Specimen ſuo ſtudio confectum in Diſſertatione laudata Nöhden V. C. Ad hiſtoriam Scholiorum veterum illuſtrandam forte iſta facerent; etſi ipſi Homero vix multum lucis inde ſit appariturum. Fueritne vnus aliquis grammaticus, qui Porphyriana in ſuum codicem per particulas inferret, an plures excerpta alius alio dilectu inſeruerint, pronuntiari nequit; hoc autem ſatis liquere videtur, Scholiorum, quae ad nos peruenere, auctores vix ex ipſo Porphyriano libello, ſed ex aliis Scholiis Porphyriana petiiſſe et plerumque contracta et ſine nomine, ſuis adſcripſiſſe. Ita factum, vt vix ſit vlla Scholiorum compilatio, in qua non Porphyriana aut diſerte memorentur, aut ſine nomine appoſita lateant. Per antiquiora Scholia quam multa ſparſa ſint, docuit Nöhden l. c. p. 15 ſq. Adeo pauca ſunt, quae integra et intacta nobis ſint ſeruata. Nec magis pro certo conſtitui poteſt, Porphyriana ſintne ipſius obſeruata, an deſcripta ex antiquioribus: quod in multis locis probabile mihi viſum eſt. Certe ἀποϱίας et λύσεις ex ſuperioribus petiit; et grammaticos Alexan-

drinos in his ſibi praeiuiſſe profitetur ipſe, in Schol. ad J, 684.

Euſtathius plures haud dubie tractauiſſe codices Scholiorum videri debet, quos excerperet: itaque appellat ſuam Scholiorum congeriem παρεκβολὰς, ἀπὸ τοῦ παρεκβάλλειν τὰ εὔχρηστα ὡς ἐν ἐκλογῇ. Ipſe ſe iuniorum amicorum cauſſa diſcendi cupidorum exorſum eſſe opus ait, nec adſcripſiſſe omnia, ſed tantum vtilia, et ſuo loco, quo poterant quaeri, ea cum mente, vt ferat inde vnusquisque, quod cupiat: ſententias, vocabula, hiſtorias, mythos, inprimis rhetorice vtilia; nam curabat inprimis (p. 1007, 8.) τὰ εἰς ῥητορείαν εὔχρηστα. itaque vbique inculcat monitum, quomodo aliquis verſu, vel formula aut verbo in re ac loco ſimili vti poſſit; quam ob rem nos quidem faſtidio enecti ei iraſcimur, ipſe ſuae tamen aetatis hominibus valde vtilis eſſe potuit. Scripſiſſe quoque videtur, cum adhuc eſſet magiſter rhetorices; Commentarii in Periegeten et in Odyſſeam iam editi erant, cum in Jliadem commentari inciperet: p. 3, 1. Codices quos habuit, pauciora ex antiquioribus grammaticis praebuere; fuit tamen in iis vnus, qui ex Apione et Herodoro excerpta habebat Scholia, quae ignorant alii Scholiorum compilatores: cum quibus ceteroqui communia ſunt plurima alia, quae in Scholiis ſecundi maxime ordinis occurrunt; ex primo quoque ordine, inprimis, quoties τοὺς παλαιοὺς laudat, vel τοὺς Σχολιαστάς. et Σχολιαστὴν ad N, 599 p. 948, 58. Plurimum profecit ex Lexicis rhetoricis; adſcripſit plurima ex Athe-

naeo, Strabone, Stephano Byz. Habet quoque nonnulla Porphyrii. Verſatus valde fuit in lectione Tragicorum, Ariſtophanis, Lycophronis, Pindari, Theocriti, Heſiodi, Herodoti, Platonis, nam ex his videtur multa ſua ex lectione, non aliorum notatis, afferre.

His inter ſe comparatis intelligitur, Scholia antiquiora critici generis mature eſſe relicta, et lectorum ſtudium transiiſſe ad illud alterum, donec ſequioribus ſaeculis ad ea deflecteret, quae in puerili inſtitutione vtilia eſſe poterant, mera grammaticae technicae praecepta. In medio illo ſtudio multa vulgaria repetuntur in plerisque omnibus, doctiora raro, et modo in hoc modo in altero codice reperiuntur. Mythi, nec tamen conſtanter, repetuntur, locis interdum, in quibus haud expectes, in aliis codicibus alio loco adſcripti; ita tamen plerumque modo ómittendo modo alia inſerendo, corrupti, vt hinc facile aſſequi liceat, quomodo notitiae mythicae ſeriorum aetatum tam mirum in modum abſurda complecti poſſint. Cum enim in breuius redigere volebant librarii narrationes, aut alii aliis eas locupletare, modo obſcuritates, modo interpolationes illatae ſunt, quae omnem antiquam fidem euertunt.

Si noſtram diligentiam veteres adhibuiſſent, vt ſingulis animaduerſionibus adſcriberent nomen grammatici, qui earum auctor fuerat, aut vnde eae petitae eſſent, bene nobiscum actum eſſet. Hoc enim ſi feciſſent, liceret de auctoritate multorum Scholiorum melius iudicare, etiam de ae-

tate: de qua nunc omnino iudicium certum ſieri nequit; nam discerni nequit, ſintne verba, quae legimus, eius qui Scholion ſcripſit, an eius, qui in congeriem, quam habemus, transtulit; v. c. ſi οἱ ἡμέτεροι leguntur ap. Villoiſ. Proleg. p. 27 f. ſi ad T, 79 Ἀπολλώνιος, ὁ διδάσκαλος ἡμῶν; quod idem Scholion inſeruit ſuis Quaeſtionibus Hom. 23. Porphyrius, vt etiam illum veteris grammatici verba transſcripſiſſe inde appareat; nam ipſe Apollonium magiſtrum ſuum appellare haud potuit. Quam parum ſimilibus confidere liceat, vel vno exemplo declarabo: Prouocat Schol. A. ad Jl. A, 294 εἰ δή σοι πᾶν ἔργον ad ſua notata in Odyſſ. Γ. „ὅταν περὶ τῆς Ὀδυσσείας γραφῆς ἐπιζητῶμεν, πότερον, τοῦ ἕνεκα σοὶ προτέρῳ, ἢ, τοῦ ἕνεκα τοὶ προτέρῳ“ Verſus eſt Od. Γ, 50, τούνεκά τοι προτέρῳ δώσω χρύσειον ἄλεισον. Atqui qui iſtud Scholion ſcripſit, ipſe *Herodianus* fuit, e cuius προσῳδίᾳ Ἰλιακῇ (diuerſa a τῇ καθολικῇ) illum locum transſcriptum eſſe ſatis conſtat, vel ex Scholiis B. L. ad eund. vſ. 294. Fuit autem eiusdem Herodiani προσῳδία Ὀδυσσειακή, vel εἰς Ὀδύσσειαν. Ita quoque Schol. A. ad Jl. M, 157 ῥηθήσεται δὲ (de tono voc. ζαής) ἐν τῇ M. τῆς Ὀδυσσείας περὶ τῆς προσῳδίας. recte, ad vſ. Od. M, 313. Eiusdem Scholion eſſe debet in Schol. B. et L. ad A, 461 de ὠμοθετεῖν. ἔτι περὶ τούτου εἰς τὸ τέλος τοῦ Γ τῆς Ὀδυσσείας atqui hoc factum erat ad Odyſſ. Γ, 458. Idem Herodianus eſt intelligendus in aliis locis, vbi ad ſua ſcripta prouocat, vt ad E, 9. ad librum περὶ ὀνομάτων, E, 100 ἐν τῷ περὶ ἐπιῤῥήμα-

τος. et al. Porro, cum tot aliis locis τὰ Ἀριστάρχου ὑπομνήματα laudentur tanquam inſpecta, in Schol. A ad B, 396. 435. patet, non ex ipſis ὑπομνήμασιν hoc prodi, ſed e Didymo, qui ex iſtis ea prodiderit. Cum ſibi in ſuos quisque vſus parauiſſet Scholia, atque alter ex altero transſcripſiſſet, conſilio ſeu aliquo ſeu nullo, euenit, vt accommodaret ceteris, quae haberet, mutaret, in breuiora redigeret, vnusquisque id, quod exſcribebat, alia omitteret, alia ſeruaret, alia inſereret ex aliis. Ita ſit, vt, ſi plura Scholia compares, etiam ſi ſententia eadem manſerit, verba tamen inter ſe varient; porro vt multorum ne ſenſum quidem aſſequaris, niſi alia excerpta ex iisdem fontibus compares: quo ipſo efficitur, vt moleſta opera ſit in his ſcholiis redigendis, neque eius operae pretium ſatis magnum: plerumque enim ea, quae inde prodeunt, dudum melius tenebamus, quam ex Scholiis diſcas.

Noli porro, ſi *Scholia ad Jliadem* audieris, tibi perſuadere, niſi aliunde didiceris, vniverſam Jliadem ea complecti, aut omnes libros pari induſtria eſſe adornatos Scholiis, ne in eodem quidem codice. Ita Ven. A. in mediis rhapſodiis eſt ieiunior. Itaque in ſingulis rhapſodiis locupletiores ſunt modo hic modo ille. Fortuna mihi obtulerat in poſtremis libris multo copioſiora ſubſidia quam alii habebant. Ad rhapſodias I. K. pleniora Scholia aetas pertulit. Ex quibus dictis, quam praeceps virorum doctorum in his iudicium ſit, exiſtimari poteſt.

Eſt quoque hoc notabile, alias rhapſodias Scholiis paucioribus, alias copioſioribus, vt Jl. Z, eſſe inſtructas; neque hoc vbique ac ſemper librariorum cura vel incuria eueniſſe puta, verum quoniam veteres Grammatici plerumque in ſingulas rhapſodias commentati ſunt; non in omnes pari continuoue ſtudio.

Serius cum Jliadis libri, maxime priores, in ludis litterariis adhiberentur ad tradenda elementa grammatices, ſucceſſit genus Scholiorum, quod puerorum tantum vſibus inſeruire poteſt, partim verba etiam vulgata et notiſſima interpretando, partim vocum flexiones et reſolutiones tradendo. Ex hoc genere ſunt Moſchopuli Scholia ad duo priores Jliados libros a Scherpezelio vulgata (Traiecti ad Rh. 1719.)

Poſtquam fontes Scholiorum noſtrorum quantum fieri potuit monſtraui: memorabo nunc nonnulla de ſingulis; quae enim ad hiſtoriam litterariam ſpectant, petenda ſunt ex Biblioth. Fabric. Harleſ. Vol. I p. 368 ſqq. *Scholia breuia*, minora, prima fuere, quae in lucem prelo ſunt prolata *Romae* 1517. fol. *) et ad haec redii,

*) Cura *Io. Laſcaris*, e chalcographeo Gymnaſii Medicei in Colle Quirinali, (ei gymnaſio tunc ille praefuit,) Σχόλια παλαιὰ τῶν πάνυ δοκίμων εἰς τὴν Ἰλιάδα. „*Homeri* hic *interpres antiquus infinitis propemodum malignitate*, inquit, *temporum laceratus plagis haud paruo negotio reſtitutus* (tenendum hoc, ne forte putemus nihil in iis recentioris manus acceſſiſſe) *purus nitidusque, ac mille fratribus auctus, matris foecundiſſimae chalcographorum artis beneficio, in lucem prodeo.*“ Mirum hoc, ſi iam tum

quoties de eorum veritate quaerebatur, quandoquidem in ſerioribus edd. vitia irrepſere; ne de Schrevelii mala fide memorem, quam poſt Mericum Caſaubonum manifeſtarunt editores Cantabrigienſes Iliadis cum Scholiis (ed. Cantabrig. 1689. 4.) Additae enim ad calcem ſunt: *variae lectiones, emendationes et coniecturae in Scholia Homerica; quibus interſeruntur Additamenta ex Excerptis MSS. et ſuppoſititiorum* (a Schrevelio) *Scholiorum elenchus.* Excerpta haec MSS. *Aloyſii Alamanni* (ſeu Alamannii v. Villoiſ. Proleg. ad Longum p. XLIX) manu in margine exemplaris ed. Florent. ex aliquo codice adſcripta erant; ſunt pauca nec magni momenti, ſi cum iis copiis, quas aetas noſtra vidit, compares; etſi, pro ſua aetate merito, de iis magnifice pronuntiant Cantabrigienſes.

Exemplar illud ed. Florentinae cum Alamanni manu ſeruatur in Bibliotheca Etonenſi;

mille exemplaria eiusdem libri excuſa fuere! *Didymi* nomen nec in hac principe, nec in repetita inde *Aldi editione* 1521. memoratur; nec niſi in fronte Scholiorum ad Odyſſeam, quae 1528 prodierunt cura Franciſci Aſulani cernitur: Διδύμου τοῦ παλαιοτάτου εἰς τὴν Ὀδύσσειαν ἐξήγησις. repetita haec ſunt *Pariſiis* 1530 vbi editor Scholiaſten hunc ἀμελέστατα παρὰ τῶν ἄλλων (vno Aſulano) ἐκδοθέντα correxiſſe profitetur. Coniunctim poſtea edita ſunt *Iacobi Bedroti* cura cum praefat. Io. Sturmii *Argentorati* per Wendelinum Rihelium 1539. 8. Adiecta Scholia breuia in margine edd. Baſileenſium ap. Hervagium 1535. 1541. 1551.

e quo Scholia in Odyſſeam Ioſ. Barnes enotarat; at *in Jliadem* Scholia ex eodem codice Barnes, cuius opera in Scholiis excudendis omnino parum probatur, cum partim parum cauta ſit, partim audax et temeraria, ſatis habuit ad fidem editorum Cantabrigienſium repetere, inſerta Scholiis breuibus, ſtellula tamen praefixa, ſub *Scholiorum Excerptorum* nomine; quae nulla alia eſſe putanda ſunt, quam illa Alamanni manu enotata; etſi ipſe inter Σχόλια Παλαιὰ refert, quo nomine Scholia breuia deſignari ſolent, et deſignata ſunt in edd. Flor. et Ald. ſane quidem excerpta haec quoque ex antiquioribus, vnde etiam cum iis *interdum* conueniunt, quae Euſtathius hoc nomine laudauit; omiſſis tamen grauioribus, enotatis leuioribus et admixtis aliis leviſſimis.

Quod ad Scholia breuia ipſa attinet, absterſis iis, quae ſerius addita ſunt, Io. Laſcaris e variis codd. ea congeſta digeſſit, itaque conſtant particulis vndecunque collatis, nec integrum aliquod et partibus congruis conſtans opus conſtituunt; ſunt Scholia meliora ex primi ordinis Scholiis, nonnulla quoque ex his alibi haud obvia, in his quoque mythica nonnulla; alia fluxere e riuulis Scholiorum ſecundae claſſis, contracta plerumque; tum vero multo plura ex gloſſis ſeu ſcholiis inter lineas appoſitis ad voces ſingulas interpretandas; dilectum a Io. Laſcaris factum facile credas; nomen Scholiorum *breuium* merito iis indiderunt; probabile ſit, virum doctum nullos alios codices ad manum habuiſſe,

vt doctiora et locupletiora inde apponeret. Waſſenberg. V. C. praef. ad Paraphraſin p. XIX acute ſuſpicatur, Paraphraſin aliquam diſſolutam in Scholiorum morem redhibitam eſſe a Laſcari.

De copiis, quas Euſtathius in opus ſuum transtuliſſe videri poteſt, paullo ante dictum eſt. Quae ille de ſuo addidit, non admodum deſideraremus, ſi abeſſent; pleraque rhetorici generis, dum docere vult, quomodo aliquis poetae dicta ac verba ad alia transferat; porro, quae praeclara in poeta ſunt, edocere ſtudet, vulgaria ſaepe monens, vbi ſubtilius cauſſae recti et pulcri erant enucleandae. Reliqua e Scholiis, quae nactus erat, appoſuit; ideoque ea, quae ex antiquioribus memorat, non ipſe obſeruaſſe, aut legiſſe putandus eſt; ſed eſt grammaticorum omnis illa doctrina, niſi quod ex Athenaeo, Strabone et Byzantino adſcripta eius ipſius induſtriae deberi videntur. Iudicium haud diſſimile tulerat Valkenarius.

Venere inde in notitiam *Scholia Codicis Victoriani;* maxime per libellum: *Scholia vetuſta in Jliadis librum IX. graece edita a Conrado Horneio.* Helmſtad. 1620. 8. deſcripta a *Io. Caſelio e libro P. Victorii, Florentiae.* Praeclarum hoc Scholiorum Specimen repetitum in edit. Jliados Oxon. 1695 et a Barneſio: cum reliquorum codicis magnum deſiderium mouiſſet, eius explendi opportunitas tandem oblata eſt. Verum de his paullo poſt agetur in Sect. IV. de Subſidiis nouae editionis.

Saeculo et quod excurrit ſerius prodiere Graeca Scholia Scriptoris Anonymi in Jliad. I. *Ant. Bongiovanni ex MS. bibliothecae S. Marci eruit, latine interpretatus eſt, notisque illuſtrauit* Venet. 1740. 4. Eſt hic codex Marcianus, alter e duobus, quorum Scholia vulgavit Villoiſonus, Codex quidem B. codice primi ordinis A. No. 454. praeterito. Eſt enim Cod. 453. cuius Specimen iam editum erat in Bibliothecae D. Marci Gr. codd. p. 243.

Alius eſt codex antiquus, cuius notitiam dedit Valkenarius, edito ſpecimine: *Jliadis liber XXII. cum Scholiis veteribus Porphyrii et aliis e codice Leidenſis bibliothecae: vulgauit Lud. Caſp. Valkenaer.* Accedit *Ei. Diſſ. de Codice Leidenſi. Leouardiae* 1747. 8. Eſt hic codex *Leidenſis* idem, qui *Voſſianus,* de quo Spanhem de vſu et praeſt. num. p. 85 memorauit; olim Peireſcii fuerat, multis laudibus ornatus a Valkenario, cum illo tempore nulla aliorum codicum, quam nunc habemus, notitia eſſet. Nunc ſatis conſtat, eſſe codicem illum ſecundi ordinis, cuius plures alii ſimillimi extant, multo locupletiores, primo loco Venetus B. Optandum vtique eſt, vt exemplum eius deſcriptum vulgetur, eodem conſilio, quo Villoiſon doctorum hominum ſtudiis impertiuit bona codd. Marcianorum. Verum quae optare licet, non iure quoque tanquam debita, licet exigere; non magis quam poſtulare, vt, legibus bibliothecarum contemtis, aut codices aliis communicentur aut in eorum commodum deſcribantur vel

excerpantur. Desiderium codicis mox leuatum vidi partim specimine libri XXII. partim iis, quae Wassenberg. in Scholiis lib. I et II. Jliados protulerat (Franequ. 1783. 8.) tum Specimine libb. a Villoisono proposito, et Scholiis Marcianis adiecto; multoque magis Excerptis aliis MSS. e cod. Vossiano manu Iac. Gogeri factis, quae e bibliotheca Burmanni in bibliothecam Gottingensem peruenerant; pauca enim vidi occurrere, quae non in ceteris eius classis codicibus, plerumque pleniora, habeantur. Codicis Leidensis Scholia in libro XXIII. deficiunt.

Occurrit in iis, et in Schol. Moscuens. nomen grammatici Σεναχειρὶμ, cuius Scholia nonnulla iisdem inserta sunt. Videtur ille circa Saeculum XII. vixisse v. Villois. et ex eo Fabric. Harles. Vol. I. p. 522. Quae seruata sunt, non magnum desiderium mouent amissorum; sunt enim e genere illo, quod sermocinantium in Homerum, non commentantium est. Alia de hoc codice Leidensi v. congesta in Valken. Villois. Proleg. p. XV. Fabric. l. l. p. 399. Nöhden p. 16 sq.

Memineram paullo ante Speciminis *Everardi Wassenbergh*, quod inscriptum: *Homeri Jliadis libri I et II. Franequerae* 1783. Ex Valkenarii disciplina profectus vir doctissimus, qualem mihi omnis huius conatus mei in Homero socium obtigisse optandum erat, memorabile Specimen conatus Scholia diuersa in vnam compagem congerendi proposuit. Valkenarii ille exemplo, e Cod. Leidensi Scholia libri I et II.

edere inſtituerat; ei oblata ſunt alia a Ruhnkenio, et aliis; copulata itaque digeſſit Scholia Leidenſia ſeu Voſſiana, Scholia Cod. Regii Pariſienſis a Ruhnkenio deſcripta; (eſt Codex 2766. de quo inf. Sect. IV de Subſidiis nouae Edit. dixi) Scholia cod. Lipſienſis, et Scholia Mosquenſia, vna cum Scholiis vulgaribus, ſeu breuibus, (quae appellat *edita*) et cum Scholiis cod. Veneti B. a Bongiouanni vulgatis libri primi. Subiecit vir doctiſſ. Notas in Vitas Homeri, et in Paraphraſin, tum Emendationes in Scholia, ſed ad lib. I, 149. abruptas. Vtinam continuatam haberemus eruditi viri operam in vna et altera alia rhapſodia, a qua eum auocaſſe videntur cum alia tum temporum calamitates, quibus tot virorum doctorum meditata fuerunt intercepta.

Inter codices cum Scholiis nobiliores habendus *Lipſienſis bibliothecae Paullinae;* Scholia in libro XVI. (P) 38. deficiunt; ſolum carmen ſuppletum eſt ab alia manu. cuius notitiam dederat Stephanus Bergler in Actis Erudit. Lipſ. (iam 1712 p. 316 promiſſam) 1719 p. 307. I. C. Wolfius Hamburgenſis in Miſcellan. Obſſ. crit. Vol. V. p. 153 ſqq. ſub Homerophili nomine. Opinionem ille, e Caſeliano Specimine Scholiorum ad Iliados librum IX comparato ſuſceptam, eſſe Scholia haec eadem quae Victoriana, videtur ſtabilire velle; at dicendum erat, vtraque ex communi fonte fluxiſſe; ſunt enim familia Scholiorum ſecundae claſſis et ordinis. Lectionem variam carminis editioni ſuae inſeruit Erneſti, et de codice egit praefat. p. V. Scholiorum

autem comparationem cum Venetis receperat Beckius V. C. primis annis, quibus de hac editione confilia communia, vt in praefatione a me narratum eſt, agitabantur. Libri primi apographum habuit Bentleius, ſiue a Io. Burc. Menckenio, ſiue a Steph. Berglero curatum (cf. Sect. IV. *de Subſidiis edit.*) e quo varias lectiones exemplari ſuo adſcripſerat Bentleius. Aliud Scholiorum libri I. apographum Sam. Frid. Nathan. Mori, optimi viri, humanitate peruenerat ad Waſſenberghium, quod ille cum Scholiis cod. Leidenſis et Amſtelod. et Veneti B. comparauit. v. eius praefat. p. XV. XVI. Scholia integra e Codice transſcripſerat Steph. Bergler, in Io. Burc. Menckenii ſuſpicor gratiam; quod quo peruenerit, non conſtat; nam ad R. Bentleium perueniſſe probabile non ſit; verum ex illo apographo aliud apographum inciderat in manus Io. Chr. Wolfii Hamburgenſis; cuius bibliotheca nunc pars eſt eximia *Bibliothecae Hamburgenſis*, cui tandem nouiſſimis his annis Bibliothecarius obtigit, qui in ea ordinanda et conſtituenda doctam et efficacem operam praeſtat, *Chph. Dan. Ebeling*, V. C. Profeſſor, cuius cura opes iſtae lautiſſimae litterarum vſibus redditae ſplendorem inſignem conſequentur, vnde haud dubie nouum decus cum Gymnaſio nunc reſtituto, tum ipſi vrbi paratum erit. Ex eo apographo Hamburgenſi libri I. II. III. et IX Scholia excerpta adiecit Marcianis Villoiſonus: quem v. in Prolegom. p. XLVII. Nactus eram ipſe apographum Scholiorum libri II. vsque ad nauium Catalogum, ma-

nu Marci Guil. Mülleri, Gymnaſii Altonenſis Subrectoris, doctrinae meae alumni deſideratiſſimi; immatura enim morte obiit a. LXXXV. is notitiam Scholiorum dedit, et ſpecimen aliud vulgauit ex Jliados libro II. inde a vſ. 494 ſq. in Noua Bibliotheca philologica et critica Gotting. 1783. Vol. I. faſcic. II. Premebam deſiderium inſpiciendorum Scholiorum in reliquos libros; etſi amici erant, quorum facilitatem et promtam voluntatem perſpectam habebam. Cum autem ad calcem operae meae perueniſſem, precibus meis obtulit codicem Hamburgenſem vir optimus et amiciſſimus, Ebeling; nec detrectaui hoc operae meae auctarium, vt potiora ex eo comparato vna cum Scholiis Victorianis inſererem Supplementis, quae ſingulis voluminibus adiectae ſunt.

Potitus interea eram alia ex parte *Scholiis Moſcuenſibus* in *Fragmentis* librorum M. O. P. Σ. T. quae comparaui diligenter, cum viderem eſſe inter meliora referenda; ſunt ea ex eodem fonte deriuata, e quo fluxere Scholia cetera ſecundi ordinis. Horum gratiam Chr. Frid. Matthaei, Prof. Witteberg. deberi, narraui in Sect. IV. *de Edit. noſtrae Subſidiis.* Scholia in Τ (lib. XIX) ipſe vir doctiſſ. vulgauerat Programmatibus I. II. III. Miſenae ſcriptis a. 1786. In Sect. IV. modo memorata declaratum dedi, fragmenta haec Scholiorum Moſcouienſium ſpectare ad Codicem Moſcuenſem *b*, cuius omnino particulas illa conſtituiſſe videntur; nam et illis ineſſe narrantur Scholia, Porphyrii et aliorum

dicta; esse tamen ea eiusdem census, quam ea, quae paullo ante commemoraui, apparet ex iis, quae a V. C. Matthaei exposita sunt in praefat. ad Syntipae fabulas p. XIII. et ex Specimine, quod ad calcem adiecit, Scholiorum ad Jl. Ω. 1 — 475 in quo deficit codex; quae bono cum dilectu vir doctissimus vulgauit, cum Scholia Codicis Lipsiensis deficiant in rhapsodia P. Leidensia in Ψ. Inscripsit ea „Porphyrii et aliorum Scholia inedita" Valkenarii exemplo, quo Porphyrianis Scholiis insignis aliqua praestantia tribui coeperat. Sunt tamen Excerpta selecta ex genere Scholiorum quae in Codd. Veneto B. et aliis huius classis inserta sunt; in quibus etiam sunt nonnulla nomine Porphyrii modo omisso modo apposito. Me vera suspicatum esse, docuit me Specimen Scholiorum ad fragmentum libri A et M. a viro doctissimo, melioribus satis digno, Io. Wilh. Mellmann, Mosc. Professore a. XCV. ineunte ad me missum *); idque firmatum iri spero, si quis reliqua Scholia fragmentorum codicis Mosc. 2. cum Scholiis Venetis comparaverit; apparebit quoque Scholia inter lineas apposita esse Scholia breuia, quae in edd. nostris habentur.

Tandem a. LXXXVIII. expletum erat desiderium *Scholiorum codicis vtriusque Marciani Veneti*, immortali beneficio *Casp. d'Ansse Villoison*, viri doctissimi et bene de litteris meriti,

*) Ex eo quoque didici, Scholion B. et L. ad A, 211. de ὀνείδισον esse Porphyrii, cuius nomen in Mosc. praefixum est.

qui humanitatis exemplum propoſuit memorabile, quod aliorum ſtudiis reliquit ea, quibus ipſe maturius et melius de poeta ipſo mereri poterat. De Scholiis et de Grammaticis idem egit diſertiſſime in Prolegomenis, immenſa eruditionis et lectionis copia refertis. Notitiam codicis habueramus iam antea (*in Bibliothek der alten Litteratur und Kunſt* 1 *Stük.* Gottingae 1786. p. 63. et 3 *Stük* p. 58 ſqq.) a viro docto Io. Pet. *Siebenkees*, poſtea Prof. Altdorf. tum Venetiis degente, vnde haec tenemus: ipſa Jliadis verba eleganti manu, fere ſine litterarum compendiis, exarata eſſe, Scholia autem antiquiora quidem eadem fere manu, (varias lectiones in interiore margine ſcriptas eſſe, monet Villoiſon p. XXIII.) frequentiora in prioribus et extremis libris, pauciora in mediis, alia cum notis verborum interlinearibus minutis et obſcuris ſaepe, etiam per compendia, litterarum ductibus, nec ab vna manu, nec eodem tempore, ſcripta eſſe; Scholia, Ariſtarcheam lectionem maxime indicantia, non multo ſerius prioribus, iisque antiquioribus, acceſſiſſe. Ex his colligere licet e diuerſis aliis codicibus per plures viros doctos adſcripta haec Marciani codicis munera eſſe; neque adeo omnia eodem loco habenda eſſe, nec iudicium certum ſiue de codicis ſiue de Scholiorum aetate et auctoritate ferri poſſe. Si incideris in nonnulla, quae Alexandrinum aliquem grammaticum, aut Apollonii Sophiſtae, aut Herodiani diſcipulum arguere videntur, ſunt alia ſeriora, Porphyrii, adſcripta a diuerſis, ex antiquioribus codi-

cibus, qui tum ſupererant; acceſſere tamen nec minus alia aliunde minoris momenti. Vtinam in deſcribendo codice meminiſſet vir doctus manus Scholiorum diuerſas ſignis certis notare: quod ad iudicium de iis faciendum non exigui momenti erat. Quod accentus omittere placuit, ambiguitatem facit in iis locis, in quibus de accentu grammatici disputant, vt ſtatim A, 175. Siebenkees etiam picturas ei codici ineſſe narrauit, arte quidem haud commendabiles, argumentis tamen ſuis; ad Procli eae Excerpta ſpectare videntur, non ad ipſam Jliadem. Vellem et has picturas inſpici poſſe! quod nunc facilius fieri poterit, cum codex Pariſios translatus ſit. Valde auebam cognoſcere accuratius ea, quae de ſignis, aſteriſcis aliisque notis grammaticis in eo Codice praedicari audieram: vidi tamen ad perpauca ea redire, *ὀβελὸν*, *διπλῆν*, *διπλῆν περιεστιγμένην*, *ἀστερίσκον* ⁙ et ※ reliqua vt ↄ et ↄ, tantum in primis foliis occurrentia adſcripta eſſe ab aliquo, qui ex notatis *περὶ σημείων* in fronte, quae ad alios codices, non ad hunc, ſpectant, ſigna illa in hunc Codicem inſerre voluit; omnino enim iſta *σημεῖα* in codicibus admodum variarunt pro librariorum lubitu aut more. Verum de his nemo doctius et copioſius egit quam Villoiſonus. Memorabilis eſt ſubſcriptio librorum ſingulorum de illis *σημείοις*· apparet enim iſta *ſigna* eſſe *Ariſtonici* et *Didymi in Ariſtarchi* *διόρθωσιν*, *nonnulla etiam ex Herodiani proſodia Jliaca, et ex Nicanore de interpunctione:* *παράκειται τὰ Ἀριστονίκου σημεῖα*, (ad calcem *τῆς* Σ adiicitur

μετὰ ὑπομνηματίου) καὶ τὰ Διδύμου περὶ τῆς Ἀρισταρχου διορθώσεως, τινὰ δὲ καὶ ἐκ τῆς Ἰλιακῆς προσῳδίας, (adiectum ad Δ. E. Ἡρωδιανοῦ) καὶ ἐκ τοῦ Νικάνορος περὶ στιγμῆς. adſcripta haec libris omnibus, praeterquam rhapſodiae Γ. P. Φ. Ω. Poſſet de his permultis agi; verum alia me vocant. Mirationem facit, in primis vtique libris, magnus numerus verſuum obelo notatorum et ἀθετουμένων; eſt tamen ille multo minor in reliquis libris, ſi vltra tres priores libros proceſſeris. Sunt quoque paſſim lacunae in Scholiis A. plerumque, cum ipſis Jliadis foliis deficientibus, a Cl. editore notatae; deficiunt tamen aliquot locis Scholia A. vbi nihil de codicis accepta iniuria memoratum eſt, vt E, a 363 ad vſ. 638. Videtur ergo et ille codex mutilatus fuiſſe, ex quo Ven. A. deſcriptus eſt.

Haec fuere Scholia iam vulgata, quibus opera mea in Jliadem inſtructa et locupletata eſt; quo iudicio ac dilectu id factum ſit, iam in Praefatione memoraui. Nam, quod vnicuique obvium eſſe poteſt, non in Scholiis euulgandis et corrigendis opera mea aut fuit, aut eſſe debuit, occupata, ſed in eorum vſu ſiue ad interpretandum ſiue ad criſin qualemcunque carminis. Novus Scholiorum apparatus humanitate et liberalitate virorum praeſtantiorum mihi obtigit: de quo vide quae expoſita ſunt in ſubiecta Sectione IV. *de nouis huius editionis Subſidiis.*

IV.

DE SVBSIDIIS HVIVS EDITIONIS.

Dicendum nunc mihi quoque eſt de iis, quae huic operae meae fortuna aliqua propitia obtulit; idque facio tanto lubentius, quoniam mihi memorandum eſt de iis, per quos profecerim, ſtudiumque meum ſubleuatum et ſuſtentatum ſenſerim. Eſt enim iucunda res, humanitatem et beneuolentiam praedicare eorum, qui nullo tuo officio prouocati bene de te meruerint.

Me *Clarke - Erneſtinam editionem* pro fundo meae operae ſubſtrauiſſe, facile, me non monente, intelligas; etſi verba poetae *ex priore Wolfii V. C. editione*, ad mea conſilia accommodate, prelo excudenda tradiderim. Erat enim mihi opus crepidine, cui Obſeruationes ſuperſtruerem. *Clarkii* itaque *bona*, interdum breuibus enuntiata, iis inſerui, quoties vtiliter tradita eſſe videbam. *Erneſtii notas*, etſi iis tantum locis, de quibus aliquid, quod monere poſſet, ipſe habuerat, adſcriptas, facile in optimis mecum numerabunt iudices intelligentes; commendat eas accurata doctrina viri ſummi,

ſimplicitas et perſpicuitas, qua ipſe delectabar, quo tempore eum e cathedra academica docentem audire mihi contigit. *Variam lectionem* in easdem *Obſeruationes* conieci, ita tamen, vt editiones claſſicas et criticas ipſe ad ſingula inſpicerem. Lectionem *codicis Lipſienſis* Erneſtio vnice debeo; nobilitarunt codicem Scholia, de quibus dictum eſt in Prolegom. Sect. III. *de Scholiis.* Idem lectionem *codicis Vratislauienſis Mich. Apoſtolii* manu ſcripti adiecerat Volumini extremo: de quo paullo poſt iterum dicam.

Inter fortunae, ſi ita dicere licet, caſus haberi poterat hoc, quod praeſtantiora ſubſidia nonnulla, dudum manibus virorum doctorum verſata, nondum tamen in vſum carminum Homericorum verſa erant, in iisque primo loco *Etymologicum Magnum*, quod magna ex parte ad Homerum interpretandum compoſitum eſt; ita vt in eo multa veterum grammaticorum obſeruata recondita lateant, ex grammaticorum ſcriptis, quae perierunt. Appoſita quoque ſunt nonnullis nomina, in his inprimis Didymi, Herodiani, et Epaphroditi. Nota res eſt, poſſe has copias, etſi Sylburgii doctrina et induſtria plurimum iis profuit, multis aliis ſubſidiis adhibitis, inſigniter locupletari; fuerat quoque his curis occupatus aliquando Kulenkamp, Collega noſter, vir doctiſſimus, cuius apparatus a Bibliotheca Academica eſt comparatus; mihi vero de his non erat cogitandum nec animus diſtinendus aliis, quae a conſilio primario erant aliena; cui

vnice intentus circumſpexi tantum ea, quae ad Homericam lectionem et interpretationem *vtilia* eſſe poterant; omiſſis et reiectis innumeris argutiis, inprimis etymologicis, quae pro alius operae conſilio, inprimis futuri editoris Etymologici, etiam cura debita, erunt exigenda. Quod operam meam haud parum leuauit, eſt, quod ab herede Kulenkampi dono acceperam exemplar, cui vir doctus locis Homericis in Etymologico excitatis numeros verſuum in margine adſcripſerat.

Me poſt Etymologicum Magnum nec *Heſychium* et *Suidam* incuria praeteriiſſe, facile vnusquisque intelligat. Suidae quidem ad Homerum vſus eſt exiguus; inſunt eius farragini pauciſſima, et ea quoque aliunde nota. Non ille in exſcribendo ea, quae in corpus redegit, inciderat in lexica eius generis, in quibus veterum gloſſae ſeu ſcholia in Homerum aliosue epicos aut tragicos erant notata; ſcholia vetera in Ariſtophanem exſcribere contentus. Obtulerat quoque vſibus meis Indicem locorum Homericorum in Suida memoratorum vir doct. Albertus Chr. Meinecke, nunc Director Scholae Oſterodanae ſub montibus Hercyniis. Heſychium euolui ac conſului magno cum fructu in locis, in quibus exquiſitior aliquis vocis vſus aut vocabulum antiquatum me ad grammaticorum antiquiorum ſententias comperiendas excitabat.

At nullus adhuc vſus ad Homericas editiones fluxerat ex *Apollonii Sophiſtae Lexico Graeco Jliadis et Odyſſeae:* quod in litteratorum commoda vulgatum doctae induſtriae viri

eiusdem de litteris graecis meritiſſimi debemus, a quo Ilias e codd. Venetis Marcianis eſt profecta; *Io. Baptiſtae Caſp. d'Anſſe de Villoiſon*, Pariſ. 1773. editione ſplendide inſtructa; et aliquot annis ſerius eruditorum vſibus accommodatius ab *Hermanno Tollio* editum L. B. 1788. qui ex Ruhnkenii diſciplina progreſſus, quam ipſe grato animo profitetur, breuibus, ſed doctis animaduerſionibus, Excurſibus et Indicibus inſtruxit; qua editione ipſe vſus ſum, maxime expeditiore libri vſu adductus; nec tamen neglexi inſpicere Villoiſoni exemplar, inprimis eius Prolegomena varia et exquiſita doctrina referta. Apollonii Lexicon, etſi multis in locis truncatum, in pluribus corruptum et interpolatum, egregii tamen vſus et fructus ad antiquiorem et lectionem et grammaticorum iudicium de verborum vi et notatione eſſe cum per ſe cuiuis patet, tum ex Obſeruationibus meis ad cognoſcendum in promtu eſt. Nec neglexi acute obſeruata in hoc Lexicon a *Boccho Slothhouwer*, Rectore Doccumano, in Tirocinio critico in vet. Aut. Gr. (Leovardiae 1792. 8.)

Fuit porro haud exigua operae pars poſita in enotandis antiquioribus ex Euſtathii Commentariis, ita quidem, vt ex iis ſiue ad criſin ſiue ad interpretationem vtilia ſeligerem: omiſſis iis, quae ille modo ex rhetoricis praeceptis, modo ad vulgarem diſciplinam et vſum idonea cum legentis taedio ſaepe effudit.

Nouae autem opes litterariae in Homerum mihi obtigerunt hae:

Codices Vratislauienſes ſex.

Humanitate et liberalitate eximia Senatus Vratislauienſis Reichium vſum codicum Bibliothecae Gymnaſii Eliſabetani impetraſſe, quos ad me mitteret, iam in Praefatione memoraui. Signati illi a me ſunt litteris his, laudatique iisdem in Obſeruationibus:

Codex *a.* membranaceus fol. mai. moduli, e bibliotheca Thomae Rhedigeri, foliis 176. luculenter et eleganter ſatis ſcriptus, ab indocto tamen et ſocordi librario; multis verſibus omiſſis, ab alia manu ſuppletis, tum vitiis calami ex incuria ſcribentis, omnes paginae ſcatent. Lectiones itaque inde enotatas tantum in comparatione cum reliquis codd. vulgaribus habere vſum criticum patet. Praecedit Batrachomyomachia, recenſioni Lycii plerumque conſentiens, cum gloſſis interlinearibus, in prima tantum pagina; tum vita Homeri, a Leone Allatio vulgata; tandem Jlias, lib. I. II. III. IV. V. VI vsque ad vſ. 356. tandem Odyſſea integra.

Codex *b.* membranaceus, reſcriptus e bibliotheca Th. Rhedigeri. fol. mai. mod. 120 foliis. Ad calcem Βαρθολόμιος aliquis (ita ſcriptum eſt) ſe ſcriptorem profitetur. Folia aliquot figuris monſtroſis ex Jliade adumbratis per luſum ingenii laſciuientis ſunt foedata; tum 2) ὑπόθεσις τῆς ὅλης Ἰλιάδος, ſcriptura euanida. 3) Allegoriae aliquot cum Vita Homeri ab Allatio edita. 4) ὑποθέσεις Jliadis librorum I—V. 5) Jlias integra cum Scholiis, quae Porphyrii eſſe credebantur, in margine et inter lineas a diuerſis

manibus ſcriptis, tam parum attento animo, vt idem interdum Scholion bis terque verbis paullulum mutatis appoſitum ſit. Verſus omiſſi a librario, ab alia manu ſunt ſuppleti, et lectiones paſſim emendatae. Ductus litterarum ſunt parum elegantes; nullis tamen foedata calami vitiis eſt lectio, ex codice haud infimi loci repetita, ſaepe codici Lipſienſi congruens. Ceterum codex multas magnasque iniurias paſſus oculos legentis multis in paginis fallit, obliterata ſcriptura, in membrana, cuius prior ſcriptura eluta et abolita eſt. Specimen ſcripturae huius codicis Vratisl. *b*. ex η, 1—8. aere expreſſum eſt in Tab. A.

Codex *c*. membranaceus e Bibliotheca Tho. Rhedigeri fol. moduli maximi, ſplendide et diligenter ſcriptus, litteris quoque in fronte pictis, 403 foliis, nec tamen procedit vltra Jl. A—K, vſ. 377. Euſtathio adiecto. Lectio carminis concinit editioni Florentinae.

Codex *d*. membranaceus fol. min. e bibliotheca Tho. Rhedigeri: continens Jliadis alteram partem, videlicet rhapſodias N—Ω cum Euſtathio, a diuerſis manibus exaratus maximam partem indoctis; vel ſic tamen haud contemnendus, quoniam multa e codice profecta ſunt haud vulgari, etſi vitioſe ſcripta; Codicem, qui ante oculos erat, litterarum compendiis obſcuratum, valde vitiatum et in margine decurtatum fuiſſe colligas e ſyllabis deficientibus; Euſtathius deficit verſus finem libri O et initio libri Ψ. in hoc tamen ſuppletus a recentiore manu. Manus me-

lioris cum altera deteriore ſpecimen propoſitum vides in Tab. B. Extrema Euſtathii ad P. et quatuor primi verſus Σ.

Codex A. e Bibliotheca Tho. Rhedigeri, foliis minoris moduli 484. manu Michaelis Apoſtolii ſcriptus, expugnata patria Conſtantinopoli in Creta inſula exulantis et victum libris ſcribendis quaerentis; mercenaria opera, qua excuſatur incuria et oſcitantia ſcripturae, e codice vulgari ductae. Complectitur Jliadis lib. I—XXIV. cum Scholiis interlin. Ad calcem adſcriptum: Μιχαήλης Ἀποστόλης Βυζάντιος τῇ πενίᾳ ἐξέγραψεν. Obiit ille a. 1472. Eſt hic Codex ille, cuius varietatem ad calcem Tomi quinti Corrigendis et Addendis inſeruit Erneſti, et de quo egit in praefat. eiusdem Tomi quinti.

Alterum eius codicis Volumen conſtituit Odyſſea: a duabus manibus diuerſis ſcriptum, altera Apoſtolii, altera elegantiore ignoti librarii; ſubſcriptum tamen ad ſinem voluminis: Μιχαῆλος Ἀποστόλης Βυζάντιος μετὰ τὴν τῆς αὐτοῦ πατρίδος ἅλωσιν πενίᾳ συζῶν καὶ τόδε βιβλίον ἐν Κρήτῃ ἐξέγραψεν. Codicem caſu neſcio quo male truncatum foliis exſciſſis mox ab alia manu ſuppletum fuiſſe ſuſpicor, inſertis ex alio codice etiam mutilato foliis partim in charta laeuigata partim in charta vulgari. Occurrunt quoque in margine interdum lectiones variantes.

Vel ex his memoratis intelligitur, vſum horum codicum ſpectandum eſſe in hoc, quod paſſim bonas lectiones aliorum codicum firmant, interdum lectiones ſuppeditant codicum, quo-

rum lectio propria quaedam ſibi habebat; et in his nonnunquam coniectandi meliora cauſſae et ſemina ſuppetunt.

In his codicibus comparandis vſus ſum opera, quam facile ſibi quisque in tali negotio votis expetat, viri exquiſite docti et graecarum litterarum ſcientia locupletiſſima inſtructi, quam vel Anthologiae Graecae illuſtratio nobilitauit, *Frid. Iacobs*, Profeſſoris Gymnaſii Gothani et e Praefectis Bibliothecae Ducalis. Eius igitur doctae induſtriae debetur fructus, qui ex his codicibus ad Homerum prouenerit; grati autem animi teſtificatio Viris Illuſtribus debetur, Directoribus, Conſuli perpetuo et Senatoribus vrbis Vratislaviae: quam numen fortunet!

Codices Matthaeiani.

Chr. Frid. Matthaei, Profeſſor Vniuerſ. Wittenbergenſis, vir eruditiſſimus, et per multa e codicibus in lucem protracta de litteris graecis ſacris profanisque meritiſſimus, dum Moſcuae verſabatur, codices quosdam Homeri quoque, qui ibi habentur, comparauerat; et lectiones inde enotatas exemplari editionis Erneſtinae adſcripſerat. Parauit ſibi hoc exemplar, auctore Reichio, vt iam in praefat. §. VI. memoraui, officina Weidmannia, et ad me miſit; quo inſpecto equidem ſaepe miratus ſum operam doctam et laborioſam viri praeſtantiſſimi. Exſcripta in eo exemplari eſt lectio varians

1) *Codicis e bibliotheca Archiui Collegii Imperialis*, qui ſcriptus eſſe dicitur Saec. XIV. forma maiore. Continet inde ab Jliad. A ad

Θ, vſ. 434. cum Scholiis inter lineas, h. e. gloſſis, ſeu interpretamentis vocum ſingularum per vocabula magis trita et nota. Varietas lectionis magna ex parte ad diuerſam ſcribendi rationem redit, in accentibus ac ſimilibus aliis; bonas tamen paſſim lectiones in cenſum recipere potui quibus firmaretur melior aliorum librorum lectio.

2) *Codicis truncati, ſed bonae notae,* ex genere eorum, qui ad Saec. XII. referri ſolent, *e bibliotheca SS. Synodi No.* 75. formae maioris. Fragmenta, quae extant, continent: Il. A, 195—331. 604 ad fin. B, 1—304. tum 391 406. tandem 424—440. E, 438 ad fin. Z, 1—97. 234—301. 438 ad fin. H, 1—24. Λ, 65—133. 340 ad fin. M, 1—60. Ξ, 237 ad fin. Π Υ. Φ. X. Ψ. integrae. Ω, 1—475. Praeter ſollennia ſcripturae a librariis variari ſolitae, ſunt enotatae multae lectiones bonae; vt omnino inter meliores hic Codex Moſc. 2. ſit numerandus, vna cum Scholiis, de quibus v. ſup. Sect. III. de Scholiis.

Ad ſupplendas lacunas nonnullas fortuna ſeruauerat *fragmenta* alia *librorum Iliadis* M, 61—467. O. P. Σ. T. integrorum, cum *Scholiis* in margine, quae ad genus Scholiorum Claſſis ſecundae pertinent, in qua Venetus B. pro principe haberi poteſt: vt iam memoratum eſt ſup. Sect. III. de Scholiis. Haec fragmenta ſunt, quae laudantur a me nomine *Fragmentorum Moſcuenſium*, et inter meliora antiquitatis monumenta referuntur. Enotauerat lectionem an. XC vir doct. Nöhden, diſciplinae olim meae alu-

mnus, nunc in Britannis degens inter virorum doctorum ſtudia. Paucas enotatas videbis varietates; haec vero omnino dos eſt meliorum codicum, ſi modo e bona lectione manarunt. Specimen ſcripturae exhibitum Tab. C. XII verſuum ex Jl. P, 591—602.

3) *Codicis recentioris*, qui ſeruatur in *Bibliotheca Tabularii*, ſeu *Archiui Imperialis*, et fragmenta exhibet Jliadis, lib. A, 1. ad fin. B, 1—26. Γ, 1—323. Δ—K (lib. IV—X) integros, tum Λ, 1—688. Inquinata ſunt omnia vitiis et lapſibus indocti librarii.

4) Comparata eſt tota *Odyſſea* cum *Codice Bibliothecae SS. Synodi* No. 286, membranaceo, Saeculi XII. vt adſcriptum eſt; vitia tamen ſcripturae deducunt me ad ſeriorem aetatem; quantiuis tamen eſt momenti in hoc carmine cum paucis adhuc libris ſcriptis comparato.

Adſcripta quoque eſt *Batrachomyomachiae* lectio varians e Cod. Vratislauienſi, ſupra memorati, inſigniti littera *a*.

Tum *Hymnorum* e *codice* qui nunc ſeruatur in *Bibliotheca Leidenſi*, e quo Hymnum in Cererem edidit laudatiſſimae memoriae Ruhnkenius; deficit ille in Hymno in Mercurium p. 92 ed. Erneſt. Eidem codici ineſſe comperi fragmenta cum Scholiis Jliadis J. K. Λ. M. N, 1—134. Vtinam has et tot alias lautiſſimas huius Bibliothecae copias lectionis varietate ſaltem enotata in lucem eductas aliquando adſpiciamus!

Codex Bentleianus

h. e. adſcripta Rich. Bentleii manu in margine exemplaris edit. Henr. Stephani.

Quorum virorum humanitati et beneuolentiae eximium ac ſingulare beneficium, inſpiciendi hunc codicem, debeam, et quam grato animo acceptum hoc iis referam, ita vt in iis, quae in Homerum a me collata ſunt, hoc principe loco ponam: declaratum eſt a me in Praefatione ſ. VIII. Nunc mihi exponendum eſt, quaenam illa ſint munera et ornamenta Homeri, quae Bentleii ingenio et doctrinae debeantur, quaeque vt virorum doctorum vſibus proponere poſſem, generoſa Britannorum voluntas mihi permiſit.

Rich. Bentleium in noua Homeri recenſione aliquando occupatum fuiſſe, inter viros litteratos conſtabat; qua vero aetatis parte hanc curam ſuſceperit, quando et quibus de cauſſis depoſuerit, mihi quidem compertum non eſt; neque in hoc, quod ad mea conſilia haud ſpectabat, laborandum mihi eſſe putaui; fructum laboris quaerebam. Notam quidem temporis nullam in codice reperi. Barneſii vtique editionem, vt et Clarkii in lucem emiſſas videre debuit; inciderunt enim haec in viri ſummi *) tempora. Mi-

*) Bentleius natus Ianuar. 1661. fato functus eſt 1742 aetatis LXXXI. Barnes nat. 1654 obiit 1712 paullo poſt editum Homerum qui 1711 prodierat. Sam. Clarke vita deceſſit a. 1729. ſucceſſit in eius partes filius, Sam. Clarke. In *Biographia Britannica*, voc. *Barnes* p. 619 *Epiſtola Bentleii* ad Dr. Davies habetur, in qua

ror tamen Barnesii vix ter quaterue mentionem ab eo in correctionibus lectionum factam; notatum Barnesium non vidi nisi ad Odyss. Δ, 652. H, 6. Θ, 299. Clarkium notat, sine obiurgatione ad Λ, 391 vbi κουφὸν ex Barnes retinuerat, 732 vbi τὸ male inserere voluerat: ἀμφίσταντο τὸ τεῖχος. M, 100 propter Ἀρχίλοχος scriptum pro Ἀρχέλοχος.

Primarium R. Bentleii consilium ab initio fuisse suspicor, vt de digammo certi aliquid statueret; itaque hoc vno respectu vtrumque poema, etiam Hymnos, perlegisse et digamma vbique apposuisse, fluctuans primo et incertus, saepe obliterando iterum scripta, mutando animi decreta; appinxerat quoque ad calcem multa de digammo notata, quae iterum obduxerat calamo, aliis substitutis. Quantum equidem ex iis ipse profecerim, ex mea opera qua Excurss. ad lib. T. XIX. doctrinam de Digammo proposui, iudicari potest; si quam lucem quaestioni attulisse videri possum, debere me eam Bentleio profiteor, cum in iis quae ex eius studiis profeci, tum

de Barnesio haec scribit: „*I was one of his first subscribers, and an useful director to him, if he had followed good advice.*" hoc ipso, puto, alienata fuit voluntas Barnesii. Solet enim hoc ita euenire, vt ii, quibus consilia salubria impertias, vt modeste ac sobrie de se aliisque statuere velint, te recte monentem seu clandestina maleuolentia seu odio implacabili insequantur. Narratum tamen ibidem est, Bentleium, cum se a Barnesio in praefat. sugillari audiisset, contumeliose minas ei fecisse, si petitum se ab eo senserit.

in explorandis et constituendis iis, quae es nondum satis constituere, et ad liquidum perducere licuerat. Inuentis et animaduersis aliorum, quibus acute cernere seu ingenii seu temporum et fortunae beneficio obtigit, addere alia facile est; tantoque magis modeste de se sentire debebant critici, qui ad minuta et tenuia sigillatim excutienda transferunt obseruationem aliquam vniuerse a viro docto enuntiatam; nec iactare se in iis, quae cum per se tenuia sunt, tum, vt ad singula transferantur, nec doctrinae copiam nec ingenii subtilitatem magnam desiderant. Equidem si nihil aliud Bentleio deberem, sunt tamen plura et magna quae ei debeo, hoc vtique ei acceptum referrem, quod in re, cuius notionem obscure adhuc nec satis explicite et perspecte, mente conceperam, eius auctoritate firmatum sensi animum; vti in sensu animi et iudicio de Homericis carminibus in lucem proferendo, me, verecundia cunctantem, plurium virorum doctorum consensus fidentiorem reddidit in profitendis iis quae sentirem; etsi de gloriola inuenti ne manum quidem verterim. Verbo, si qua est vtilitas digammi in re critica Homericorum carminum, inuenti laus R. Bentleio debetur; tanto maior vero ea laus est, quod cum aliqua eius rei notitia exiisset, risu et cauillatione aliorum ea est excepta: quod vel Popii versibus constat: de quibus v. Excurs. II. ad lib. XIX. Vol. VII. p. 721 sqq.

Hac cauillatione multorum, qui scurrili dicacitate ingenium ostentare maluerunt, quam

docilitate et explorandi ſubtilitate ingenii vires exſerere, offenſus Bentleius totum conſilium recenſionis nouae Homeri abiecisse videtur. Quo meditata eius poſt mortem abiiſſent, diu ignoratum eſt, donec ea cum aliis eius MStis ad Curatorem teſtamenti, Richardum Bentley, vnum ex ſenioribus Sociis Collegii S. Trinitatis Cantabrig. transiiſſe accepi; alia MSta perueniſſe ad Richardum Cumberland, Bentleii e filia nepotem, dramatibus ſcriptis clarum. Ex his mſſ. editio parata eſt Lucani.

Verum praeter ea, quae ad digamma ſpectant, multa alia in chartis Bentleii ſe offerebant, quibus locupletare et ornare criticam Homeri licuit. Plures enim codices vir doctiſſimus partim contulerat cum Stephaniana lectione, partim in locis ſuſpectis inſpexerat; in aliis locis ſuam coniecturam adſcripſerat, quam, etſi non in contextum recipiendam, Bentleiano tamen ingenio dignam vbique facile deprehenderis; facilitate enim mirabili et ſermonis proprietate ſe commendant; praeter Codices, qui ad Odyſſeam ſpectant, memoratos aut certis ſignis, obſcuris tamen ſaepe et ambiguis, vt de iis ſaepe diu dubitauerim, deſignatos vidi ſequentes:

Praeter Euſtathium et marginem H. Stephani, laudat duo codices, quorum lectionem variam integram habuit, M. et C. quos aperte cognoui eſſe *Mori* et *Cantabrigienſem*, ſeu Cantuarienſem; vtroque vſus erat Barnes: v. ſup. Sect. II. de Codicibus. Verum quantopere discrepet vſus codicis, quem viri, alter doctus et

acutus, alter doctus nec acutus, faciunt, comparatione facta saepe perspexi. Io. Mori, Episcopi Eliensis, codex Jliadis haud dubie est ex melioribus, habet quoque Scholia antiquiora, e quibus Bentleius ea, quae criticum vsum habent, sedulo elicuit; Cantuariensis autem, seu Cantabrigiensis, inter praestantiores locum suum merito habet ac tuetur.

H. est *Harleianus*. Habuit quidem Harleianos duo; ex iis tamen alterum *optimum* ipse appellat, ad E, 901 quem versum ille in margine habet: hocque vnice vsus esse videtur; est et hic inter principes codices habendus, manu critica descriptus, duplici lectione in locis dubiis et ambiguis instructus, Scholiis quoque, e quibus interdum criticam opem Homericis quaesitam esse video. Eum iterum inspectum esse a Tho. Bentleio, e nonnullis notis Clarkianis inde a lib. XIII. apparet.

Cum plures sint *bibliothecae Harleianae*, nunc in Museo Londinensi seruatae, codices Homeri *), diu erraui inter eorum numeros, vt com-

*) v. *Catalogue of the Harleian Library* 5672. 5673. 5674. 5693. 5600. 1. 5727. 5617. 5658. 6301. 6325. 1771. Ex his copiis in vsum bonarum litterarum euulgatis, melioribusque inde docte et prudenter enotatis, quantopere nostra locupletari possint bene intelligo. In votis habebam, vt vnus et alter ex his libris a me inspici posset; nihil tamen, quod legibus Curatorum voluntatem inhibentibus repugnaret, aut petere aut sperare volui.

Est in iisdem Harleianis No. 5674 eximius codex 150 foliorum, cum Towneleiano Jliadis codice com-

pertum haberem, quis ex illis a Bentleio inspectus fuerit. *A. Stapferi*, V. C. per a. XCI Londini degentis, studio et humanitate notitia accuratior ad me missa certiorem me reddidit, non alium eum Codicem esse posse quam Codicem 5693 inscriptum: „Homeri Jlias cum glossis Porphyrii. graece." Codex Saec. XV. fol. in charta non optima, litteris minoribus et admodum inaequalibus; continet Jliadem integram, Scholia in margine et inter lineas, crebriora in libris prioribus, vt tamen nusquam totius paginae expleant spatium. Ex specimine misso et ex iis, quae a Bentleio memorata sunt, etsi paucioribus, intelligo Scholia esse classis secundae, admixtis tamen aliis ex Scholiis primae classis. Nisi fallor, codex notatum habet: „Reu. Gasparis Volaterrani Apostolicae sedis Protonotarii;" praemissa habet nonnulla grammatici generis; in quibus fuere: Tryphonis de dictionum figuris, proprietatibus Homeri, et eiusdem vita; Procli Commentarii super sex prioribus libris Jliadis: verum

parandus; *Odysseam* complexus, pergamenus, nitide, multis tamen cum mendis, vt ex specimine colligo, scriptus ab antiquiore manu, et cum Scholiis. Subscriptum ad calcem libri: „*Antonii Seripandi et amicorum.*" Hunc esse suspicor codicem, e quo a viro graece doctissimo splendidam Odysseae editionem parari audio. Suborta quoque mihi est alia suspicio, an forte hic Codex Harleianus 5674. cum altero 5693 ipsum illum codicem Wittianum *cum obelis Aristarchi* constituerint: in quo tantam iacturam factam esse conqueruntur viri docti. v. sup. de Codicibus.

hae duae particulae surreptae aut euulsae haud supersunt. Sunt in bibliotheca Harleiana no. 5727. Scholia in A—T. et ipsa Jlias chartac. 4. foliis 89. Codex vix antiquior Saeculo XVI. molestae lectionis propter litterarum compendia. Quod inde habeo Specimen libri III. varia habet, quae Scholiis breuibus respondent; alia ex farragine Scholiorum primae et secundae classis vna cum minutiis grammaticis aliunde adscitis. Apparet, codicem dignum esse, qui diligentius comparetur cum iis quae habemus. Inscriptae sunt primae tres rhapsodiae *ἀπορίαι καὶ ἱστορίαι τοῦ ά. β΄. γ΄.* ab quarta inde tantum: *αἱ ἱστορίαι.*

Ceterum dici non potest, quantopere Bentleiano ingenio et iudicio critico saepe recreatus et ad eius admirationem abreptus fuerim, etiam in hoc, quod leuiora quidem e codd. adscribere haud neglexerat, nec tamen nisi in grauioribus tentare aliquid in animum induxerat; contemtis plane et praeteritis minutulis his coniectatiunculis, e quibus viri docti superiore aetate lauream sibi quaerebant.

Praeter ea, quae modo memorata sunt, vidi eum specimina nonnullorum codicum aut variae lectionis ex iis exscriptae in manibus habuisse; inque his primo loco, *Codicis Lipsiensis*, quem sub sigla L. latere intellexi, cum enotatis e Scholiis: nec tamen vltra librum primum ea, quae acceperat, siue a Menckenio siue a Berglero, (cf. Sect. III. de Scholiis) processerunt; suspicor quoque eum ex aliis rhapsodiis specimina nonnulla lectionis habuisse; nam video *L.* praescribi, O,

24. θυμὸν Vat. L. H. 79. 88. 114. totius vero Jliadis apographum Bergleriaum ad Bentleium peruenisse, quod I. C. Wolff, sub nomine Homerophili narrat in Miscell. Obss. Vol. V p. 154. haud probabile sit; cur enim Bentleium, si habuit, eius nullam mentionem nec vsum fecisse putes? Porro *Codicis Etonensis*, quod fragmentum est primorum librorum, diligenter excussum et descriptum a V. C. Nöhden, de quo paullo post dicam. Specimen *codicis Vaticani* cum Scholiis eum habuisse, intelligo ex notatis ad rhapsodiam O. et passim in sequentibus vsque ad Υ. tum *Medicei codicis* in particula rhapsodiae X inde a vs. 135. In primis rhapsodiae A versibus nonnullis adscripserat ms. Tzetz. sed videtur mox abiecisse.

Codex Townleianus

qua humanitatis eximiae testatione a. XCI meis vsibus sit concessus a V. C. *Carolo Townley*, in cuius opibus litterariis ille habetur, iam in praefatione declaraui. Est ille codex facile omnium, quos habemus, vna cum Venetis, antiquissimus, idemque in optimis; hoc est, non tam nouas, in nullis aliis codd. reperiundas lectiones suppeditat; id quod bonitatem codicis nec constituit; sed bonas lectiones cum aliis bonis codicibus, exhibet, nec nisi raro, vitiis librariorum sollennibus est inquinatus. Lectionem Aristarcheam seruat diligentius, quam alii codices. Est pergamenus, forma maiore, foliorum 288. (cf. Nöhden de Porphyrio p. 45 sq.) Propositum est ex eo specimen scripturae Tab. D. P,

478—484. ductus tamen, ſi bene memini, erant paullo maiores.

Idem Codex habet Scholia antiqua, quorum praeſtantiam ex ſpeciminibus enotatis prima ſtatim inſpectione intellexi; perſuaſique facile V. Cl. *Ge. Henr. Nöhden*, tunc Seminarii philologici Sodali, vt totum codicem conferret, vna cum Scholiis; cum in primis maxime foliis, admodum attritis, litterae eſſent euanidae ita vt vix aſſequi verba liceret, ab humaniſſimo viro petii, vt ſaltem ea deſcriberet, quae legi ſine moleſtia poſſent. Deſcripſerat meis votis obſequutus Scholia integra rhapſodiarum Α. Τ. Υ. Φ. Χ. quae ſtatim vidi cum Schol. Ven. B. et Lipſ. in plerisque conuenire, ex Schol. Ven. A. tamen nonnulla habere Scholia, ſi non ab eadem manu, qua ipſa Jlias, certe a manu eiusdem aeui ſunt exarata. Inter lineas ſunt adſcripta alia a ſecunda et tertia manu, vtraque recentiore, quae pleraque ſunt vulgaria, partim parum docta: v. c. ad A, 65 inter lineam: ἑκατόμβη, τελεία θυσία. ἡ δι' ἑκατὸν βοῶν γινομένη. ἢ ἑκατὸν νομισμάτων ἀξία. οἱ γὰρ παλαιοὶ βοῦν ἐχάρασσον ἐν τῷ νομίσματι.

Maluiſſem ipſe codicem ante oculos habere per omne tempus, quod in Obſeruationibus conſcribendis et critica lectionum exercenda exacturus eram; enimuero hoc vetabat pudor meus, ne humanitati incomparabilis viri, qui Codicem impertierat inſpiciendum, parum humaniter reſpondere viderer; itaque, collecta in-

de per Nöhdenium meum lectione codicem amplissima cum gratae mentis significatione remisi.

Cum autem postea variae lectionis comparationem cum reliquo apparatu facerem, eamque in Obseruationes locis suis inferrem, saepe pudoris mei poenitentia me incessit; multoque magis, cum Scholiorum fragmenta cum aliis adhibenda compararem; tam praeclara haec esse intellexi, multoque magis in extremis libris: vidi enim ea esse ex antiquissimis, excerpta partim e fonte primi ordinis, partim e fonte communi secundae classis: ex hoc quidem plura.

Cum superiore demum anno in manus meas peruenisset apographum Scholiorum Victorianorum: cum iam in libris quatuor extremis Jliadis opera mea versaretur: valde pupugit animum consensus inter Scholia Victoriana et Townleiana; coepique suspicari, ex vno non modo fonte ea esse deriuata, verum ex vno eodemque exemplari vtraque esse descripta; seposui tamen subtiliorem disquisitionem post laborem in ipsum carmen exhaustum.

Nunc omnem rem ex integro dispexi et loca, in quibus dissensum a ceteris omnibus Scholiis, et consensum duorum inter se notaueram, denuo comparaui et exploraui, nuncque hoc pro certo et explorato habeo, codicem hunc *Townleianum*, facile principem, esse ipsum fontem Scholiorum *Victorianorum*, qui, quo pervenisset, omnes litteratores ignorabant; vt adeo eius dignitas sit summa gratulerque dignissimo possessori de exquisitissimo hoc cimelio. Vt au-

tem Scholiorum bona, quantum per me fieri poſſet, ſtudioſorum Homeri in manus peruenirent, conſtitui, Excerpta eorum, quae in Venetis non habentur, pro Supplemento Obſeruationibus meis in ſingulis Voluminibus adiicere.

Scholia vtraque, vt dixi, videbam accuratiſſime conuenire; at incertus haerebam, cum certiora de Monacenſi codice reſciuiſſem: quem intellexi non eſſe niſi apographum in charta vulgari Scholiorum ſine poetae carmine. Reminiſcebar verba a Cl. poſſeſſore litteris a. XC perſcripta: ſe Romae cum verſaretur, ante viginti annos, adeoque circa a. LXX ſaeculi elapſi, cum aliis Mſſ. hunc codicem paraſſe; et Aſſemannum, Bibliothecae Vaticanae bibliothecarium, eo inſpecto iudicaſſe Codicem eſſe Saeculi IX.

Inquiſiui diligentius, nec incaſſum; tandem enim compertum habui, eſſe hunc ipſum codicem *Florentinum*, quem Lucas Holſtenius de Vita et ſcriptis Porphyrii C. VII. (ap. Fabric. B. Gr. Vol. IV p. 244) memorat: „*extare*, ait, *Florentiae apud Ducem Saluiatum Scholia antiqua* in poetam, ἀδέσποτα, et multis in locis *vetuſtate* exeſa, quae nonnulli Porphyrio, alii etiam antiquioribus auctoribus tribuunt. Apponit Specimen a Io. Bapt. Donio ſibi communicatum; et ecce eſt hoc ipſum genuinum Codicis Victoriani et Townleiani: Cum exeſa ſit ſcriptura ſituque obſcurata, non mirum eſt occurrere verba nonnulla, non eodem modo ab omnibus lecta. Ita in Monacenſi exemplari diſerte ſcriptum eſt ad vſ. 1. ἤν ἐκ τοῦ πάθους ἀποκαθα-

ῥεύσῃ τὸ τοιοῦτο μόριον τῆς ψυχῆς. nec aliter eſt legendum; nam eſt hoc ipſum Ariſtoteleum de Poetica, atque etiam Porphyrianum, *vt animae pars haec purgetur affectu;* cui ſubſtitutum eſt in Ven. A. a Villoiſono edito, et in Cod. Par. ἀποκαταῤῥεύσῃ quod alienum eſt; nec bene pronuntiatum eſt, etiam Lipſienſem codicem ita legere, nam in illo eſt ἀποκαθαρίεύσῃ, etiam hoc recte. Deſcripſerat porro Donius nonnulla ex inter lineas ſcriptis, quae cum Scholiis confundenda non erant. *Mediceum* autem codicem non recte dictum arbitror iſtum Florentinum; diuerſi enim ab illo ſunt omnes codices Medicei memorati apud Bandinium. At enim eſt vnus inter Codd. Mediceos Plut. XXXII, No. VIII. quem Holſtenius teſtatus eſt eſſe ſimillimum Codici, quem Saluiati pro cimelio aſſeruant. Diſertiora ſunt verba Lucae Holſtenii in recenſu MStor. optimorum Bibliothecae Mediceae codicum edito in *Selectis hiſtoricis et litterariis* (auct. Mich. *Lilienthal.* Regiomontii et L. 1715.) p. 98. „Codex. Homeri Jlias cum Scholiis antiquis non editis, optimae tamen notae. Hunc Scholiaſten eundem eſſe deprehendi cum *eo quem Saluiati* pro cimelio aſſeruant; niſi quod illi primis aliquot paginis diuerſarum annotationum farrago adiuncta ſit; quo aſſumento Codex Mediceus caret. Sane operae pretium eſſet, exemplar hoc vetuſtate paſſim arroſum et exeſum, recenſeri a viro quodam docto et componi cum Codice Saluiatorum, et cum altero, itidem vetuſto, qui extat apud Marchionem Ri-

ciardum; poſſet enim ex cunctis egregius Scholiorum cento contexi.“

Nunc quoque aſſequutus ſum, *Victoriana Scholia* nihil aliud eſſe, quam apographum e codice iſto Saluiati, nec mirum eſſe, ſi illa cum Scholiis Townleianis tam mirifice conſpirent; *vnum enim eundemque codicem eſſe Florentinum Saluiati et Townleianum.*

Codex eſt ex iis, in quibus Catalogus nauium deeſt cum Scholiis: quorum nec veſtigium habetur in Scholiis Victorianis. Continuatur ſcriptura ab eadem manu et procedit poſt B, 493 ad Γ, 1. nulla addita eius, quod deficit, nota; niſi quod ab alia manu rubro adſcriptum eſt: λείπει ἐνταῦθα ὁ κατάλογος. στίχοι τ π δ΄. (384) Signa, quibus Scholia ad poetae verba retrahuntur, ſunt varia et arbitraria, prouti ſe librarii animo offerebant. In extremo folio ſubſcriptum eſt: ἐτελειώθη μηνὶ σεπτεμβρίῳ ιη. ἡμέρᾳ ζ. Ινδικτίῳ ιγ. eraſis reliquis, niſi quod in fine ſupereſt πριαρχιζων χιδων. Fateor me non habere de hac ſubſcriptione quid ſtatuam. Eſtne primi librarii? an correctoris? Patriarcharum catalogos fruſtra excuſſi; numeros annorum aerae Graecae fruſtra in litteris ſingulis quaeſiui.

Scholia Victoriana.

Apponam notitiam quam rogatus a me vir doctiſſimus et humaniſſimus *Ignatius Hardt* Presbyter et Bibliothecarius aulicus Monacenſis ad me miſit. „Eſt codex chartaceus No. XXI. forma maiore. 470 foliis. Sunt Scholia in Jliadem ſine ipſo Homero: titulis et

initialibus miniatis, literis minutis, et nitidis, cum Scholiis marginalibus, et correctionibus *Petri Victorii*, mutilatus, praesertim initio, Saec. XV. incipiunt:

Ιλιαδος Ὁμηρου ραψωδιας. Μηνιν αειδε θεα. ζητουσι, δια τι απο της μηνιδος ηρξατο. et verba codicis extrema: ὡς οἱ γ' αμφιεπον ταφον. αττικοι το περιδειπνον ταφον λεγουσι, Πωλυιδος δε, το μνημειον.

Codex in bibliothecam Monacensem transiit cum libris P. Victorii a Ser. Electore nostro Romae coemtis. Dolendum est, lacunis eum scatere plurimis, et statim initio post duorum foliorum lacunas sex sequi folia omnino vacua."

Esse hunc eundem Codicem, e quo Scholia libri IX. Iliadis edidit Horneius, Helmstadtii 1620. 8. descripta a Io. Caselio Florentiae degente, a possessore aliquo in prima pagina adscriptum est.

Serius in manus meas peruenerat codex cum iam in nouissimis libris eram occupatus; itaque eum contuli exarando Obseruationes inde a libro Υ. (XX) cuius habebam quoque Scholia ex Codice Townleii ab humanissimo Nöhden descripta. Pupugit me, vt paullo ante commemoraui, consensus vtriusque codicis; vlterius progrediendo ominabar, vnum idemque exemplum me ante oculos habere; verbo perspexi tandem et habui exploratum, Victorianum codicem esse apographum Scholiorum codicis Townleii, nec vero ab ipso Victorio, sed saeculo forte maturius, certe dudum ante Victorium,

ab aliquo viro docto descriptum; animaduerti et illud, quod modo dixi, Townleii codicem esse celebratissimum illum codicem Saluiati. Cum autem huic Scholiorum Codici Victoriano tanta bona inesse viderem, non piguit, totum apographum codicis ab humanissimo viro Ignatio Hardt transmissum inde ab initio Iliadis cum ceteris Scholiis conferre et memorabiliora in Supplenda referre.

Apparatus Tollianus.

Hermanni Tollii Viri Clarissimi eximiam graecarum litterarum scientiam perspectam habebam ex Apollonii Sophistae Lexico Homerico eruditis annotationibus ab eo adornato 1788. nec minus cognitam habebam eius humanitatem et comitatem. Cum itaque audiissem, ad librum Iliados XXII seruare eum lectionem variam e Codicibus Parisiensibus descriptam, appellaui virum praestantissimum litteris meis, petiique vt eam mihi inspiciendam communicaret, a. XCI. Vide vero viri humanitatem ac liberalitatem! Misit ille non modo, quae rogaueram, verum etiam totum apparatum Homericum, quem iuvenilibus annis, cum Parisios adiisset, sibi paraverat. Non possum satis eloqui, quantopere et ipsa re et animi egregia indole, quam ea testabatur, delectatus sim. Recreat enim et perfundit animum iucunditate, si virum, quem magni facis, colis et admiraris, laudanda facere videas, ita vt eum iure meritoque eo, quo habebas, loco habuisse intelligas.

De codicum dignitate et vtilitate iudicium ſolidius lectionum e codicibus his deſcriptarum ſtudio et vſu me mihi paraſſe ingenue profiteor. Comparata eſt rhapſodia X (liber XXII.) cum vndecim codicibus mſc. in Bibliotheca Pariſienſi, quorum recenſum videram in Catalogo MSSto-rum Bibliothecae Regiae Pariſ. Vol. II. No. 1805. 2680. 1. 2. 3. 4. 5. 2766. 2767. 2768. 2894. *) Sedulo lectiones a viro praeſtantiſſimo excerptas comparaui et ea, quae bonae frugis erant, ſuis locis adſcripſi; vix tamen expectaſſem, tam multa librariis vitiis et calami erroribus in codicibus deberi, et tam pauca bonae frugis ex variis lectionibus interdum colligi. Sunt fere omnes hi codices recentiſſimi, ſimulque foediſſimis vitiis referti. Soli codices 2766. et 2685 e bonis exemplaribus ſunt deſcripti, ceteri e diuerſis quidem inter ſe, vt videtur, apographis, nullo tamen meliore ea carminis lectione quam iam in prelo excuſis habemus.

In eodem Codice 2766. bombycino, Saec. XIII. vt tradunt, (v. Villoiſ. ad Apollon. p. LXXII) cum metaphraſi proſaica ad oram rubro adſcripta, leguntur quoque Scholia, quae Ruhnkenius a ſe deſcripta laudauit praef. ad Heſych. p. 8. 9. et Koen. ad Gregor. p. 20. Comparauerat ea Tollius cum Scholiis breuibus ed. Barneſ. et quae ampliora iſtis in codice erant, enotauerat.

*) Docte de nonnullis ex his memorat Villoiſon Prolegom. p. XIV. ſcilicet de No. 2682 cum Porphyrogenneti Scholiis 2681. 2766. 2767. 2768.

Esse ea apparet ex eo genere, quod Scholia breuia, vna cum farragine quisquiliarum grammaticarum, quibus pauca melioris notae adspersa sunt, complectitur. Praeter ea, quae in Obss. passim adscripta sunt, alia Auctario Scholiorum supplendorum inserui; proxime accedere videtur codici Amstelodamensi, quo Wassenberg. vsus est.

Porro in iis chartis, quae additae erant, occurrebant Schólia antiqua in Jliados A. ex Codice Bibliothecae Coislinianae, postea S. Germanensis No. 387., membranaceo, quaternis, Saec. X, vt censebat Montfauc. Spem fefellit egregie lectio paucarum paginarum, nam Scholia haec meris argutiis grammaticis, etymologicis maxime, referta sunt, vt, vltra aliquot vicenas paginas exscriptas, ipse Tollius taedium vlterius tolerare nequiret. Nec proprie inter Scholia referri posse videntur, sed e Lexicis vndique excerpta et ad primam rhapsodiam congesta, inprimis e Philoxeno aliquoties laudato, semel περὶ ἀναδιπλασιασμοῦ, ad vs. 353. Inscriptus est liber nomine ἐπιμερισμῶν τῆς α.

Eiusdem generis *Lexicon Homericum* fuit, cuius *fragmentum* litterae A. inde a voc. ἄλλος describere coeperat Tollius; nil nisi ineptias etymologicas, minutiasque et tricas grammaticas in iis reperire potui. Omitto alia leuiora ex iisdem Codicibus. Adiectae erant aliae schedae, in quibus doctrinam et studium Viri praestantissimi pertinax magnopere miratus sum.

Codex Etonensis

seruatur in Bibliotheca Collegii Regii Etonensis: membranaceus, fragmentum Iliadis lib. I. II. III. IV. V. 1—84 quo iam Bentleium vsum lectionesque enotasse, supra monui: etsi ille vltra librum secundum progressus esse haud videtur. Sunt quoque in eo Scholia, ex ordine eorum, quae cum Schol. Veneto B, conueniunt, itaque Townl. Lips. ceterisque paria fere et cognata. Narrationem de hoc codice dedit Nöhden de Porphyrii Scholiis p. 56 sq.. Eiusdem viri docti industriae et amicitiae debeo et Var. Lect. et Scholia. Specimen Codicis aere expressum est in Tab. E. Il. B, 1—7. et 783—5. In Scholii, quod est ex Scholiis Classis secundae, verbis vltimis versus expressus est Ξ, 358 ὄφρ' ἔτι εὕδει Ζεύς.

Comparaui quoque Specimina codicum ex vna vel altera rhapsodia descriptorum: quod tamen non, nisi opera vniuersa finita, faciendum mihi esse censui, cum iam omnem morem vsumque codicum cum variantis lectionis prouentu haberem notum ac perspectum; Ita autem intellexi, longe aliud haberi animi iudicium, si iam qualemcunque codicum vsum et magnam lectionis variantis farraginem collectam habeas, quam si quis, nondum vsu codicum imbutus lectiones colligit aut e codice aliquo eas transscribit; huic enim notantur singulae lectiones, quae ab exemplari, quod in manu habet, discrepant, messemque inde aufert opulentam: etsi paullo post, vbi de vsu earum dispicit, plerumque multo plus inanis paleae, quam quod in granario recondi pos-

ſit, collegiſſe ſe videat. Enimuero, ſi iam habes apparatum variantium lectionum, videbis, falce iam immiſſa ſegeti, ſe offerre partim librariorum errores et calami ludibria, vix enotatu digna, partim varietates ſollennes, vt in parte codicum ſic, in aliis aliter legatur: ita vero otioſam operam eſſe, annotare, „etiam hunc, vel illum, et tertium„ et ſic porro codicem ita quoque legere:" ſatis enim eſt, ſemel bonam lectionem auctoritate legitima eſſe conſtitutam; in his tantum *optimi Codices* in cenſum veniunt, auctoritatem afferentes; vulgares fruſtra nulloque cum fructu memorantur; Nunc eae tantum varietates oculos noſtros in ſe conuertunt, quae ab aliorum codicum profeſſione prorſus recedunt, et noua, nondum aliunde nota, ſuppeditant. Ita e bonis quoque codicibus varietas lectionis enotata poteſt eſſe valde parca, etſi forte per ſe haud aſpernanda. Itaque e Speciminibus iſtis plerumque ea tantum in Obſeruationes retuli, quae memorabilia eſſent; ſic in codd. Pariſ. Excerptis verſatus ſum; ſic in aliis, in *Specimine* quoque lectionum rhapſodiae Γ. *Codicis Barocciani* 203 (qui mihi viſus eſt eſſe idem, quem Barnes adhibuit) et *Codicis Noui Collegii*, quod viri eximii, Thomae Burgeſs humanitas mihi iam a. LXXXVII obtulerat; impertierat quoque *Waſſii emendationes* ex Barneſianae editionis exemplari deſcriptas, quod ſeruatur in Bibliotheca aenei naſi Collegii; ſunt illae acuto cum iudicio ſcriptae, continent tamen ſe intra correctiones Barneſii, iudicia de hac vel illa lectione variante, excerpta

ex Euſtathio et Scholiis breu. Pleraque eius ſunt generis, quae cuiuis litterarum graecarum notitia imbuto facile ſe offerant. Quod idem vidi locum habere in Exemplaribus, virorum doctorum manu paſſim adſcriptas notas habere dictis, quae paſſim in venditionibus publicis venditari ſolent; vbi enim inſpiciendi facultas data eſt, reperias fere ea, quae cuiuis alii obuia eſſe ſolent in ſimili lectione. Ita plerumque locum habet, quod dici ſolet, carbones pro theſauro; quod in Homero quoque me docuere exempla Burmanni aliorumque manum oſtentantia.

Dixi paullo ante librariorum errores ſollennes vix dignos eſſe vt iterum iterumque enotentur; inprimis in poetis, in quibus tam facile illi ſe produnt quia ſunt ἄμετρα, alia quia grammaticae manifeſte repugnant. Incredibile eſt, quanta ignorantia rei metricae in codicibus, etiam melioribus occurrat; haec enotare, inane eſt ſtudium; nec minus inutile eſt, ſollennes lapſus in geminandis conſonis, et vocalibus diphthongisque inter ſe permutandis et confundendis: quippe quae proſodia et orthographia vel minus peritis ex praeceptis grammaticis nota eſſe debent.



V.

DE VERSIONE HOMERI LATINA.

De versione Graecis adiicienda equidem haud cogitaueram; neque videbatur ea cum consilio recensionis meae coniuncta esse, quod ad interpretationem grammaticam antiquitatisque natiuam indolem, et ad criticam verborum rerumque spectabat; vtque ea tanto facilius carerem, carmini ipsi tale notarum genus subieceram, quo et carminis summa et nexus continuo tenore legentibus ante oculos positus esset, et breuiter explicarentur ea, quae moram iniicere possent, cum remissione ad Obseruationes, in quibus de iisdem accuratius disputaretur, quoties aut in verbis, aut in iunctura, aut in sententia, narratione, mytho, aliqua obscuritas ac difficultas occurreret, aut si qua passim non grammatice satis accipi vidissem. Cum tamen mancipem librarium alias rationes sequi comperissem, quibus mihi obtemperandum esse viderem: nolui repugnare, quin versio latina ex editione Clarke-Ernestina adiiceretur.

Sunt quidem interpretationum seu versionum genera plura, quae pro consilio cuiusque et instituto probabilia esse possunt omnia, etsi aliud alio praestare dixeris. Possunt ea in doctiorum gra-

tiam confici, aut in eorum gratiam, qui doctrinam et ſcientiam graecarum litterarum conſequi volunt; poſſunt quoque parari ad vſum lectorum, qui graeca aut ignorant, aut otio ad graeca legenda haud vtuntur aut vti nolunt, aut qui vel otii fallendi cauſſa legunt, vel ingenii fingendi et ornandi materiam deſiderant. Pro diuerſis his conſiliis laudes verſionum eſſe poſſunt admodum diverſae.

Si itaque in alio verſionum genere perſpicuitatem, et elegantiam primo loco ponas, in aliis pro primaria virtute habebis ſubtiliorem curam, fidem, doctrinam exquiſitiorem; in aliis ſenſus diſertam enucleationem, etſi periphraſi illa ſit propior; poteſt praeferri pedeſtris, poteſt metrica verſio. Metricas Homericorum carminum verſiones habemus plures, quae quidem ſi eo conſilio procuſae ſunt, vt interpretationi poetae inſeruiant, vix conſilio ſuo ſatis reſpondere videntur: quandoquidem et diuerſa ſermonis indoles et metri neceſſitas cogit, verbis graecis alia tantum ex parte reſpondentia ſubſtituere, eorum ordinem et colorem mutare, ſtructuram et ſententias inuertere, nonnulla interponere, alia omittere; itaque in locis obſcurioribus aut difficilioribus, in quibus haereas, raro aliquam lucem inde conſequaris; aut enim alia clariora ſubſtituta ſunt, aut redhibita obſcura, plerumque in altero ſermone, in quem translata ſunt, etiam obſcuriora. Quod igitur iam antea tenebas, quae ſit ſententiae et contexti ſumma, id firmes forte accedente alterius iudicio ſimili; quomodo vero hunc ſenſum ex verbis ipſis

elicias, inde haud facile didiceris. Itaque versiones metricae Tragicorum et Lyricorum carminibus adiectae vix hoc nomine recte commendantur, si ad poetarum verba interpretanda illae aptae et vtiles esse dicuntur; quod eo minus fieri potest, quo magis lingua et indolem habet a sermone carminis alienam ac diuersam.

Aliter statuendum est de iisdem versionibus, si de earum praestantia, seorsum ab illo consilio, ex earum virtutibus, ex artis et ingenii excellentia, iudicium fertur; tum possunt esse versiones, quae inter ingeniorum fetus, qui principem locum teneant, referendae sint. Sunt in hoc genere versiones, in quibus certamen ingeniorum committi dixeris, altero annitente, vt exaequet aut attingat alterius vim aut felicitatem, dum interpretatio ita instituitur, vt reddantur carmina eo more, quo probabile sit auctorem sua redditurum fuisse, si nostro sermone vsus esset. Talis versio est inter praeclarae artis opera referenda, et summo honore habenda. Prauo modo studio iis vtuntur, qui iis lectis putant, se bene nunc antiquis litteris posse carere, aut qui graeca nondum ex disciplina accurata sibi cognita inde se assequi posse existimant.

Contra versionis genus est per se tenue et exile, nec facile elegantia aut sermonis proprietate commendabile, tolerandum tamen et vtilitate probabile in hoc, quod verba verbis accurate respondentibus redduntur, vnde ii, qui nec satis vsus ac peritiae, nec facultatis et otii habent, graeca tamen verba facile, quo sensu ac-

cipienda ſint, aſſequantur, easque conſulant in locis, in quibus aut interpres aut alia ſubſidia ad manum haud ſunt. Nolui itaque repugnare conſilio talis verſionis adiiciendae; vt aliam tamen conficerem, factu inutile eſſe iudicaui; correxi tamen multis in locis, quando me ab eius indole et conſilio haud nimium recedere, contra vero ſubſtituta voce magis latina notionem ac vim commode reddere poſſe viderem.

De verſionibus Homericorum carminum latinis conſulenda eſt Bibliotheca Fabricio-Harleſiana; vnde tamen ducta ſit haec in editionibus noſtris repetita verſio ad verbum facta, edoceri me haud vidi. Erneſti vitia eius nonnulla tantum notauit in notis. Clarke ait eam maxima ex parte a ſe eſſe correctam, parte aliqua denuo a ſe compoſitam eſſe. Vnde tamen eam petiiſſe videri debet? Scilicet ex editione Barneſii. Iam is quoque profitetur ſe eam perpoliiſſe. Comparando perſpexi, eum pro fundo habuiſſe, editionem Cantabrigienſem 1689. Inſtruxerant illi editionem ſuam ad editionem Hackianam Schreuelii; mox autem, animaduerſa eius flagitioſa carminis et Scholiorum interpolatione, etiam de verſione curatius diſpexerant, ita vt ab ea recederent; profeſſique ſunt, ſe a libro quinto eam emendaſſe, vt fere pro noua haberi poſſit; adhibuiſſe ſe verſionem Aemilii Porti; non, puto, eam, quae ab ipſo Porto curata erat Lugduni 1580. ſed eam, quae ab Henr. Stephano emendatior prodierat in edit. graecolatina 1589. 12. Hanc ſequutae ſunt editiones ab eo tempore,

quantum vidi, omnes. Pronuntiat autem H. Stephanus, verſionem tot vitiis oneratam fuiſſe, vt in ea acquieſcere haud poſſet, cumque Portum, vt recognoſceret, fruſtra rogaſſet, tandem id, quod ab illo obtinere haud potuerat, partim a ſe ipſo, partim ab aliis impetrare neceſſe habuiſſe. Apparet ex his, plurium virorum doctorum opera coniuncta verſionem hanc confectam eſſe, mutando, interpolando, poliendo et emendando. Nec vero Aemilius Portus pro primo auctore habendus eſſe videtur; primum enim auctorem Iuſtinum Diuum fuiſſe apparet, primumque eam nactam eſſe emendatorem Henr. Pantaleonem, tum diuerſos viros doctos in edd. Baſileenſibus per Nicol. Brylinger, primo quidem Sebaſt. Caſtalionem 1561. qui ſe ait editionem ſuperiore anno a Criſpino Geneuenſi typographo curatam, reddidiſſe et verſionem caſtigaſſe; multo tamen maiorem operam ſe in Odyſſea praeſtitiſſe. Caſtalionem ſequutus eſt Spondanus in ed. Baſil. 1583. Miror Caſtalionis diligentiam ab aliis fere eſſe neglectam aut ignoratam. Non dubito ab Henr. Stephano eam in conſilium eſſe adhibitam, a quo ſequentes editores et correctores pependiſſe paullo ante docui. Poſt omnes tamen has virorum doctorum curas nolim eam vllo alio nomine cenſeri, quam quod, cum κατὰ πόδα facta ſit, verborum ſingulorum ſenſum qualicunque modo reddit; ceteroqui autem nec elegantia ſe commendat, nec vllo modo de poetica dignitate ac ſpiritu carminis iudicium aliquod admittit, aut vllum ſenſum pulcritudinis inſtillat;

nec nisi, quoties in verbis haereas, recte consuli potest ac debet.

Versionum latinarum lectionem nostra quidem aetate, qua tot vernaculo sermone factae versiones extant, nemo facile appetet. Aliter res se habebat superioribus saeculis, in quibus earum vsus frequens, inde etiam magna laus tali opera parari poterat. Extant praeclarae versiones metricae latinae Nicolai Vallae, Vincentii Opsopoei et Helii Eobani Hessi coniunctis studiis factae; et ex recentiore aetate Francisci Xauerii Allegrii et Raymundi Cunichii. Periit tamen iis nunc omnis fere suus honos, ex quo studiorum nostrorum ratio penitus est immutata, et litterarum nostrarum ea iam est conditio, vt, *pro communibus omnis Europae litteris*, sermone aliquo eruditioni consecrato tanquam vinculo comprehensis, succedant *litterae*, vt in multo plura genera dispertitae, ita *per plures linguas* dispersae et disseminatae; quo ipso euenire necesse est, vt litterae cultioris Europae, non vno nunc, vt olim, alueo ferantur, verum in multos variosque alueos deductae distrahantur; quod etsi et ipsum suas vtilitates habet, tamen ita verendum est, ne idem fiat, quod in fluminibus per plura brachia diremtis, et partim aquae cursu remissiore partim aggesto limo vadosis; vt, cum humana ingenia rerum verborumque, ex linguarum diuersitate, copia et mole, obruantur, tanto languidiora et ieiuniora, saeculo iam nunc ad inertiam et mollitiem praecipite, succedant studia. Verum de his videbit posteritas.

ILIADIS

LIBER I.

Iram cane, dea, Pelidae Achillis pernicioſam, quae plurima Achiuis mala attulit; multasque fortes animas orco demiſit heroum, ipſosque praedam fecit canibus, alitibusque quibusuis: Iouis autem perficiebatur conſilium: ex quo vtique primum disſederunt litigando Atridesque, rex virorum, et nobilis Achilles.

Quisnam igitur eos deorum contentione commiſit vt pugnarent? Latonae et Iouis filius: hic enim regi iratus luem per exercitum excitauit peſtiferam; peribant autem copiae, quoniam Chryſen contumelia affecerat ſacerdotem Atrides. Ille enim venerat celeres ad naues Achiuorum, redemturusque filiam, ferensque infinitum pretium *eius redimendae* infulamque habens in manibus longe-iaculantis Apollinis, aureo cum ſceptro; et ſupplex orauit omnes Achivos, Atridas vero inprimis, duos duces copiarum: „Atridaeque, et alii bene-ocreati Achivi, vobis quidem dii dent, coeleſtes domos habitantes, exſcindere Priami vrbem, feliciterque domum reuerti: filiam autem mihi liberate dilectam, et pretium accipite, reueriti Iouis filium longe-iaculantem Apollinem.“

Tunc alii quidem omnes comprobarunt Achivi, reuerendumque esse sacerdotem, et splendidum accipiendum pretium: at non Atridae Agamemnoni placuit animo; sed contumeliose dimisit, minacemque sermonem addidit: „Ne te, senex, cauas ego apud naues offendam vel nunc, commorantem, vel posthac, reuersum; ne forte tibi non prosit sceptrum et infula dei. Hanc autem ego non liberabo; quin potius ipsam et senectus inuadet nostra in domo, Argis, procul a patria *sua*, telam percurrentem, et praesto stantem ad meum lectum. Verum abi; ne me irrita; saluus vt redeas.“

Sic dixit; timuit autem senex, et paruit mandato; iuitque tacitus iuxta littus multum-strepentis maris, et multum deinde seorsum iens precatus est senex Apollinem regem, quem pulcricoma peperit Latona: „Audi me, splendidum-arcum-gerens, qui Chrysen tueris, Cillamque eximiam, Tenedoque potenter imperas, Smintheu: si quando tibi venustum templum coronaui vel si quando tibi pingues coxas cremavi, taurorum et caprarum, hoc mihi perfice votum: Pendant-poenas Danai ob meas lacrymas tuis sagittis!“

Sic dixit orans; eum autem audiuit Phoebus Apollo; descenditque ex coeli verticibus iratus animo, arcum humeris gestans, et tectam circumcirca pharetram: clangorem autem dederunt sagittae in humeris irati, eo moto; ipse vero ibat nocti similis. Sedit deinde seorsum a navibus, et sagittam emisit. Terribilis autem

clangor edebatur ſplendidi arcus. Mulos quidem primum petiit *telis,* et canes veloces. Sed poſtea ipſis *(hominibus)* ſagittam mortiferam immittens feriebat; perpetuoque rogi cadauerum ardebant frequentes. Nouem dies quidem per exercitum ibant *emiſſae* ſagittae dei. Decimo autem ad concionem vocauit populum Achilles; huic enim in animo poſuit dea candidas-vlnas-habens Iuno; curam enim gerebat Danaorum, quia ſcilicet morientes videbat.

Hi itaque poſtquam congregati ſunt, in vnumque conuenerant, inter eos ſurgens locutus eſt pedibus velox Achilles: „Atride, nunc nos redeuntes puto reuerſuros, ſi modo mortem effugerimus; ſiquidem ſimul bellumque domat et peſtis Achiuos. Verum age quaeſo, aliquem vatem conſulamus, vel ſacerdotem, vel etiam ſomniorum-interpretem, (etenim ſomnium quoque ab Ioue eſt:) qui dicat, cur tantopere iratus ſit Phoebus Apollo; ſiue is *nos* ob vota-*non-reddita* incuſat, ſiue ob hecatomben: ſi forte agnorum nidorem caprarumque lectarum vult aſſecutus a nobis peſtem depellere.“

Ille quidem ſic locutus reſedit: inter eos autem ſurrexit Calchas Theſtorides, augurum longe optimus, qui nouerat et praeſentia, et futura, et praeterita, et nauibus auctor *(navigationis)* fuerat Achiuorum ad Jlium, ſuam propter vaticinandi artem, quam ei dedit Phoebus Apollo: qui ipſis cordatus concionatus eſt, et dixit: „O Achilles, iubes me, Iovi care, eloqui iram Apollinis longe-iaculantis regis.

Igitur ego dicam: tu autem animum aduerte, et mihi iura, omnino te mihi propenſum verbis et manibus opem laturum. Profecto enim ſuſpicor virum iratum fore, qui late omnium Argiuorum imperium habet, et ei obediunt Achiui. Potentior enim rex, quando iraſcatur viro inferiori; etenim ſi forte iram quidem eodem die repreſſerit, tamen et poſtea retinet ſimultatem, donec perfecerit, (*vltus fuerit*) in pectore ſuo: tu itaque dic, an me ſis ſeruaturus."

Hunc autem reſpondens alloquutus eſt pedibus velox Achilles: „Confidens prorſus, dic vaticinium, quodcunque ſcis: non enim, per Apollinem Ioui carum, cui tu, Calcha, vota faciens Danais vaticinia prodis, non vllus, me viuo et in terra vidente (*lucem*), tibi cauas apud naues graues manus adferet, cunctorum Danaorum: ne *quidem* ſi Agamemnonem dixeris, qui nunc longe potentiſſimum in exercitu profitetur ſe eſſe."

Et tum quidem cepit animum, et dixit vates praecellens: „Neque hic (*nos*) ob vota *non reddita* incuſat, neque ob hecatomben; ſed cauſa ſacerdotis, quem contumelia affecit Agamemnon, neque liberauit filiam, et non accepit pretium redemtionis. Idcirco dolores dedit Longe-iaculans (*Apollo*), et adhuc dabit: neque hic prius a peſte graues manus abſtinebit, quam patri dilecto reddat (*Agamemnon*) nigris oculis puellam inemtam, ſine pretio; et ducat (*mittat*) ſacram hecatomben in Chryſam: tunc ipſum (*Apollinem*) forte placando flexerimus."

Ille quidem ita loquutus conſedit: inter eos autem ſurrexit heros Atrides late-dominans Agamemnon dolens: iraque valde praecordia *(ſanguine)* atra, intumuerunt, oculique ipſi igni lucenti ſimiles-erant: Calchantem primum torue intuens alloquutus eſt: „Vates malorum, nunquam mihi gratum dixiſti: ſemper animo tuo iucundum eſt mala vaticinari: bonum autem nondum aliquid dixiſti verbum, neque effeciſti; et nunc inter Danaos vaticinans concionaris, quaſi idcirco ipſis Longe-iaculans *(Apollo)* dolores ſtruat, quoniam ego puellae Chryſeïdis ſplendidum *redimendae eius* pretium nolui accipere, quandoquidem longe malo illam domi habere; etenim *ipſi* Clytaemneſtrae praefero, quam-virginem-duxi, vxori; quoniam non ipſa inferior eſt, neque corpore, neque ſtatura, neque mente, neque opere *muliebri*. Sed et ſic volo reddere, ſi hoc eſt melius: Malo equidem populum ſaluum eſſe, quam perire. Sed mihi praemium ſtatim *aliud* praeparate; vt non ſolus Argiuorum praemio caream: quippe *id* non aequum eſt. Videtis enim hoc omnes, quod mihi praemium abit alio.“

Huic autem reſpondit poſtea pedibus-praeſtans nobilis Achilles: „Atride glorioſiſſime, auariſſime omnium; quomodo vero tibi dabunt praemium magnanimi Achivi? Non vtique ſcimus communia vllibi repoſita multa: ſed quae quidem ex vrbibus depraedati ſumus, ea diuiſa ſunt: Copias autem non aequum eſt iterum-collecta haec congregâre. Sed tu quidem nunc

hanc deo mitte: at Achivi tripliciter quadrupliciterque compenſabimus; ſi quando Iupiter det vrbem Troiam bene-munitam diripere.“

Hunc autem reſpondens allocutus eſt rex Agamemnon: „Ne ſic, quamuis *ſis* ſollers, deo ſimilis Achille, fallere mente: quoniam non anteuertes *aſtutia*, neque mihi perſuadebis. Numquid vis, vt ipſe habeas praemium, ac me fruſtra ſedere indigentem? iubesque me hanc reddere? Atqui ſi dabunt praemium magnanimi Achiui, parantes *illud* ad voluntatem *meam*, ut aequale ſit valore; *bene eſt:* Sin autem non dederint, ego certe ipſe auferam vel tuum, vel Aiacis, veniens, praemium, vel Vlyſſis abducam ablatum; ille autem habebit cur iraſcatur cui ſuperuenero. Verum enimuero de his conſultabimus poſthaec. Nunc vero age, nauem nigram deducamus in mare vaſtum, colligamusque in eam remiges affatim, et hecatomben imponamus, ipſamque Chryſeïdem pulcram-genas conſcendere faciamus: vnus autem aliquis praefectus ex proceribus ſit, vel Aiax, vel Idomeneus, vel nobilis Vlyſſes; vel tu, Pelide, omnium honoratiſſime virorum: vt nobis Longe-iaculantem *(Apollinem)* places ſacris factis.“

Hunc autem torue intuitus alloquutus eſt pedibus velox Achilles: „Heu! impudentia inſtructe, lucri appetens, quomodo aliquis tibi promtus mandatis obſequatur inter Achiuos, vel vt expeditionem *aliquam* faciat, vel aduerſus viros fortiter pugnet? Non enim ego Troianorum gratia veni bellicoſorum huc pugna-

turus; quippe qui culpa in me carent. Non enim vnquam meas boues abegerunt, neque equos: neque vnquam in Phthia gleboſa, virorum alumna, ſegetem populati ſunt; quoniam valde multi inter *iacent* monteſque vmbroſi, mareque reſonans. Sed te, o valde impudens, vna ſecuti ſumus, vt tu gauderes, vltionem honorificam parantes Menelao tibique, canino-viraſpectu, a Troianis: quae *beneficia* neque reſpicis, neque curas: quin et mihi praemium ipſe te ablaturum minaris, ſuper quo multum laboraui, dederuntque mihi filii Achiuorum. Non equidem tibi vnquam aequale habeo praemium, quando Achiui Troianorum exciderint bene-habitatam vrbem, verum quidem maiorem partem impetuoſi belli manus meae miniſtrant; at ſi quando diuiſio venerit, tibi praemium multo maius; ego vero modicumque gratumque quid venio auferens ad naves, poſtquam defeſſus ſim pugnando. Nunc itaque abeo in Phthiam: quoniam multo melius eſt, domum ire cum nauibus recuruis: neque tibi conſtitutum *apud me* habeo, hic contumelia affectus quum ſim, diuitias et opes colligere.“

Huic autem reſpondit poſtea rex virorum Agamemnon: „Fuge omnino, ſi tibi animus ad hoc fertur; neque te ego rogo, gratia mei manere: apud me et alii ſunt, qui meam dignitatem tuebuntur; praecipue vero prouidus Iupiter. Inuiſiſſimus vero mihi es a-Iove-nutritorum regum; ſemper enim tibi contentioque grata, bellaque, pugnaeque. Si valde fortis es,

deus certe tibi hoc dedit. Quin domum reuer-
180 sus cum nauibusque tuis, et tuis sociis, Myr-
midonibus impera: te vero ego non moror,
neque *quicquam te* curo iratum: minabor au-
tem tibi sic: quoniam a me aufert Chryseidem
Phoebus Apollo, hanc quidem ego cum naui-
que mea, et meis sociis mittam: ego autem
185 abducam Briseïdem pulcram-genas, ipse pro-
fectus ad tentorium, tuum praemium: ut bene
intelligas, quanto potentior sim te: vereatur
vero et alius aequalem *se* mihi dicere, et com-
parari coram."

Sic dixit: Pelidae autem dolor ortus est, et
ipsi cor in pectore virili bifariam deliberavit,
190 vtrum ipsemet, ense acuto stricto a femore,
hos quidem dimoueret, ipse autem Atridem in-
terficeret; an iram sedaret, compesceretque
furorem. Dum ille haec agitabat mente et ani-
mo, trahebatque e vagina magnum ensem,
195 venit Pallas coelitus: praemiserat enim dea vl-
nis-candida Iuno, ambos simul *ex*-animo
amansque, curansque. Stetit autem a-tergo,
et flava coma prehendit Peliden, soli apparens,
aliorum vero nullus videbat. Obstupuit autem
Achilles et retro conuersus est, statimque agno-
200 vit Palladem Minervam; terribilesque ei oculi
visi sunt: et ipsam compellans, verbis alatis
allocutus est: „Cur huc, Aegiochi Iovis proge-
nies, venisti? An vt iniuriam videas Agamem-
nonis Atridae? Sed tibi edico, quod et perfe-
205 ctum iri puto; sua superbia cito tandem animam perdet.

Hunc autem rurſus alloquuta eſt dea caeſiis-oculis Minerua: „Veni ego ſedatura tuam iram, ſi modo parueris, coelitus; praemiſit autem me dea candidis-vlnis Iuno, ambos ſimul ex animo diligensque curansque. Sed age, dimitte contentionem, neque enſem trahe manu: at verbis quidem conuitiator, ſicut acciderit. Sic enim edico, quod et perfectum erit: aliquando tibi vel ter totidem obtingent ſplendida dona, iniuriae cauſa huius: tu autem cohibe te, obtemperaque nobis.“

Hanc autem reſpondens allocutus eſt pedibus velox Achilles: „Oportet quidem veſtrum, dea, iuſſum obſeruare, quantumuis ſim animo iratus: ſic enim melius. Quisquis vtique diis obtemperauerit, magis et *illi* exaudiunt ipſum.“ Dixit, et argenteo manubrio impreſſit manum grauem, retroque in vaginam condidit magnum enſem, neque fuit inobediens verbo Mineruae; haec autem ad coelum abiit, in domos aegidem geſtantis Iouis, ad deos alios.

Pelides autem iterum aſperis verbis Atriden alloquutus eſt, et nondum ceſſabat ab ira: „Vinolente, canis oculos habens, cor vero cervi; neque vnquam in pugnam vna cum copiis armari, neque ad inſidias ire cum primoribus Achiuorum, auſus es animo: hoc vtique tibi mors videtur eſſe. Certe multo *tibi* fructuoſius eſt, per exercitum latum Achiuorum dona auferre *illius*, quicunque tibi contradixerit, populum atterens Rex, quandoquidem hominibus nullius pretii imperas: certe enim, Atrida,

nunc poſtremo contumeliam feciſſes. Verum tibi edico, atque inſuper magnum iuramentum iuro, nae per hoc ſceptrum, quod quidem nunquam folia et ramos producet, poſtquam ſemel truncum in montibus reliquit, neque repullulabit; circum enim ei ferrum delibrauit foliaque et corticem; nunc autem ipſum filii Achivorum in manibus portant iudices, qui vtique imperium a Ioue tenent; hoc autem tibi erit magnum iuramentum: certe aliquando Achillis deſiderium inuadet filios Achiuorum vniuerſos: his autem non poteris, dolens licet, opitulari; quando multi ab Hectore homicida morientes cadent: tu autem intus animum lacerabis iratus, quod fortiſſimum Achiuorum non honoraris.“ Sic dixit Pelides; ſceptrumque proiecit in terram aureis clauis diſtinctum: conſedit autem ipſe.

Atrides vero ex altera parte ira ardebat. Inter eos igitur Neſtor ſuauiloquus ſurrexit, argutus Pyliorum orator, cuius etiam a lingua melle dulcior fluebat ſermo. Ei iam duae quidem aetates articulata-voce-loquentium hominum praeterierant, qui cum ipſo antea ſimul nutriti erant et vixerant in Pylo eximia, inter tertios autem *iam* regnabat. Qui illis prudens concionatus eſt, et dixit: „O dii, certe magnus luctus Achiuam terram inuadit. Certe laetabitur Priamus, Priamique filii, caeterique Troiani valde gaudebunt animo, ſi *de* vobis haec omnia audiuerint decertantibus, qui quidem conſilio Danais antecellitis, et pugnando. Sed per-

ſuadeamini: ambo nempe iuniores eſtis me. Iam enim aliquando ego et cum fortioribus, quam vobis, viris verſatus ſum, et nunquam me ipſi parui pependerunt. Non enim vnquam tales vidi viros, neque videbo, qualem Pirithoumque, Dryantemque, ducem populorum, Caeneumque, Exadiumque, et diuinum Polyphemum, Theſeumque Aegidem, ſimilem immortalibus. Fortiſſimi certe illi terreſtrium nutriti ſunt virorum: fortiſſimi quidem erant, et cum fortiſſimis pugnabant, Centauris monticolis, et terribiliter ſtragem *eorum* dederunt. At qui cum illis vixi e Pylo profectus, procul ex Apia terra; evocarunt enim ipſi; et pugnabam pro meis *quidem* viribus ego; illis autem nullus eorum, qui nunc homines ſunt terreſtres, ſe aequipararet; et tamen mea conſilia audiebant, obtemperabantque dicto. Verum obedite et vos; quandoquidem obedire melius. Neque tu ab iſto, quantumuis praeſtans, auferas puellam, verum ſine, vt ei primum dederunt praemium filii Achiuorum: neque tu, Pelide, velis contendere regi contra: quia nunquam *vllus* ſimilem, *atque hic*, ſortitus eſt honorem ſceptriger rex, cui vtique Iupiter dignitatem *hanc* dedit. Si autem tu fortior es, deaque te generauit mater: at hic potentior eſt, quia pluribus imperat. Atride, tu autem compeſce tuam iram: verum, ego ipſe ſupplico tibi, vt in Achillem deponas iram, qui magnum omnibus propugnaculum Achiuis eſt belli mali."

Hunc autem viciſſim allocutus eſt rex Agamem-

non: „Sane haec omnia, ſenex, conuenienter dixiſti; verum hic vir vult ſupra omnes eſſe alios; in omnes dominari vult, omnibusque imperare, et omnibus praeeſſe: in quibus minime ei obtemperaturum me eſſe conſtitutum apud me habeo. Quod ſi ipſum bellicoſum fecerunt dii ſemper exiſtentes, an propterea ipſi permittunt contumelias loqui?"

Huic autem interpellato-ſermone reſpondit nobilis Achilles: „Certe timidusque et nullius pretii vocari debeam, ſi vtique tibi in omni re ceſſero, quamcunque dixeris. Aliis ſane haec impera; nec enim mihi praecipias; non enim ego amplius *me* tibi obtemperaturum aio. Aliud autem tibi dicam, tu vero in praecordiis tuis conde: Manibus quidem non ego pugnabo cauſa puellae, neque tecum, neque cum alio quouis, quum a me auſertis, quod dediſtis: aliarum autem rerum, quae mihi ſunt velocem apud nauem nigram, harum vtique nihil auferes abripiens, inuito me. Quin age, fac periculum; vt cognoſcant et iſti: ſtatim tibi ſanguis niger fluet circa lanceam."

Sic hi contrariis contendentes verbis ſurrexerunt; ſolueruntque concionem apud naues Achiuorum. Pelides quidem ad tentoria et naves aequales abiit, cumque Menoetiade et ſuis ſociis; Atrides autem nauem velocem in mare deduxit, et in *eam* remiges elegit viginti, inque *eam* hecatomben impoſuit deo; inſuper vero Chryſeïdem pulcras genas habentem collocauit ducens; dux autem inſcendit ſapiens Vlyſſes. Hi quidem deinde, cum conſcendiſ-

ſent, innauigabant humidas vias. Exercitum au-
tem Atrides luſtrari iuſſit. Illi igitur luſtraban-
315 tur, et in mare ſordes proiiciebant; ſacrifica-
bantque Apollini perfectas hecatombas taurorum
et caprarum, iuxta litus maris infructuoſi: ni-
dor autem ad coelum ibat circumfuſus fumo.

Sic hi quidem haec operabantur per exerci-
tum: neque Agamemnon ceſſabat a contentio-
320 ne, quam primum minatus fuerat Achilli. Sed
is Talthybiumque et Eurybatem affatus eſt, qui
ipſi erant praecones et ſeduli miniſtri: „Abite
ad tentorium Pelidae Achillis, manu prehen-
ſam adducite Briſeïdem pulcris-genis. Quod
325 ſi non dederit, ego ipſe auferam, veniens cum
pluribus: quod illi et acerbius erit.“ Sic di-
cens, praemiſit; aſperum autem ſermonem addi-
dit *in mandatis*. Hi itaque inuiti iuerunt iuxta
litus maris infructuoſi: Myrmidonum vero ad
tentoriaque et naues peruenerunt. Illum autem
inuenerunt apudque tentorium et nauem nigram
330 ſedentem: neque ſane hos intuitus laetatus eſt
Achilles. Hi quidem timidi, et reuerentes Re-
gem, ſtabant, neque ipſum alloquebantur, nec
interrogabant. Sed is cognouit ſuis in menti-
bus, dixitque: „Saluete praecones, Iouis nun-
335 cii, atque etiam hominum: propius accedite;
nihil mihi vos culpandi, ſed Agamemnon, qui
vos miſit Briſeïdis cauſa puellae. Verum age,
generoſe Patrocle, educ puellam, et ipſis tra-
de, vt abducant: ipſi autem teſtes ſunto *iniu-
riae* coram diis beatis, coramque mortalibus
340 hominibus, et coram rege immiti. Sin vero

vnquam poſthac opus me fuerit ad foedam internecionem depellendam ab aliis: — certe enim ille perniciofis conſiliis furit, neque omnino poteſt circumſpicere ſimul praeſentia et futura vt ſibi apud naues ſalui pugnent Achiui.“ Sic dixit: Patroclus autem caro paruit ſodali, eduxitque tentorio Briſeïdem pulcris-genis, et tradidit abducendam: illi autem redibant ad naues Achiuorum: atque inuita vna cum his mulier ibat. Sed Achilles lacrymans, a ſociis ſtatim ſeorſum ſecedens conſedit littus ad maris cani, inſpiciens nigrum pontum. Multa autem matri dilectae ſupplicauit, manus porrigens: „Mater, quandoquidem me peperiſti breuis aeui futurum, honorem ſaltem mihi debebat Olympius tribuere, Iupiter altitonans; nunc autem neque me tantillum quidem honorauit; certe enim me Atrides late-dominans Agamemnon contumelia affecit: prehendens enim habet praemium, ipſe cum abstulerit.“

Sic dixit lacrymas fundens. Hunc autem audiuit veneranda mater, ſedens in fundo maris apud patrem ſenem: raptimque emerſit e cano mari, velut nebula; et ante ipſum ſedit lacrymas-fundentem, manuque ipſum demulſit, et verba fecit, etcompellauit: „Fili, quid fles? Quis vero tibi mentem inuaſit moeror? dic; ne celes animo; vt ſciamus ambo.“

Hanc autem grauiter ſuſpirans allocutus eſt pedibus velox Achilles; „Noſti: cur tibi haec ſcienti omnia dicam? Iuimus in Theben ſacram vrbem Eetionis, hancque diripuimus, et ad-

duximus huc omnia: et haec quidem bene diviſerunt inter ſe filii Achiuorum, elegerunt autem Atridae Chryſeïdem pulcris-genis. Chryſes vero poſtea ſacerdos longe-iaculantis Apollinis venit ad veloces naues Achiuorum aere-loricatorum, redemturusque filiam, ferensque infinitum pretium-redemtionis, infulamque habens in manibus longe-iaculantis Apollinis aureo cum ſceptro; et ſupplex orauit omnes Achiuos, Atridas vero inprimis, duos duces populorum. Tunc alii quidem omnes comprobarunt Achiui, reuerendumque eſſe ſacerdotem, et ſplendidum accipiendum pretium; at non Atridae Agamemnoni placuit animo; ſed contumelioſe dimiſit, et minacem ſermonem addidit. Iratus itaque ſenex retro abiit; hunc autem Apollo precantem exaudiuit, quoniam valde illi carus erat; miſit itaque in Argiuos malam ſagittam; populi vero moriebantur alii ſuper alios; ibantque ſpicula dei *emiſſa* quoquoverſus per exercitum latum Achiuorum. Nobis autem vates peritus in concione narrabat vaticinia Apollinis. *Tum* ſtatim ego primus hortabar deum placare. Atridem vero deinde ira cepit; ſtatimque exſurgens minans eloquutus eſt dictum, quod vtique et effectum eſt. Illam quidem enim cum naui veloci nigris-oculis Achiui ad Chryſen deducunt, feruntque donaria deo: at *mihi* iam nuper e tentorio iuerunt praecones abducentes puellam Briſei, quam mihi dederant filii Achiuorum. Sed tu, ſiquidem potes, auxiliare filio tuo. Profecta ad

coelum Iouem precare, ſi vnquam vtique aliquid vel dicto iuuiſti cor Iouis, vel etiam facto: ſaepe enim te patris in aedibus audiui gloriantem, quum dicebas, ab atras-nubes-cogente Saturnio ſolam te inter immortales indignam perniciem auertiſſe, quando ipſum colligare coeleſtes voluerunt alii, Iunoque et Neptunus, et Pallas Minerua: ſed tu eum, quum acceſſiſſes, dea, liberaſti a vinculis, ſtatim Centimanum vocans in excelſum Olympum, quem Briareum vocant dii, homines autem omnes Aegaeonem; is enim viribus ſuo patre *Urano*, praeſtantior. Qui porro apud Saturnium conſedit ferocia elatus. Hunc vtique exhorruerunt immortales dii, neque *Iouem* amplius ligauerunt. His nunc illi in memoriam reuocatis aſſide, et prehende genua, ſi quo modo velit Troianis auxiliari, hos vero apud puppes et ad mare conglobare Achiuos dum caeduntur, vt omnes fruantur rege, ſentiat autem Atrides late-dominans Agamemnon ſuam culpam, quod fortiſſimum Achiuorum non honore mactauit."

Huic autem reſpondit deinde Thetis, lacrymas-effundens: „Heu, fili mi, cur te enutriui, quem malo fato peperi? O vtinam apud naues ſine lacrymis et illaeſus ſederes; quoniam tibi aeuum, in breue, neque valde diu futurum; nunc autem ſimul et cito-moriturus, et aerumnoſus ſupra omnes es: idcirco te malo fato peperi in aedibus. Hoc tamen nuntiatura mandatum Ioui gaudenti-fulmine vado ipſa in Olympum

valde niuoſum, ſi moueatur forte. Sed tu qui-
dem nunc, nauibus aſſidens velocibus, iraſcere
Achiuis, bello autem abstine omnino. Iupiter
enim ad Oceanum inter praeclaros Aethiopes
heſternus abiit ad conuiuium, diique ſimul om-
425 nes ſequuti ſunt. Duodecima autem rurſus ve-
niet in coelum; et tunc poſtea vadam Iouis ad
aere-fundatam domum, et ipſius genibus ad-
voluar, et eum permotum iri ſpero.

Sic vtique locuta abiit; illum autem reliquit
ibi iratum in animo, *propter* mulierem ele-
430 ganter-cinctam, quam vtique vi ab inuito abs-
tulerant. Sed Vlyſſes in Chryſen peruenit, du-
cens ſacram hecatomben. Hi autem quando
portum valde profundum intrauerant, vela qui-
dem legerunt, poſueruntque in naui nigra;
malum autem receptaculo ſuo admouerunt, ru-
435 dentibus demiſſum ſtatim; ipſamque in ſtatio-
nem protraxerunt remis, ancorasque iecerunt,
ac retinacula alligauerunt. Et ipſi autem exie-
runt in littus maris; et hecatomben expoſue-
runt longe-iaculanti Apollini. Dein et Chry-
440 ſeïs naui exiuit pontigrada. Hanc quidem poſt-
ea ad altare ducens ſapiens Vlyſſes, patri ca-
ro in manibus poſuit, et ipſum allocutus eſt:
„O Chryſe, miſit me rex virorum Agamemnon,
filiamque tibi vt ducerem, Phoeboque ſacram
hecatomben ſacrificarem pro Danais; vt pla-
445 cemus deum, qui modo Argiuis acerbiſſimas
curas immiſit.“

Sic locutus, in manibus poſuit. Ille autem
accepit gaudens filiam dilectam; hi vero con-

feſtim Deo ſplendidam hecatomben ordine ſtatuerunt aedificatum-pulcre circa altare, manusque deinde lauarunt, et molas ſuſtulerunt. His autem Chryſes alta voce precabatur, manibus ſublatis: „Audi me, argenteum-arcum habens, qui Chryſen tueris, Cillamque eximiam, Tenedoque potenter imperas: iam quidem aliquando me antea exaudiſti precantem; honoraſti quidem me, valde autem afflixiſti exercitum Achiuorum: itidem et nunc mihi hoc perfice votum, iam nunc a Danais indignam peſtem remoue.“ Sic dixit orans; hunc vero exaudivit Phoebus Apollo.

Caeterum poſtquam precati ſunt, et molas proiecerunt, *ceruicem* retro egerunt quidem primum, et iugularunt, et excoriarunt, femoraque exſecuerunt, adipeque cooperuerunt, poſtquam duplicauerant; ſuper ipſis autem fruſta cruda poſuerunt. Adolebat autem *ea* ſuper lignis fiſſis ſenex, et inſuper nigrum vinum libabat; iuuenesque, ſecus illum, tenebant verua in quinque mucrones fiſſa manibus. Tum, poſtquam femora exuſta erant, et viſcera guſtarant, minutatim dein ſecuerunt caetera, et verubus transfixerunt, aſſaruntque ſcite, detraxeruntque omnia. Atque vbi ceſſarunt ab ópera, appararuntque conviuium, conuiuati ſunt; neque quicquam animus indiguit cibo aequaliter distributo. Porro poſtquam potus et cibi deſiderium exemerant, pueri quidem crateras coronarunt vino; distribueruntque omnibus, auſpicando, *praebitis* poculis. Illi igitur totum diem cantu deum placa-

bant, laetum canentes paeanem, iuuenes Achi-
vorum, cantu celebrantes longe iaculantem
Apollinem: ille autem animo delectabatur au-
diens.
475 Quando vero ſol occidit, et tenebrae ſuper-
venerunt, vtique tunc dormiuerunt iuxta reti-
nacula nauis. Quando autem mane-genita ap-
paruit roſea-digitos Aurora, tunc deinde re-
vecti ſunt ad amplum exercitum Achiuorum.
His porro ſecundum ventum miſit longe-iaculans
480 Apollo. Illi vero malum erexerunt, velaque
alba panderunt; ventus autem flatu-impleuit
medium velum, circumque fluctus carinam ater
valde reſonabat, naui eunte: haec itaque cur-
rebat per fluctum conficiens vias. Ac poſt-
quam venerunt ad exercitum latum Achiuorum;
485 navem quidem hi nigram in continentem ſubdu-
xerunt, alte ſuper arenas, phalangasque lon-
gas ſubtenderunt: ipſi autem ſparſi ſunt per
tentoriaque nauesque.
Verum iram fouit, nauibus aſſidens veloci-
bus, generoſus Pelei filius pedibus velox Achil-
490 les, neque vnquam in concionem prodiit viros
conſpicuos reddentem, neque vnquam in prae-
lium; ſed macerabat ſuum cor, illic manens;
deſiderabat autem clamoremque pugnamque. At
quando iam ex illo duodecimus erat dies, tum
vtique ad Olympum redibant dii ſemper exiſten-
495 tes omnes ſimul, Iupiterque praeibat. Thetis
autem non oblita eſt mandatorum filii ſui, ſed
emerſit ex vnda maris, matutinaque conſcendit
in magnum coelum Olympumque. Inuenit au-

tem late-ſonantem Saturnium ſeorſum ſedentem ab aliis in ſummo vertice multa-cacumina-habentis Olympi. Et ante ipſum ſedit, et prehendit genua ſiniſtra; dextraque mento prehenſo, ſupplicans allocuta eſt Iouem Saturnium regem: „Iupiter pater, ſi vnquam reuera te inter immortales iuui, vel dicto, vel re; hoc mihi perfice votum: *Vlciſcendo* honora mihi filium, qui breuiſſimae vitae prae caeteris eſt; ſed ipſum nunc rex virorum Agamemnon contumelia affecit: ereptum enim habet praemium ipſe abripiens. At tu ipſum vlciſcere, Olympie, ſapientiſſime Iupiter; tamdiu autem Troianis para victoriam, donec Achiui filio meo ſatisfecerint affecerintque eum *debito* honore.“ Sic dixit. Hanc autem nihil allocutus eſt nubes-cogens Iupiter, ſed tacitus diu ſedit. Thetis vero, ita vt apprehenderat genua, ſic tenebat inhaerens, et rogabat ſecundo iterum: „Vere iam mihi promitte, et annue, vel abnue; quoniam non tibi ineſt timor; vt bene ſciam, quanto ego inter omnes contemtiſſima Dea ſim.“

Hanc autem grauiter ſuſpirans allocutus eſt nubes-cogens Iupiter: „Sane odioſa res, quum me in offenſionem impelles Iunoni, quando me laceſſierit contumelioſis verbis. Atqui illa et temere mecum ſemper inter immortales Deos rixatur; atque me dicit in pugna Troianis auxiliari. Sed tu quidem nunc abi, ne te videat Iuno; mihi autem haec erunt curae, vt perficiam. Verum age, tibi capite annuam, vt fidem habeas. Hoc enim a me inter immortales

maximum ſignum: non enim *promiſſum* meum reuocabile, neque fallax, neque infectum, quodcunque capite annuero.“ Dixit, et nigris ſuperciliis annuit Saturnius, ambroſiae vero comae concuſſae ſunt regis a capite immortali; ac magnum tremefecit Olympum. Illi re ſic deliberata diſceſſerunt: haec quidem deinde in mare deſiliit profundum e ſplendido Olympo; Iupiter autem *rediit* in ſuam domum. Dii vero ſimul omnes aſſurrexerunt ex ſedibus, ſui patris in occurſum; neque quisquam ſuſtinuit manere *in ſede* eo accedente, ſed obuii ſteterunt omnes.

Sic hic quidem illic reſedit in ſolio; neque ipſum Iuno ignorauit, conſpicata, quod contulerat cum eo conſilia argenteos-pedes-habens Thetis, filia marini ſenis. Statim *itaque* conuitiis Iouem Saturnium allocuta eſt: „Quis vero tecum, doloſe, deorum contulit *conſilia*? Semper tibi gratum eſt, a me ſeorſum agenti, clandeſtina *conſilia* ineuntem ſtatuere: neque vnquam mihi lubens ſuſtines dicere rem, quam animo agitaueris. Huic autem reſpondit deinde pater hominumque deorumque: Iuno, ne, quaeſo, omnia mea ſperato conſilia *te* ſcituram: difficilia *cognitu* tibi erunt, vxor quamuis *mea* ſis: ſed quod quidem par *fuerit* audire, nullus vtique neque deorum prior hoc ſciet, neque hominum. Quod autem ego ſeorſum a diis voluero animo concipere, ne tu haec ſingula interroga, neque perſcrutare.“

Huic autem reſpondit poſtea magnos oculos habens veneranda Iuno: „Seueriſſime Saturnie, quale verbum dixiſti? Et omnino te antea neque interrogaui, neque perſcrutor: ſed admodum imperturbatus ea conſultas, quaecunque vis. Nunc autem valde timeo animo, ne te induxerit argenteos-pedes-habens Thetis, filia marini ſenis. Matutina enim tibi aſſedit, et prehendit genua. Cui te ſuſpicor annuiſſe, certe *fore*, vt Achillem in honorem reſtituas, perdas autem multos ad naues Achiuorum.“

Huic autem reſpondens dixit nubes-cogens Iupiter: „Improba, ſemper quidem ſuſpicaris, nec te lateo; proficere tamen nihil poteris, ſed animo ingrata magis eris meo; hoc autem tibi acerbius erit. Si vero ita hoc habet, *vt tu ſuſpicaris*, mihi ita conſtitutum erit, *vt volo*, Verum tacita ſede, meoque obedi monito; ne tibi non auxilio ſint, quotquot dii ſunt in Olympo, aduerſus me inuadentem te, quando tibi inuictas manus iniecero.“

Sic dixit: timuit autem magnis-oculis veneranda Iuno; et tacita ſedit, ſuo animo compreſſo. Ingemuerunt autem, per domum Iouis, dii coelicolae. Hisce autem Vulcanus inclitus-artifex exorſus eſt dicere, matri dilectae gratificans, candidas-vlnas habenti Iunoni: „Certe peſſima res haec erit, nec amplius tolerabilis, ſi quidem vos gratia mortalium contenditis hoc modo, interque deos tumultum excitatis; neque vlla conuiuii boni erit voluptas, quoniam deteriora obtinent. Matrem autem ego admo-

neo, et ipſam licet intelligentem, patri caro obſequium praeſtare Ioui; ne iterum iurget pater, et nobis conuiuium conturbet. Si enim velit Olympius fulminator, ex ſedibus *omnia* deturbare, ille ſane longe potentiſſimus eſt. At tu hunc verbis demulceto mollibus; ſtatim deinde placidus Olympius erit nobis.“ Sic dixit: et ſurgens, poculum duplex rotundum matri dilectae in manibus poſuit; et ipſam allocutus eſt: „Tolera, mater mea, et ſuſtine, moeſta quamvis *ſis;* ne te, tam caram *mihi, his* oculis videam verberatam; tunc vtique non potero, quantumuis dolens, iuuare; difficilis enim Olympius, cui reſiſtatur. Iam enim me et alias adiuuare ſtudentem deiecit, pede prehenſum, de limine diuino; totam autem diem ferebar; vnaque cum ſole occidente decidi in Lemno; parum autem iam animae inerat; ibi me Sinties viri ſtatim exceperunt cadentem.“

Sic dixit: riſit autem dea candidas-vlnas-habens Iuno; ſubridensque a filio accepit manu poculum. At ille caeteris diis a dextra-exorſus omnibus fundebat dulce nectar ab cratere hauriens. Immenſus autem excitatus eſt riſus beatis diis, vt viderunt Vulcanum per aedes miniſtrantem.

Sic tunc totum diem vsque ad ſolem occidentem conuiuati ſunt; neque quicquam animus indiguit dapibus aequalibus, nec cithara perpulcra, quam tenebat Apollo, Muſisque, quae canebant alternantes voce pulcra. Caeterum poſtquam occidit ſplendida lux ſolis, hi

quidem decubituri abierunt domum vnusquisque, vbi ſingulis domum inclitus vtroque-pede-claudus Vulcanus fecerat ſolertibus praecordiis: Iupiter autem ad ſuum, lectum abiit Olympius fulgurator, vbi antea dormiebat, quando ipſum dulcis ſomnus inuaderet; illic dormiuit cum aſcendiſſet; iuxtaque, aureum-ſolium-habens Iuno.

ILIADIS

LIBER II.

Caeteri quidem diique et homines bellatores curules dormiebant totam noctem; Iouem autem non tenebat dulcis ſomnus, verum is anxie-cogitabat animo, vt Achillem in honorem reſtitueret, perderetque multos ad naues Achiuorum. Hoc autem ei in animo optimum viſum eſt conſilium, mittere ad Atridem Agamemnonem pernicioſum Somnium; et id compellans, verbis alatis allocutus eſt: „Vade, age, pernicioſum Somnium, celeres ad naues Achiuorum: ingreſſus in tentorium Agamemnonis Atridae, omnia valde accurate nuntia, ſicut mando: armare ipſum iube comatos Achiuos cum omnibus copiis; nunc enim capiat vrbem latas-vias habentem Troianorum; non enim amplius diuerſe coeleſtes domos habentes immortales ſentiunt; inflexit enim omnes Iuno ſupplicans; Troianis autem mala impendent."

Sic dixit: iuit autem Somnium, poſtquam ſermonem audiuit; protinusque peruenit celeres ad naues Achiuorum. Iuit vtique ad Atridem Agamemnonem; hunc vero deprehendit dormientem in tentorio; circumque dulcis fuſus erat ſomnus. Stetit autem ſupra caput, Neleïo

filio ſimilis, Neſtori, quem maxime ſenum honorabat Agamemnon. Huic ſe cum aſſimilaviſſet, eum *ita* alloquebatur diuinum Somnium: „Dormis, Atrei fili, bellicoſi, equûm-domitoris? non oportet per totam noctem dormire principem virum, cui populique ſunt commiſſi, et tanta curae ſunt. Nunc vero mihi mentem adhibe ocyus; Iouis enim tibi nuntius ſum, armare te iuſſit comantes Achiuos cum omnibus copiis; nunc enim capias vrbem latas-vias-habentem Troianorum; non enim amplius diuerſe coeleſtes domos habentes immortales ſentiunt; inflexit enim omnes Iuno ſupplicans; Troianis autem mala impendent a Ioue. Sed tu tuo tene animo, neque te obliuio capiat, quando te dulcis ſomnus dimiſerit.

Sic quum dixiſſet, abiit; illumque reliquit ibi ea cogitantem animo, quae non effectum erant habitura: putauit enim capturum *ſe* Priami vrbem die illo, ſtultus; neque ea ſciebat, quae Iupiter ſcilicet moliebatur. Erat enim inſuper impoſiturus doloresque ſuſpiriaque Troianisque et Danaïs per acres pugnas. Experrectus igitur eſt ex ſomno; diuinaque ei *adhuc* circumfuſa erat vox. Sedit autem arrectus, mollemque induit tunicam, pulcram, novam: circaque magnum *ſibi* iecit pallium: pedibus item ſub nitidis ligauit pulcra calceamenta; circumque humeros ſuſpendit enſem argenteis-clauis; prehenditque ſceptrum paternum, incorruptum ſemper; cum quo iuit ad naues Achiuorum aere-loricatorum.

Aurora quidem dea conſcendit magnum Olympum, Ioui lumen nuntiatura et aliis immortalibus: at ille praeconibus argutis-vocibus praecepit, conuocare ad conſilium comantes Achiuos. Hi quidem conuocarunt, illi autem frequentes affuerunt valde celeriter. Conſultationem vero primum magnanimorum ſedere iuſſit Senum, Neſtoream apud nauem Pylo-nati regis: quos ille cum coëgiſſet, prudentem ſtruebat conſultationem: „Audite, amici, diuinum mihi in ſomnis venit Somnium, dulcem per noctem; maxime vero Neſtori nobili, formaque, ſtaturaque corporisque habitu, ſimillimus erat. Stetit autem ſupra caput, et ad me verba fecit: Dormis, Atrei fili, bellicoſi, equûm-domitoris? non oportet totam noctem dormire principem virum, cui populique commiſſi ſunt, et tanta curae-ſunt. Nunc vero mihi mentem adhibe ocyus; Iouis enim tibi nuntius ſum, qui de te, *quanquam* diſtans, valde ſolicitus eſt, et te miſeratur. Armare te iuſſit comantes Achivos cum omnibus copiis; nunc enim capias vrbem latas-vias-habentem Troianorum; non enim amplius diuerſe coeleſtes domos habentes immortales ſentiunt; inflexit enim omnes Iuno ſupplicans; Troianis vero mala impendent ab Ioue. Sed tu tuo tene animo. Sic illud loquutum abiit avolans; meque iucundus ſomnus reliquit. Verum agite, ſi quo modo armemus filios Achiuorum. Primum autem ego verbis tentabo, quatenus fas eſt, et fugere cum navibus multorum-tranſtrorum

iubebo: vos autem aliunde alius cohibete verbis.“

Ille quidem ſic loquutus, conſedit. Inter illos autem ſurrexit Neſtor, qui Pyli rex erat arenoſae, qui ipſis prudens concionatus eſt, et dixit: „O amici, Argiuorum ductores et principes, ſiquidem aliquis ſomnium Achiuorum alius dixiſſet, mendacium diceremus, et auerſaremur admodum. Nunc autem vidit *is*, qui *ſe* longe praeſtantiſſimum in exercitu profitetur eſſe. Verum agite, ſi quo modo armemus filios Achiuorum.“

Sic loquutus, concilio incepit excedere. Hi autem ſurrexerunt, parueruntque paſtori populorum, ſceptrigeri reges; accurrebant autem *interea* copiae. Sicut gentes eunt apum confertarum, e petra caua ſemper recens venientium, in modum autem racemi volant ſuper floribus vernis, et aliae hac confertim volant, aliae illac: ſic horum gentes multae a nauibus et tentoriis littus ante immenſum procedebant ordine turmatim ad concionem; interque ipſos Fama increbeſcebat, incitans ire, Iouis nuntia. Hi itaque congregati erant; tumultuabatur autem concio, ſubtusque gemebat terra, populis conſidentibus; clamorque inconditus erat. Nouem autem ipſos praecones vociferantes cohibebant, vt aliquando a clamore deſiſterent, et Iovis alumnos reges audirent. Vix tandem reſedit populus, cohibebaturque in ſedibus, ceſſantes a clamore: quum rex Agamemnon ſurrexit, ſceptrum tenens; quod Vul-

canus labore-fabricauerat. Vulcanus quidem dedit Ioui Saturnio Regi: ſed Iupiter dedit internuntio Argicidae; Mercurius autem rex dedit Pelopi auriganti; ac rurſus Pelops dedit Atreo paſtori populorum; Atreusque moriens reliquit diuiti-pecorum Thyeſtae; ac rurſus Thyeſtes Agamemnoni reliquit geſtandum, vt multis inſulis et Argo omni imperaret. Hoc ille nixus, verba alata dixit: „O amici heroës Danai, famuli Martis, Iupiter me valde Saturnius malo irretiuit graui; ſaeuus, qui antea quidem mihi promiſit et annuit, Jlio exciſo bene munito, *me* rediturum: nunc vero malam fraudem ſtruxit, et me iubet inglorium Argos redire; poſtquam multum perdidi populum. Ita ſcilicet Ioui videtur praepotenti placitum eſſe, qui iam multarum vrbium demolitus eſt vertices, et adhuc etiam demolietur: eius enim potentia eſt maxima. Turpe enimvero hoc erit etiam poſteris auditu, incaſſum adeo talem tantumque exercitum Achiuorum irritum bellum gerere, et pugnare cum viris paucioribus: exitus tamen nondum vllus apparet. Si enim quidem velimus Achiuique Troianique, foedere fido percuſſo, numerari vtrique; Troianos quidem legere, ciues quotquot ſunt; nos autem in decurias disponamur Achiui, Troianorumque viros ſingulos habeamus, qui vinum fundant; multae vtique decuriae indigerent pocillatore. *In* tantum ego aio plures eſſe filios Achiuorum Troianis, qui habitant in vrbe. Sed auxiliares multis ex ciuitatibus haſtas-vi-

brantes viri ſunt, qui me valde impediunt, et non ſinunt volentem Troiae expugnare bene habitatum oppidum. Nouem vtique praeterierunt Iouis magni anni, et iam tigna computruerunt nauium, et funes diſſoluti ſunt: et noſtrae vtique vxores, et infantes liberi ſedent in aedibus expectantes: nobis autem opus fruſtra infectum, cuius gratia huc venimus. Sed agite, vt ego dixero, pareamus omnes: redeamus cum nauibus dilectam in patriam terram: non enim iam Troiam capiemus latas-vias-habentem."

Sic dixit. His autem animum in pectoribus commouit, omnibus inter multitudinem, quicunque non conſilium audiuerant. Mota eſt vero concio, vt fluctus ingentes maris Pelagi Icarii, quos quidem Eurusque Notusque commouit, cum irruerit patris Iouis ex nubibus. Sicutque quum mouerit Zephyrus ingentem ſegetum campum, veniens, rapidus ſuperne ingruens, et *ſeges* inclinat ſe *cum* ſpicis; ſic horum tota concio mota eſt. Alii autem fremitu militari ad naues ruebant; a pedibus vero ſubter puluis ſtabat excitatus; alii vero alios adhortabantur, vt prehenderent naues, et traherent in mare vaſtum; alueosque expurgabant. Clamor autem in coelum iuit domum properantium; ſubtrahebantque phalangas nauibus.

Tunc ſane Argiuis praeter-fatum reditus contigiſſet, niſi Mineruam Iuno ſermone affata fuiſſet: „Papae, Aegiochi Iouis filia indomita, ſiccine vero domum, dilectam in patriam ter-

ram, Argiui redibunt super lata dorsa maris?
160 Gloriam autem Priamo, et Troianis reliquerint
Argiuam Helenam; cuius gratia multi Achiuo-
rum ad Troiam perierunt, dilecta procul a
patria terra? Verum abi nunc ad populum
Achiuorum aere-loricatorum, tuisque lenibus
165 verbis cohibe virum quemque, nec sine naues
in mare trahere, quae hinc et inde impelluntur
remis."

Sic dixit; nec non paruit dea caesiis-oculis
Minerua. Descendit itaque ab Olympi vertici-
bus concitata; raptimque venit veloces ad na-
ves Achiuorum: inuenit deinde Vlyssem Ioui
170 consilio parem, stantem; neque hic nauem
bonis-transtris-instructam nigram attingebat,
quia ipsum dolor corde et animo inuaserat.
Prope igitur stans alloquuta est caesiis-oculis
Minerua: „Generose Laërtiade, solertissime
Vlysse, siccine vero domum, dilectam in pa-
175 triam terram, abibitis, in naues multa transtra
habentes irruentes? Gloriam autem Priamo et
Troianis reliqueritis, Argiuam Helenam, cuius
gratia multi Achiuorum ad Troiam perierunt,
dilecta procul a patria terra? Verum abi nunc
180 ad copias Achiuorum, neque cessa; tuisque
blandis verbis cohibe virum quemque, neque
sinas naues in mare trahere, quae-vtrinque-im-
pelluntur-remis." Sic dixit: hic autem intelle-
xit deae vocem loquentis; tendebatque curre-
re, laenamque abiecit: illam vero sustulit prae-
co Eurybates Ithacensis, qui eum sequebatur.
185 Ipse autem Atridae Agamemnoni obuius veniens,

ſumſit ab eo ſceptrum paternum incorruptum
ſemper, cum quo iuit per naues Achiuorum
aere-loricatorum. Quemcunque quidem, *ſeu*
regem, ſeu primarium virum inueniret, hunc
190 blandis verbis detinebat adſtans: „Vir optime,
non te decet, timidum vti, trepidare; quin
ipſe et ſede, et alias ſedere fac copias. Non-
dum enim certo ſcis, qui animus Atridae: nunc
quidem explorat *mentes veſtras*, mox autem vl-
ciſcetur filios Achiuorum. In concilio enim
195 non omnes audiuimus quid dixerit. *Caven-
dum igitur*, ne iratus afficiat aliquo malo filios
Achiuorum. Ira enim grauis eſt, Iouis-alumni
regis; honor autem ab Ioue eſt, diligitque ipſum
prouidus Iupiter." Quemcunque vero plebe-
ium virum videret, vociferantemque offenderet,
hunc ſceptro percutiebat, increpitabatque voce:
200 „Improbe, quiete ſede, et aliorum dicta audi,
qui te praeſtantiores ſunt; tu autem imbellis et
inualidus *es*, neque vnquam in bello aeſtima-
tus, neque in concilio. Non quidem vllo pa-
cto omnes regnabimus hic Achiui. Non bo-
num, multorum principatus; vnus princeps eſto,
205 vnus rex, cui dedit, filius Saturni verſuti ſcep-
trumque et iura, vt ipſis dominetur."

Sic ille imperatorem agens dirigebat exerci-
tum. Illi autem ad concilium rurſus ruebant,
a nauibus et tentoriis, *cum* tumultu: ſicut cum
210 fluctus-multum ſtrepentis maris littore magno
fremit, reſonatque pontus. *Ac* caeteri qui-
dem ſedebant; tenebantque ſedes. Therſites
autem adhuc ſolus blaterans tumultuabatur, qui

dicta animo ſuo et ſcurrilia et multa tenebat, ad temere, ac non prout decebat, exprobrandum regibus, verum, quodcunque ei videretur ridiculum Argiuis fore. Turpiſſimu s autem vir ad Jlium venerat; ſtrabo erat, claudusque altero pede; et ipſius humeri gibbi, in pectus contracti; at ſuperne acutus erat capite, rarum vero ſupra ſparſum erat capillamentum. Inimiciſſimus autem Achilli maxime erat et Vlyſſi; his enim *praecipue* conuiciari ſolebat. Tum vero Agamemnoni nobili ſtridule clâmans dicebat probra; huic itaque Achiui vehementer irati erant, et indignabantur animo. At hic alte vociferans,, Agamemnonem increpabat ſermone: „Atrida, quam ob rem quereris, aut *qua re* indiges? Plena tibi aere tentoria, multae et mulieres ſunt in tentoriis ſelectae, quas tibi Achivi *omnium* primo damus, cum vrbem ceperimus. An adhuc et auro indiges, quod quis afferat Troianorum equûm-domitorum ex Jlio, pro filio redemtionis-pretium, quem ego vinctum duxero, vel alius Achiuorum? Aut mulierem iuuenem, cum qua conſueſcas amore, quamque ipſe ſeorſum detineas? Minime quidem decet eum, qui princeps ſit, mala infligere filiis Achivorum. O imbelles, ignaua probra, Achiuae, non amplius Achiui. Domum cum nauibus redeamus; hunc vero ſinamus iſthic ad Troiam praemia concoquere; vt ſciat, num in aliquo ei et nos adiumento ſimus, an non: qui etiam nunc Achillem, ſe multo fortiorem virum, contumelia affecit; ereptum enim habet eius munus

honorarium, quod ipſe vi abstulit. Enimuero non Achilli bilis eſt in praecordiis, ſed ſocors *ille eſt;* alioqui enim, Atrida, nunc poſtremum iniurius fuiſſes.“

Sic dixit, conuicians Agamemnoni, paſtori populorum, Therſites: huic autem cito adſtitit nobilis Vlyſſes, et ipſum torue intuitus duro increpauit ſermone: „Therſite loquaciſſime, volubili lingua quamquam ſis concionator, deſine, neque velis ſolus conuiciari regibus: non enim ego, quam tu ſis, cenſeo imbelliorem mortalem alium eſſe, quotquot cum Atridis ad Jlium venerunt. Quare ne reges in ore habens concioneris, neu ipſis probra facias, nec reditum *opportune* captes *ad id.* (Nondum plane ſcimus quomodo futurae ſint hae res; vtrum bene, an male, redituri ſimus filii Achiuorum.) Propterea nunc Atridae Agamemnoni, paſtori populorum, ſedes iacens conuicia; quia ei valde multa dant heroës Danai; tu vero maledictis irritans concionaris. Sed tibi edico, quod et perfectum erit: Sicubi iterum te inſanientem deprehendero, ſicut iam hic, ne amplius deinceps Vlyſſi caput ſuper humeros ſit, neque poſthac Telemachi pater vocer, ſi non ego, te comprehenſo, tuas quidem veſtes exuero, laenamque et tunicam, quaeque pudenda contegunt, ipſum autem te flentem veloces ad naues demiſero caeſum e concione duris verberibus.“

Sic dixit, ſceptroque tergum atque humeros percuſſit; ille vero intorquebat ſe; vberesque ei exciderunt lacrymae; vibexque cruenta

in dorſo exorta eſt, ſceptro ab aureo; ipſe tamen ſedit, timuitque, dolensque vultu foedo, abſterſit lacrymas. Jlli autem, quamuis moeſti, ſuper eo ſuauiter riſerunt. Sic autem aliquis dicebat, intuens propinquum alium: „Dii boni, certe plurima Vlyſſes bona fecit, conſiliaque inchoans bona, praeliumque inſtruens: nunc vero hoc ſane multo optimum inter Argiuos fecit, qui hunc conuiciatorem contumelioſum coërcuit a garrulitate. Nequaquam certe ipſum iterum ſtimulabit animus praeferox obiurgare reges contumelioſis verbis.“ -

Sic dixerunt multitudo. Sed vrbium vaſtator Vlyſſes ſurrexit ſceptrum tenens: (iuxtaque caeſiis oculis Minerua, aſſimulata praeconi, ſilere populum iuſſit; vt ſimul primique et poſtremi filii Achiuorum ſermonem audirent, et expenderent conſilium:) qui ipſis prudens concionatus eſt et dixit: „Atrida, nunc te, rex, volunt Achiui omnibus probroſiſſimam rem facere articulate-loquentibus mortalibus: neque tibi perficiunt promiſſionem, quam polliciti ſunt, huc venientes ex Argo equis alendis apto, Jlio exciſo bene munito *te* rediturum eſſe. Tanquam enim vel pueri tenelli, viduaeue mulieres, inter ſe comploratione facta deſiderant domum redire: Sane quidem ea eſt aerumna, *quam toleramus*, vt poſſit aliquis ea confectus domum redire velle; etenim quiſpiam vel vnum menſem manere *procul* a ſua vxore aegre fert apud nauem multa-tranſtra-habentem, quam procellae hybernae detinent, commotumque

mare: nobis vero nonus eſt, qui circumuoluitur, annus hic manentibus; qua de cauſa non ſuccenſeo, Achiuos aegre ferre *moram* apud naues recuruas. Veruntamen turpe, diuque manere, inanemque redire. Tolerate, amici, et manete aliquandiu; vt ſciamus, an verum Calchas vaticinetur, an et non. Probe enim hoc tenemus animo; eſtis autem omnes teſtes, quos non Parcae inceſſerunt mortis, auferentes herique et nudius tertius; Quando in Aulidem naves Achiuorum congregabantur, mala Priamo et Troianis ferentes; nos autem, circum circa fontem, ſacris in altaribus faciebamus immortalibus perfectas hecatombas, pulcra ſub platano, vnde fluebat limpida aqua: illic apparuit magnum ſignum: draco rubris maculis dorſa diſtinctus, horribilis, quem ipſe Olympius miſerat in lucem, *ex imo* altari prolapſus, ad platanum concitatus perrexit: ibi erant paſſeris pulli, puſilli nati, ramum ſuper ſummum, ſub foliis latentes, octo; verum mater nona erat, quae pepererat natos; ibi ille hos miſerabiliter vorauit ſtridentes; mater vero circumuolabat lugens dilectos natos: hanc autem implicans ala prehendit valde clamitantem. Verum poſtquam natos deuorauerat paſſeris, et ipſam, hunc quidem mirabilem fecit deus, qui oſtenderat: lapidem enim ipſum fecit Saturni filius verſuti. Nos autem ſtantes admirabamur, quale factum eſſet. Sic igitur terribilia portenta deorum ſubiere hecatombas; Calchas vero ſtatim deinde vaticinans *hoc modo* concionabatur: Cur muti

facti eſtis, comantes Achiui? Nobis quidem hoc oſtendit ſignum magnum prouidus Iupiter, ſerum, ſeri exitus; cuius gloria nunquam peribit. *Vtique*, vt hic natos deuorauit paſſeris, et ipſam, octo, ac mater nona erat, quae pepererat natos: ſic nos tot annos bellabimus ibi; decimo autem vrbem capiemus latas vias habentem. Et ille *quidem* ſic concionatus eſt: quae vtique nunc omnia ad exitum properant. Verum age, manete omnes, bene-ocreati Achiui, hic, vsque dum vrbem magnam Priami ceperimus.“

Sic dixit; Argiui vero altum clamabant (circumcircaque naues terribiliter ſonitum reddebant, ſuccIamantibus Achiuis,) ſermonem collaudantes Vlyſſis diuini. Inter hos autem dein dixit Gerenius aurigandi peritus Neſtor: „Dii boni, reuera pueris ſimiles loquimini paruis, quibus non ſunt curae bellicae res. Quo, obſecro, pactaque et iuramenta ibunt nobis? In ignem nempe conſiliaque abierint, curaeque virorum, foederaque vini-libatione-ſancita, et dextrae, quibus confiſi ſumus? Fruſtra vero dictis contendimus, neque vllam rationem invenire poſſumus, multum tempus hic morando. Atrida, tu vero etiamnum, ſicut prius, habens firmum conſilium, impera Argiuis in duris praeliis; hos autem ſine tabeſcere vnum et alterum, qui ab Achiuis ſeorſum conſultant, (effectus autem non erit ipſorum *propoſiti*,) vt prius Argos reditus paretur, quam et, Iouis Aegiochi cognitum ſit an falſa *ſit* promiſſio, an et non. Dico enim annuiſſe praepotentem

Saturnium die illo, quando naues citas conſcenderunt Argiui, Troianis caedem ac fatum ferentes; quum fulgurabatur ad dextram, fauſta ſigna oſtendens. Quare, nemo prius feſtinet domum redire, quam quisque apud Troianorum vxorem dormiuerit, vltusque fuerit Helenae raptum gemitusque. Sin autem quis vehementer volet domum redire, attingat ſuam navem, habentem-bona-transtra, nigram: vt ante alios mortem et fatum aſſequatur. Sed, rex, tuque ipſe bene conſulito, et auſculta alteri: non reiectaneum conſilium erit, quod dixero. Secerne viros per tribus, per curias, Agamemnon, vt curiae curiis opem ferant, et tribus tribubus. Quod ſi ſic feceris, et tibi paruerint Achiui, cognoſces dehinc, quique ducum ignauus, quique militum, et quis fortis fuerit; per ſeipſos enim pugnabunt. Cognoſces etiam, vtrum diuina *voluntate* vrbem non ſis expugnaturus, an virorum ignauia, et imperitia belli." Hunc autem reſpondens allocutus eſt rex Agamemnon: „Reuera iterum in concione praecellis, o ſenex, filios Achiuorum. Vtinam vero, Iupiterque pater, et Pallas, et Apollo, tales decem mihi conſultores eſſent Achiuorum! Sic cito caderet vrbs Priami regis manibus noſtris captaque exciſaque. Sed mihi Aegiochus Saturnius Iupiter dolorem inflixit, qui me in vanas lites et contentiones impingit. Etenim ego Achillesque certauimus gratia puellae, inter-ſe-aduerſantibus verbis; ego autem primus coepi iraſci. Sin autem vnquam in vnum conſultabimus, non

amplius poſtea Troianis dilatio excidii erit, ne tantillum quidem. Nunc autem abite pranſum, vt conſeramus pugnam: bene quidem quisque haſtam acuito, bene et ſcutum parato, bene vero quisque equis prandium dato veloces-pedes-habentibus, bene vero quisque currum vndique explorans, pugnam meditator: vt per totum diem horrendo cernamus Marte. Nulla enim ceſſatio intercedet, ne tantillum quidem: niſi nox veniens diremerit ardorem virorum. Sudabit quidem multorum lorum circum pectora ſcuti, circumtegentis hominem, circum autem lanceam manum fatigabuntur: ſudabit et multorum equus, politum currum trahens. Quem autem ego ſeorſum a pugna volentem videro manere apud naues recuruas, non ei poſtea auxilium erit ad effugiendum canes alitesque.“

Sic dixit: Argiui vero altum clamabant, ſicut quando fluctus ad littus altum cum *eum* admouerit Notus ingruens procurrenti ſcopulo; quem nunquam fluctus relinquunt, quibusuis ventis *flantibus*, quando hinc vel illinc oriantur. Surgentes autem ruebant, diſperſi per naues, fumumque excitabant per tentoria, et prandium ſumebant. Alius autem alii ſacrificabat deorum ſemper-exiſtentium, orans *vt* mortem fugeret, et diſcrimen pugnae. Atque *ipſe* bouem ſacrificauit rex virorum Agamemnon pinguem, quinquennem, praepotenti Saturnio; vocauitque ſenes optimates omnium Graecorum: Neſtorem quidem primum, et Idomeneum regem, ac deinde Aiaces duos, et Tydei filium; ſex-

tum autem Vlyſſem, Ioui conſilio aequalem. Spontaneus vero ei venit bello ſtrenuus Menelaus: norat enim in animo, fratrem epulas parare. Bouem itaque circumſteterunt, et molas ſuſtulerunt. Inter hos autem orans dixit rex Agamemnon: „Iupiter glorioſiſſime, maxime, atras-nubes-cogens, in aethere habitans, ne prius ſol occidat, et tenebrae adueniant, quam ego pronum deiecero Priami palatium ardens, exuſſeroque igni infeſto portas; Hectoream vero loricam circa pectora diſcidero, ferro ruptam; multique circa ipſum ſocii proni in pulueribus mordicus prehendant terram!“

Sic dixit: nec tamen ei annuebat Saturnius; verum hic accepit quidem ſacrificia, aerumnam vero ei maiorem etiam deſtinabat. Caeterum poſtquam precati ſunt, et molas proiecerunt, *ceruicem* retro egerunt quidem primum, et iugularunt, et excoriarunt, femoraque exſecuerunt, adipeque cooperuerunt, omento duplicato; ſuper ipſis autem fruſta cruda poſuerunt: et haec quidem lignis-fiſſis-ſine-foliis adurebant: viſcera autem *verubus* fixa tenebant ſuper ignem. Tum poſtquam femora exuſta erant, et viſcera guſtarant, in fruſta parua vtique conciderunt caetera, et verubus transfixerunt, aſſaueruntque ſcite, detraxeruntque omnia. Atque, vbi ceſſarant ab opere, apparaverantque conuiuium, epulati ſunt, nec quicquam animus indiguit epuli aequalis. Porro, poſtquam potus et cibi appetentiam exemerant, his loqui incipiebat Gerenius eques Neſtor;

„Atrida glorioſiſſime, rex virorum, Agamemnon, ne nunc diutius hic tempus teramus, neque diu differamus rem, quam *peragendam* deus in manus dat. Sed age, praecones quidem Achiuorum aereas-loricas-habentium copias praeconio congregent ad naues: nos autem conferti ita per exercitum amplum Achiuorum eamus, vt ocyus cieamus acrem Martem.“

Sic dixit: neque renuit rex virorum Agamemnon. Statim praeconibus argutis imperauit, conuocare ad pugnam comantes Achiuos. Hi quidem conuocarunt, illi autem congregati ſunt valde celeriter. Qui autem circum Atridem *erant* reges Iouis alumni, properabant *ordines* diſtinguentes; inter *eos*que, caeſiis oculis Minerua, aegidem habens valde pretioſam, ſenii expertem, immortalemque; *ex* qua centum fimbriae totae-aureae ſuſpenſae erant, omnes bene contextae; centum-boum *nummorum* vnaquaeque. Cum hac impetum faciens percurrebat exercitum Achiuorum, concitans ad eundum, roburque excitauit vniuscuiusque in pectore, vt indeſinenter bellarent et pugnarent. His itaque ſtatim bellum dulcius factum eſt, quam redire in nauibus cauis dilectam in patriam terram.

Velut ignis edax comburit immenſam ſyluam, montis in verticibus; proculque apparet ſplendor: ſic, his gradientibus, ab aere admirando fulgor vndique collucens per aërem coelum aſcendit. Horum porro, ſicut auium volatilium gentes multae, anſerum vel gruum, vel cygno-

rum longa-colla-habentium, Aſio in prato, Cayſtri circa fluenta, huc et illuc volitant, exultantes alis, cum clangore, aliorum ante alios conſidentium, reſonatque pratum: ſic horum gentes multae a nauibus et tentoriis in planitiem profundebantur Scamandriam; ac terra terribiliter reſonabat ſub pedibus ipſorumque et equorum. Steterunt autem in prato Scamandrio florido infiniti, quot folia et flores naſcuntur tempore-verno. Veluti muſcarum frequentium gentes multae, quae per caulam paſtoralem errant, tempore verno, quando lac vaſa rigat: tot contra Troianos comantes Achivi in campo ſtabant, profligere *eos* cupientes. Hos autem, vt greges magnos caprarum caprarii facile diſtinguunt, poſtquam in paſcuis commixti ſunt: ſic hos ductores *ſui* in ordines redigebant huc et illuc, vt ad praelium irent: inter *eos* autem rex Agamemnon, oculis et capite ſimilis Ioui gaudenti-fulmine, Marti autem balteo, pectore vero Neptuno. Veluti bos in armento longe eximius eſt inter omnes taurus; (hic enim boues inter excellit congregatas;) talem Atridem fecit Iupiter die illo, inſignem inter multos et eximium heroas.

Dicite nunc mihi, Muſae, coeleſtes domos tenentes, (vos enim deae eſtis, adeſtisque, ſcitisque omnia; nos vero famam ſolum audimus, neque quicquam ſcimus:) qui duces Danaorum et principes fuerint. Multitudinem autem *militum* non ego dixero, neque nominavero, ne ſi mihi decem quidem linguae, de-

cemque ora ſint, vox autem frangi-neſcia, aereumque mihi cor inſit; niſi coeleſtes Muſae, Iouis Aegiochi filiae, commemorent quot ſub Jlium venerint. Principes vtique nauium dicam, nauesque vniuerſas.

Boeotis quidem Peneleus et Leïtus imperabant, Arceſilausque, Prothoënorque, Cloniusque, quique Hyrien colebant, et Aulidem petroſam, Schoenumque, Scolumque, iugoſamque Eteonum, Theſpiam, Graeamque et ſpatioſam Mycaleſſum; quique circum Harma habitabant, et Jleſium, et Erythras, quique Eleonem tenebant, et Hylen, et Peteonem, Ocaleam, Medeonemque bene aedificatam vrbem, Copas, Eutreſinque, columbisque abundantem Thisben; quique Coroneam, et herboſam Haliartum, quique Plataeam tenebant, et qui Gliſſantem incolebant, quique Hypothebas habitabant, bene aedificatam vrbem, Oncheſtumque, ſacrum Neptunium, pulcrum lucum; quique vuis abundantem Arnen habitabant, quique Mideam, Niſſamque eximiam, Anthedonamque remotiſſimam; horum quidem quinquaginta naves venerant, quarum vnamquamque iuuenes Boeotii centum et viginti conſcenderant. Qui vero Aſpledonem habitabant, et Orchomenum Minyeum, his imperabat Aſcalaphus et Ialmenus, filii Martis, quos peperit Aſtyoche, *in* domo Actoris Azidae, virgo verecunda, ſuperiorem partem domus cum aſcendiſſet, ex Marte forti: hic enim ipſi accubuit furtim. Horum autem triginta cauae naues ibant ordinibus.

Porro, Phocenſibus Schedius et Epiſtrophus imperabant, filii Iphiti magnanimi Naubolidae; qui Cypariſſum tenebant, Pythonemque petroſam, Criſſamque eximiam, et Daulidem et Panopeum, quique Anemoriam, et Hyampolin circumhabitabant, quique apud fluuium Cephiſſum nobilem habitabant, quique Lilaeam tenebant, fontem ad Cephiſſi: hos autem ſimul quadraginta nigrae naues ſequebantur. Hi quidem Phocenſium ordines conſtituebant circumeuntes. Boeotos autem prope, ad laevam armabantur.

Locrenſibus autem erat dux, Oïlei *filius*, velox Aiax, (minor, nequaquam tantus, quantus Telamonius Aiax, ſed multo minor; paruus quidem erat, lineum thoracem geſtans, haſtae autem peritia eximius erat *inter* omnes Graecos et Achiuos.) Qui Cynumque colebant, Opoëntemque, Calliarumque, Beſſamque, Scarphenque, et Augias amoenas, Tarphenque, Throniumque, Boagrii circa fluenta: hunc autem ſimul quadraginta nigrae naues ſequebantur Locrenſium, qui habitant ultra ſacram Euboeam.

Qui autem Euboeam tenebant, robur ſpirantes Abantes, Chalcidemque, Eretriamque, abundantemque vuis Hiſtiaeam, Cerinthumque maritimam, Diique altam vrbem, quique Caryſtum tenebant, et qui Styra habitabant: horum vtique dux erat Elephenor, ſoboles Martis, Chalcodontiades, magnanimorum princeps Abantum: hunc autem ſimul Abantes ſequebantur

veloces, occipite comantes, bellatores, docti porrectis haſtis fraxineis thoraces disrumpere hoſtium circa pectora; eumque ſimul quadraginta nigrae naues ſequebantur.

Qui porro Athenas tenebant, bene aedificatam vrbem, ciuitatem Erechthei magnanimi, quem olim Minerua nutriuit, Iouis filia, ab alma Tellure editum, et Athenis collocauit, ſuo in pingui templo: vbi ipſam tauris et agnis placant filii Athenienſium, circumuolutis annis. His vtique praeerat filius Petei Meneſtheus. Huic haud quisquam ſimilis inter terreſtres fuit vir, in inſtruendis curribus et viris ſcutatis: Neſtor ſolus aequabat: hic enim aetate grandior erat. Hunc autem ſimul quinquaginta nigrae naues ſequebantur.

Aiax autem ex Salamine ducebat duodecim naues, conſtituitque ducens, vbi Athenienſium ſtabant phalanges.

Qui autem Argosque tenebant, Tirynthemque bene-munitam, Hermionen, Aſinenque, profundum ſinum occupantes, Troezenem, Eïonasque, et vitibus-conſitam Epidaurum, quique tenebant Aeginam, Maſetemque, iuuenes Achiuorum: his porro praeerat bello ſtrenuus Diomedes, et Sthenelus, Capanei inclyti dilectus filius: cum his vero ſimul Euryalus tertius ibat ſimilis-deo vir, Meciſtei filius Talaïonidae regis. Vniuerſis autem praeerat bello ſtrenuus Diomedes: hosque ſimul octoginta nigrae naues ſequebantur.

Qui autem Mycenas tenebant, bene-aedificatam vrbem, opulentamque Corinthum, beneque ſtructas Cleonas, Orniasque colebant, Araethyreamque amoenam; et Sicyonem, vbi Adraſtus primum regnauit; quique Hypereſiamque et excelſam Gonoëſſam, Pellenenque tenebant, et Aegium incolebant, et per omnem oram maritimam, et circa Helicen ſpatioſam: horum centum nauibus imperabat rex Agamemnon, Atrides: ſimul hunc longe plurimae et praeſtantiſſimae copiae ſequebantur; ipſe autem inter eos indutus erat ſplendido aere, gloria exultans, quod omnes inter elucebat heroas: quoniam maximus erat, longeque plurimas ducebat copias.

Qui autem tenebant montibus clauſam Lacedaemona magnam, Pharinque, Spartamque, abundantemque columbis Meſſam, Bryſiasque habitabant, et Augias amoenas, quique Amyclas tenebant, Helosque maritimam vrbem, quique Laan tenebant, et Oetylum circumhabitabant: horum eius frater praeerat praelio ſtrenuus Menelaus ſexaginta nauibus; ſeorſum vero armabantur; interque *eos* ipſe ibat ſua animoſa virtute fretus, adhortans ad bellum; maxime vero cupiebat animo vlciſci Helenae raptumque gemitusque.

Qui autem Pylumque colebant, et Arenen amoenam, et Thryum, Alphei vadum, et bene aedificatum Aepy, et Cypariſſeentem, et Amphigeniam habitabant, et Pteleum, et Helos, et Dorion: vbi etiam Muſae occurrentes Thamy-

rim Threïcium priuarunt cantu, ex Oechalia venientem, ab Euryto Oechalienſi: aſſerebat enim gloriabundus ſe relaturum victoriam, ſi vel ipſae Muſae canerent, filiae Iouis Aegiochi: at illae iratae caecum fecerunt, ſed et cantum diuinum ademerunt, et obliuiſci-fecerunt artem-pulſandi-citharam. His porro praeerat Gerenius eques Neſtor; cum eo autem nonaginta cauae naues ordine proficiſcebantur.

Qui autem tenebant Arcadiam, ſub Cyllenes montem altum, Aepytium prope monumentum, vbi viri cominus-pugnantes: qui Pheneumque incolebant, et Orchomenum pecoroſum, Ripenque, Stratienque, et ventoſam Enispen, et Tegeam tenebant, et Mantineam amoenam, Stymphalumque tenebant, et Parrhaſien colebant: horum imperabat Ancaei filius rex Agapenor ſexaginta nauibus: multi autem in nauem vnamquamque Arcades viri conſcenderant, periti rei-militaris. Ipſe enim eis dederat Rex virorum Agamemnon naues bene-tranſtratas, vt transfretarent ſuper nigrum pontum, Atrides: quoniam non ipſis res maritimae erant curae.

Qui autem Bupraſiumque et Elidem nobilem habitabant, quantum *agri* Hyrmine et Myrſinus extrema, Petraque Olenia, et Aliſium intus continet, horum vtique quatuor duces erant, decem vero virum vnumquemque naues ſequebantur veloces, multique *eas* conſcenderant Epei. His quidem Amphimachus et Thalpius praeerant, filii, alter quidem Cteati, alter autem Euryti

Actorionis: iſtis vero Amaryncides imperabat fortis Diores: quartisque praeerat Polyxenus deo ſimilis, filius Agaſthenis, Augeïadae regis.

Qui autem *venerunt* ex Dulichio, Echinadibusque ſacris inſulis, quae ſitae ſunt trans mare, Elidis e regione; his vtique praeerat Meges, aequalis Marti, Phylides, quem genuit Iovi dilectus rei curulis ſtudioſus Phyleus, qui olim in Dulichium migrauerat patri iratus. Hunc autem ſimul quadraginta nigrae naues ſequebantur.

Porro Vlyſſes ducebat Cephallenſes magnanimos, qui Ithacam tenebant, et Neritum frondoſum et Crocylea colebant, et Aegilipem aſperam, quique Zacynthum tenebant, et qui Samum incolebant, quique terram continentem tenebant locaque *iis* obiacentia incolebant: his quidem Vlyſſes imperabat, Ioui conſilio par. Hunc autem ſimul naues ſequebantur duodecim proras-rubras-habentes.

Aetolis autem imperabat Thoas, Andraemonis filius; qui Pleuronem colebant, et Olenum, et Pylenen, Chalcidemque maritimam, Calydonemque petroſam. Non enim amplius Oenei magnanimi filii ſupererant, neque item amplius ipſe ſupererat, mortuus autem erat flavus Meleager. Iſti igitur ſumma-rerum erat commiſſa, vt imperaret Aetolis; eumque ſimul quadraginta nigrae naues ſequebantur.

Cretenſibus autem Idomeneus haſta clarus praeerat, qui Cnoſſumque tenebant, Gorty-

nemque bene - cinctam - moenibus, Lyctum, Miletumque, et albicantem Lycaſtum, Phaeſtumque Rhytiumque, vrbes bene - habitatas, caeterique, qui Cretam centum - vrbium incolebant. His vtique Idomeneus haſta - clarus praeerat, Merionesque par Marti homicidae: hos autem ſimul octoginta nigrae naues ſequebantur.

Tlepolemus autem Heraclides, fortisque magnusque, ex Rhodo nouem naues ducebat Rhodiorum magnanimorum, qui Rhodum incolebant trifariam inſtructi, Lindum, Ialyſumque, et albicantem Camirum: horum quidem Tlepolemus haſta - clarus dux erat, quem peperit Aſtyochea fortitudini Herculeae; quam *vxorem* duxerat *(Hercules)* ex Ephyra, fluuio a Sellëente, depopulatus vrbes multas Iouis - alumnorum iuuenum. Tlepolemus autem, poſtquam vtique nutritus fuerat in domo bene - extructa, illico patris ſui dilectum auunculum interfecit iam ſeneſcentem Licymnium, ſobolem Martis: ſtatim igitur naues compegit, multasque copias cum coëgiſſet, abiit fugiens per mare; minati enim ei fuerant alii filii nepotesque fortitudinis Herculeae. Atque hic Rhodum venit errans, aerumnas perpeſſus. Trifariam autem *diſtincti* habitant tributim, et dilecti fuerunt a Ioue, qui diis et hominibus imperat; et ipſis ingentes diuitias impluerat Saturnius.

Nireus porro ex Syma ducebat tres naues aequales; Nireus, Aglaïaeque filius Charopique regis; Nireus, qui formoſiſſimus vir ad Ilium venit, caeterorum Danaorum, poſt laudatiſſi-

mum Peliden; ſed imbellis erat, paucaeque eum ſequebantur copiae.

Qui vero Niſyrumque tenebant, Crapathumque, Caſumque, et Coon, Eurypyli vrbem, inſulasque Calydnas, his Phidippusque et Antiphus praeerant, Theſſali filii duo, Herculis-filii regis; horum autem triginta cauae naues ordine ibant.

Nunc vero iſtos, quotquot Pelasgicum Argos habitabant, quique Alon, quique Alopen, quique Trachinem colebant, quique tenebant Phthiam, et Helladem pulcras - mulieres - habentem, Myrmidones autem vocabantur, et Hellenes, et Achaei: horum vtique quinquaginta nauibus erat dux Achilles. Verum hi non pugnam horriſonam curabant; non enim erat, qui ipſos in ordinibus duceret; otiabatur enim ad naues pedibus - velox nobilis Achilles, ob puellam iratus Briſeïdem bene comatam, quam ex Lyrneſſo ceperat multos perpeſſus *labores*, Lyrneſſum depopulatus, et muros Thebarum: quin et Mynetem deiecit et Epiſtrophum bellicoſos, filios Eueni, Selepiadae regis: *ob* iſtam is otiabatur moerens, cito autem ſe erecturus erat.

Quique tenebant Phylacen, et Pyraſum floriridam, Cereris ſacrum - locum, Itonemque matrem ouium, maritimamque Antronem, et Pteleum herboſam: horum vtique Proteſilaus bellicoſus dux - erat, dum viueret; tunc vero iam detinebat *eum* terra nigra. Eius autem ambas - laceratas - genas vxor in Phylace relicta

erat, et domus ſemiperfecta; eum enim interfecit Dardanus vir, de naui deſilientem longe primum Achiuorum. Et tamen ne iſti quidem ſine duce erant; deſiderabant quidem ducem *ſuum priorem;* ſed ipſos ordinabat Podarces, proles Martis, Iphicli filius diuitis - pecore Phylacidae, frater germanus magnanimi Proteſilai, minor natu: *erat* vtique maior natu et fortior heros Proteſilaus bellicoſus: *at* neutiquam copiae *eius* indigebant duce; deſiderabant tamen ipſum ſtrenuum *Proteſilaum;* hunc autem ſimul quadraginta nigrae naues ſequebantur.

Qui vero Pheras colebant apud Boebeïdem lacum, Boeben, et Glaphyras, et bene - aedificatam Iaolcum; horum imperabat Admeti dilectus filius vndecim nauibus Eumelus, quem ex Admeto peperit praeſtantiſſima mulierum Alceſtis, Peliae filiarum forma praeſtantiſſima.

Qui autem Methonen et Thaumaciam colebant, et Meliboeam tenebant, et Olizonem aſperam, horum Philoctetes praeerat, arcu peritus, ſeptem nauibus; remigesque in vnamquamque quinquaginta conſcenderant, arcu periti ad fortiter pugnandum. Ceterum ille in inſula iacebat ingentes dolores perferens, Lemno in diuina, vbi ipſum reliquerant filii Achiuorum, vlcere laborantem tetro pernicioſi hydri. Ibi ille iacebat moerens: cito autem recordaturi erant Argiui apud naues Philoctetae regis. Et tamen ne iſti quidem ſine duce erant, deſiderabant tamen ducem *ſuum*, ſed Medon ordina-

bat, Oïlei ſpurius filius, quem peperit Rhena ex Oïleo vrbium-euerſore.

Qui autem tenebant Triccam, et Ithomen montoſam, quique tenebant Oechaliam, vrbem Euryti Oechalienſis: horum duces erant Aeſculapii duo filii, medici boni, Podalirius et Machaon; *cum* his autem triginta cauae naues ordine ibant.

Qui vero tenebant Ormenium, quique fontem Hypeream, et qui tenebant Aſterium, Titanique albos vertices, horum dux erat Eurypylus, Euaemonis praeclarus filius; hunc autem ſimul quadraginta nigrae naues ſequebantur.

Qui vero Argiſſam tenebant, et Cyrtonen colebant, Orthen, Elonenque, vrbemque Olooſſonem albam: his itidem praeerat firmus bellator Polypoetes, filius Pirithoi, quem immortalis genuit Jupiter: hunc vtique ex Pirithoo peperit inclyta Hippodamia eo die, quo Centauros vltus eſt hiſpidos; eosque ex Pelio pepulit, et ad Aethicas *vsque* abegit: non ſolus; vna cum eo Leonteus, ſoboles Martis, filius magnanimi Coroni Caenidae; hos autem ſimul quadraginta nigrae naues ſequebantur.

Guneus vero ex Cypho ducebat duas et viginti naues: hunc autem Enienes ſequebantur, firmique bellatores Peraebi, qui circa Dodonam valde frigidam domicilia poſuerant, quique circa amoenum Titareſium arua colebant, qui in Penëum immittit pulcre-fluentem aquam, nec ille Peneo commiſcetur argenteos-vortices-habenti, ſed ipſum in ſummo ſupernatat, vel-

uti oleum; iuramenti enim gravis, Stygis aquae, eſt riuus.

Magnetibus vero praeerat Prothous Tenthredonis filius, qui circa Peneum et Pelion frondoſum habitabant; his quidem Prothous velox dux erat; hunc autem ſimul quadraginta nigrae naues ſequebantur.

Hi vtique duces Danaorum et principes erant. Quis iam horum praeſtantiſſimus fuerit, tu mihi dic, Muſa, ipſorum, et equorum, qui ſimul Atridas ſequebantur? Equae quidem multo praeſtantiſſimae erant Pheretiadae, quas Eumelus agitabat, pedibus veloces, aues veluti, eiusdem pili, eiusdem aetatis, *quaſi* ad perpendiculum dorſo pares: quas in Pieria aluit argenteum - arcum - geſtans Apollo, ambas foeminas, terrorem pugnae ferentes. Virorum autem longe praeſtantiſſimus erat Telamonius Aiax, tamdiu dum Achilles in ira permanebat; is enim multo fortiſſimus erat, et equi, qui ferebant laudatiſſimum Pelidem. Sed hic quidem in nauibus recuruis per - pontum - transeuntibus otiabatur, iram fouens *aduerſus* Agamemnonem, paſtorem populorum, Atridam; copiae vero ad littus maris diſcis delectabantur et haſtilibus iaculantes, arcubusque: equique apud currus ſuos ſinguli lotum depaſcentes, paluſtreque apium, ſtabant: currus autem benetecti iacebant dominorum in tentoriis; illi vero ducem bellicoſum deſiderantes vagabantur huc et illuc per caſtra, neque pugnabant.

Hi vero ibant, veluti ſi igni ſolum omne depaſceretur, terraque ſubtus gemiſcebat, Ioue veluti fulminibus-gaudente irato, quando circa Typhoëum terram verberat in Arimis, vbi dicunt Typhoëi eſſe cubile: ſic vtique horum ſub pedibus multum gemiſcebat terra gradientium; valde vero velociter pertransibant campum.

Troianis autem nuntia venit pedibus-ventos aequans velox Iris, a Ioue Aegiocho, cum nuntio triſti. Jlli vero conciones habebant in Priami veſtibulis omnes ſimul congregati, tam iuuenes, quam ſenes. Prope autem ſtans allocuta eſt pedibus-velox Iris; aſſimulauerat autem ſe voce filio Priami Politae, qui Troianorum ſpeculator ſedebat, pedum velocitate fretus, tumulo in ſummo Aeſyetae ſenis, obſeruans quando a nauibus impetum facerent Achiui; huic ſe cum aſſimulaſſet, alloquuta eſt pedibus-velox Iris:

„O ſenex, ſemper tibi ſermones cordi ſunt multi, ſicut olim, quum pax eſſet; praelium autem *nunc* ineuitabile inſtat. Equidem perſaepe praeliis interfui virorum, ſed numquam tales tantasque copias vidi; prorſus enim foliis ſimiles, vel arenis, gradiuntur *per* campum, praeliaturi circa vrbem. Hector, tibi vero potiſſimum mando hoc modo facere: (multi enim per vrbem magnam Priami auxiliares *ſunt*, aliaque aliorum lingua late-diſperſorum hominum *eſt*;) his vnusquisque vir imperet, quibus princeps eſt; eorumque dux ſit, ordinans *ſuos* ciues.“

Sic dixit: Hector autem minime deae orationem ignorauit, ſtatimque dimiſit concionem; ad arma vero ruebant. Totae autem aperiebantur portae, et foras ruebant copiae, pedeſtres pariter, et curules; multusque tumultus coortus eſt.

Eſt vero quidam ante vrbem collis editus, in planitie ſeorſum, circumuius vndequaque: quem quidem homines Batiëam vocant, immortales autem ſepulcrum agillimae Myrinnes: illic tunc Troianique in ordines diſcreti ſunt, et auxiliares.

Troianis quidem dux erat magnus expedite pugnam-ciens Hector Priamides: cum hoc quam plurimae et fortiſſimae copiae armabantur, promtae haſtis.

Dardaniis porro imperabat ſtrenuus filius Anchiſae, Aeneas; quem ex Anchiſa peperit diua Venus, Idae in iugis, dea *cum* mortali cubans; non ſolus; cum eo duo Antenoris filii, Archilochusque, Acamasque, pugnae periti omnigenae.

Qui vero Zeleam habitabant ſub pedem imum Idae, diuites, bibentes aquam profundam Aeſepi, Troiani; his porro praeerat Lycaonis clarus filius, Pandarus, cui etiam arcum Apollo ipſe dederat.

Qui autem Adraſteamque tenebant et ciuitatem Apaeſi, et Pityeam tenebant, et Tereae montem altum: his imperabat Adraſtusque et Amphius lineum-thoracem geſtans, filii duo Meropis Percoſii, qui ſupra omnes nouerat

vaticinia, neque ſuos filios ſinere volebat proficiſci in bellum homines-perdens; ipſi vero ei non paruerunt; Fata enim *eos* agebant atrae mortis.

Qui vero Percoten et Practium incolebant, et Seſtum et Abydum tenebant, et nobilem Arisben, his porro Hyrtacides praefectus erat Aſius, princeps virorum, Aſius Hyrtacides, quem ex Arisba ferebant equi ſplendidi, magni, fluuio a Selleente.

Hippothous vero ducebat gentes Pelasgorum-haſtis-exercitatorum, eorum qui Lariſſam gleboſam habitabant: his praeerat Hippothousque, Pylaeusque, proles Martis, filii duo Lethi Pelasgi Teutamidae.

Caeterum Thracas ducebat Acamas, et Pirous heros, quotquot Helleſpontus aeſtuoſus intus continet.

Euphemus vero dux Ciconum erat bellicoſorum, filius Troezeni, Iouis alumni, Ceadae, [*i. e.* ex Cea nati.]

Porro Pyraechmes ducebat Paeonas curuis-arcubus-vtentes, procul ex Amydone, ab Axio late fluente, Axio, cuius limpidiſſima aqua diffunditur *ſuper* terram.

Paphlagonibus vero praeerat Pylaemenes animoſo pectore, ex Enetis, vnde mularum genus agreſtium, qui Cytorum tenebant, et Seſamum incolebant, circaque Parthenium fluuium inclytas domos habitabant, Cromnamque, Aegialumque, et excelſos Erythinos.

At Halizonibus Hodius et Epiſtrophus imperabant, procul ex Alybe, vnde argenti eſt origo.

Myſis vero Chromis praeerat, et Ennomus augur; ſed non auguriis effugit mortem nigram, verum ſtratus eſt ſub manibus velocis Aeacidae in fluuio, vbi quidem Troianos contrucidabat etiam alios.

Phorcys porro Phrygios ducebat et Aſcanius deo ſimilis, procul ex Aſcania; ardebant vero praelio pugnare. Maeonibus porro Meſthlesque et Antiphus duces erant, filii Pylaemenis, quos Gygaea peperit palus, qui etiam Maeones ducebant ſub Tmolo natos.

Naſtes porro Caribus praeerat barbare-loquentibus, qui Miletum tenebant, Phthirorumque montem frondoſum, Maeandrique fluenta, Mycalesque alta cacumina. His vtique Amphimachus et Naſtes praeerant, Naſtes, Amphimachusque, Nomionis clari filii, qui et aurum geſtans ad bellum ibat, velut puella, ſtultus; neque omnino ipſi hoc depulit acerbum interitum; ſed ſtratus eſt ſub manibus velocis Aeacidae in fluuio; aurum vero Achilles abstulit belli peritus.

Sarpedon autem praeerat Lyciis, et Glaucus laudatiſſimus, procul ex Lycia, Xantho a vorticoſo.

ILIADIS

LIBER III.

At poſtquam inſtructi fuerunt vna cum ducibus quique; Troiani quidem *cum* clangoreque, clamoreque incedebant, aues veluti: ſicut clangor gruum procedit in aëre longe, quae poſtquam ſcilicet hyemem effugerunt et immenſum imbrem, *cum* clangore eaedem volant ſupra Oceani fluenta, hominibus Pygmaeis caedem et mortem ferentes: aëriae quippe eae noxium conflictum inferunt. At proficiſcebantur *cum* ſilentio robur ſpirantes Achiui, in animo geſtientes opem ferre ſibi inuicem. Quemadmodum *cum* montis verticibus Notus offudit nebulam, paſtoribus nequaquam gratam, furi autem etiam nocte magis opportunam, et eousque quis *tum* proſpicit, quousque lapidem iacit: ſic horum ſub pedibus puluis excitabatur turbidus euntium; valde enim celeriter pertranſibant campum.

Hi vero quum iam prope erant ſe inuicem inuaſuri, Troianis quidem in - prima - acie erat Alexander diuina - forma - praeditus pardi pellem humeris geſtans et incuruos arcus, et enſem: is porro haſtilia duo praefixa aere vibrans, Graecorum prouocabat quosque for-

tissimos, *vt* contra *se* dimicarent in saeua pugna.

Hunc igitur postquam animaduertit bellicosus Menelaus incedentem ante agmen, magnis passibus gradientem: sicut leo gauisus est, qui magnum in corpus inciderit, nactus aut ceruum cornutum, aut agrestem capram, esuriens; auide enim deuorat, etiamsi ipsum insequantur velocesque canes, florentesque iuuenes; sic gauisus est Menelaus Alexandrum diuina-forma praeditum oculis conspicatus; cogitabat enim vlturum se virum sceleratum; statim itaque de curru cum armis desiliit humi.

Jllum autem postquam animaduertit Alexander diuina-forma-praeditus in prima-acie apparentem, perculsus est suo corde; retroque sociorum in agmen recessit, mortem euitans. Vt scilicet cum quis draconem conspicatus resiliens fugit montis in saltibus, subtusque tremor occupauit artus, retroque recessit, pallorque eius cepit genas: sic retro in agmen se recepit Troianorum superborum metuens Atrei filium Alexander diuina-forma-praeditus.

Hunc autem Hector obiurgauit conspicatus, probrosis verbis: „Infelix Pari, forma praestantissime, mulierose, deceptor, vtinam non natus fuisses, aut nuptiarum-expers periisses. Sane illud mallem, et quidem multo vtilius esset, quam te sic dedecus esse et turpi spectaculo omnibus. Certe cachinnantur comantes Achiui, suspicati egregium propugnatorem esse, quoniam venusta species *tibi* inest: sed non est vis ani-

me, neque vllum robur. Num talis cum ſis, in pontum-transeuntibus nauibus mare emenſus, ſociis caris coactis, inuiſens exteros, mulierem formoſam abduxiſti ex Apia terra, ſponſam viri bellicoſi *Menelai*, patrique tuo magnum detrimentum, ciuitatique, totique populo, inimicis quidem, gaudium, dedecus autem tibi ipſi? Nonne vero ſuſtinueris bellicoſum Menelaum? Noſſes vtique qualis viri teneas florentem vxorem. Non tibi profuerit cithara, et dona Veneris, et coma et ſpecies; cum in pulverem prouolutus fueris! Sed valde Troiani *ſunt* ignaui: *alias* certe iam lapideam indutus eſſes tunicam, *tot* malorum gratia, quae patraſti.“

Hunc autem viciſſim alloquutus eſt Alexander diuina-forma-praeditus; „Hector, quoniam me iure increpaſti, non iniuria — *feram*; ſemper tibi cor, ſecuris veluti, eſt indomitum, quae penetrat lignum, a viro *acta*, qui arte *lignum* nauale exſcindat, augetque viri impetum: ſic tibi in praecordiis intrepidus animus eſt. Ne mihi dona amabilia exprobra aureae Veneris: neutiquam aſpernanda ſunt deorum praeclara dona, quaecunque ipſi dederint, ſuo arbitrio autem non quiuis ceperit. Nunc vero, ſi me vis bellare et pugnare, caeteros quidem ſedere-facias Troianos et omnes Achivos, me autem in medio et bellicoſum Menelaum committite, de Helena et opibus omnibus vt pugnemus. Vter autem vicerit, ſuperiorque fuerit, opes acceptas penitus omnes, mulieremque, domum abducat; *vos* autem

caeteri, amicitia et foedere firmo percusso, habitetis Troiam glebosam; illi vero redeant ad Argos equis *pascendis* aptum, et Achaiam pulcras - mulieres - habentem.“

Sic dixit; Hector vero gauisus est valde, sermone audito, et in medium progressus, Troianorum cohibuit phalanges, media hasta prehensa; illi autem resederunt omnes. In hunc autem sagittas dirigebant comantes Achiui, missilibusque, collineantes, lapidibusque petebant. Sed alte clamauit Rex virorum Agamemnon:

„Continete vos, Argiui, ne iaculemini, filii Achiuorum: pollicetur enim se aliquid dicturum expedite - pugnam - ciens Hector.“

Sic dixit. Jlli vero abstinuerunt a pugna, silentesque facti sunt confestim; et Hector inter vtrosque locutus est:

„Audite *ex* me, Troiani, et bene - ocreati Achiui, sermonem Alexandri, cuius causa bellum ortum est. Caeteros quidem iubet Troianos et omnes Achiuos arma pulcra deponere super terram almam; se vero in medio et bellicosum Menelaum, solos de Helena et opibus omnibus pugnare; vter autem vicerit, superiorque fuerit, opes acceptas penitus omnes, mulieremque domum abducat; caeteri autem amicitiam et foedera firma feriamus.“

Sic dixit; illi autem omnes taciti facti sunt silentio. Inter illos vero itidem locutus est bello strenuus Menelaus:

„Audite nunc et me; maxime enim dolor *iniuriae* incessit animum meum; censeo autem

diremtum-iri iam Argiuos et Troianos; quoniam mala multa paſſi eſtis propter meam *bellandi* cauſſam, et Alexandri propter auſum, *quo laceſſiuit;* noſtram vero vtri mors et fatum paratum eſt, moriatur: caeteri autem dirimamini citiſſime. Adferte vero agnos, alterum album, alteram vero nigram, Terraeque, et Soli; Iouique nos adferemus alium. Adducite autem Priami vim, [*Priamum,*] vt foedus feriat ipſe; quoniam ei filii foedifragi *ſunt* et infidi; ne quis transgreſſione Iouis foedus violet. Semper autem iuniorum virorum animi leues ſunt: quibus vero ſenex interfuerit, *in iis* ſimul praeterita et futura proſpicit, vt quam optime inter vtrosque transigatur.“

Sic dixit; at grauiſi ſunt Achiui Troianique, ſperantes *ſe* finem facturos aerumnoſi belli. Et currus quidem coërcuerunt in ordines, deſcenderunt autem ipſi, armaque exuerunt, quae quidem depoſuerunt in terra prope ſe inuicem; exiguum autem erat hinc inde terrae-ſpatium.

Hector vero ad vrbem duos praecones miſit feſtinanter, *qui* agnosque adferrent, Priamumque vocarent. At Talthybium miſit Rex Agamemnon, naues ad cauas vt iret, et agnum iuſſit adferre; ille vero haud fuit dicto non audiens Agamemnoni nobili.

Iris autem Helenae candidas-vlnas habenti nuntia venit, aſſimulata glori, Antenoridae vxori, quam Antenorides habebat Rex Helicaon, Laodicen, Priami filiarum forma praeſtantiſſimam. Eamque inuenit in domo. Ea vero magnam te-

Iam texebat, duplicem, ſplendidam; multosque intexebat labores Troianorumque equûm-domitorum et Achiuorum aere-loricatorum, quos ſui cauſa ſuſtinebant a Martis manibus. Prope autem ſtans allocuta eſt pedibus velox Iris:

„Huc veni, nympha cara, vt admiranda facta ſpectes Troianorumque equûm-domitorum et Achiuorum aere-loricatorum: qui prius ſibi inuicem inferebant lacrymoſum bellum in campo, pernicioſae cupidi pugnae: iam vero ſedent taciti, (bellumque ceſſat,) ſcutis innixi, iuxtaque haſtae longae fixae ſunt; at Alexander et bellicoſus Menelaus longis haſtis pugnabunt de te; ei vero, qui vicerit, cara vocaberis vxor."

Sic locuta dea, dulce deſiderium iniecit animo virique prioris, et vrbis, atque parentum. Protinus autem, candidis operta velis, properauit ex gynaeceo, teneram lacrymam effundens; non ſola, ſimul eam et famulae duae ſequebantur, Aethra Pitthei filia, Clymeneque magnis oculis. Confeſtim deinde peruenerunt, vbi Scaeae portae erant. At Priamus et Panthous et Thymoetes, Lampusque, Clytiusque, Hicetaonque, ſoboles Martis, Vcalegonque et Antenor, prudentes ambo, ſedebant populi-ſeniores in Scaeis portis, *ob* ſenectutem ſcilicet a bello ceſſantes; ſed *erant* concionatores boni, cicadis ſimiles, quae in ſylua arbori inſidentes vocem ſuauem emittunt; tales vtique Troianorum proceres ſedebant in

turri. Hi autem vt viderunt Helenam ad turrim venientem, submisse inter se verbis alatis dixerunt.

„Non *est* indigne ferendum, Troianos et bene-ocreatos Achiuos tali de muliere longum tempus aerumnas pati: omnino immortalibus deabus ad adspectum similis est. Sed et sic, talis quamuis sit, in nauibus redito, neque nobis liberisque in posterum detrimentum relinquatur.

Sic dixerunt: Priamus autem Helenam vocauit voce: „Huc coram veniens, cara filia, asside mihi, vt videas prioremque maritum, affinesque, amicosque; (non mihi *tu* in causa es; dii vtique mihi in causa sunt, qui mihi immiserunt bellum lacrymosum Achiuorum:) vt mihi et istum virum ingentem nomines, quisnam iste sit Achiuus vir amplusque magnusque. Certe quidem *aliis* capite proceriores etiam alii sunt: pulcrum autem adeo ego nondum vidi oculis, nec adeo venerabilem; regi enim viro similis est.“

Huic autem Helena verbis respondit, nobilissima mulierum: „Reuerendusque mihi es, dilecte socer, timendusque. Vtinam mors mihi placuisset mala, quando huc filium tuum secuta sum, thalamo fratribusque relictis, filiaque charissima, et coetu aequalium amabili! Sed haec non facta sunt: quamobrem et lacrymis liquesco. Illud autem tibi dicam, quod ex me quaeris atque percontaris: hic quidem, Atrides *est* late imperans Agamemnon;

vtrumque, Rexque bonus, fortisque bellator. Leuir vtique meus erat inuerecundae, ſiquidem erat.“

Sic dixit: hunc vero ſenex admiratus eſt, dixitque: „O beate Atrida, laeto-fato-nate, fortunate, certe tibi multi ſub imperio ſunt iuvenes Achiuorum. Olim etiam Phrygiam ingreſſus ſum vitiferam, vbi vidi plurimos Phrygas, viros equos-agitandi peritos, copias Otrei et Mygdonis deo-ſimilis, qui quidem tunc caſtra-habebant apud ripas Sangarii. Etenim ego, auxiliaris cum eſſem, cum illis numerabar die illo, quando venerunt Amazones virgines. Sed neque iſti tot erant, quot viuidis oculis Achiui.“

Secundo dein, Vlyſſem conſpicatus, interrogauit ſenex: Dic age mihi et iſtum, dilecta filia, quisnam is ſit: minor quidem capite Agamemnone Atrida, latior vero humeris et pectoribus viſu. Arma quidem ei iacent ſuper terram almam; ipſe vero, aries veluti, obit ordines virorum. Arieti ipſum ego aſſimilo denſi velleris, qui ouium magnum gregem oberrat candidarum.“

Huic autem reſpondit deinde Helena Ioue-nata: Iſte porro, eſt Laërtiades ſolers Vlyſſes, qui nutritus eſt in populo Ithacae, aſperae licet, ſciens omnimodosque dolos et conſilia prudentia.“

Hanc autem Antenor prudens contra locutus eſt: „O mulier, profecto valde hoc verbum verum eſt locuta; iam enim et huc olim venit nobilis Vlyſſes, tui cauſa legatus, cum bellicoſo Menelao; hos autem ego hoſpitio-accepi, et

in aedibus humaniter-tractavi: amborumque indolem perſpexi et conſilia prudentia. At cum iam Troianis congregatis eſſent, ſtantibus quidem, Menelaus eminebat latis humeris; ambobus autem ſedentibus, auguſtior erat Vlyſſes. Sed cum iam verba et conſilia omnibus texebant, certe quidem Menelaus ſuccincte concionabatur, pauca quidem, ſed valde argute; quoniam non multiloquus erat, neque verbis aberrans, quamuis aetate minor erat. Sed cum iam ſolers ſurrexiſſet Vlyſſes, ſtabat, deorſumque deſpiciebat in terram oculis defixis; ſceptrum vero neque retrorſum, neque in anteriorem-partem mouebat, ſed immotum tenebat, imperito viro ſimilis; dixiſſes iracundum aliquem eſſe, ſtultumque itidem. At cum iam vocemque magnam ex pectore mitteret, et verba imbribus niualibus ſimilia hibernis: non deinde cum Vlyſſe contendiſſet mortalis alius: non tunc adeo Vlyſſis mirabamur ſpeciem intuentes.“

Tertio rurſus Aiacem conſpicatus, interrogabat ſenex: „Quisnam item iſte alius Achiuus vir validusque magnusque, eminens *in* Argiuis *tam* capite tum latis humeris?“

Huic autem Helena ſinuoſo-peplo induta reſpondit, nobiliſſima mulierum: „Hic quidem, Aiax eſt ingens, propugnaculum Achiuorum; Idomeneus autem illinc inter Cretenſes, deus veluti, ſtat: circum vero ipſum Cretenſium duces congregati ſunt. Saepe eum hoſpitio excepit bellicoſus Menelaus domo in noſtra, quum ex Creta veniſſet. Nunc vero alios qui-

dem omnes video viuidis oculis Achiuos, quos facile cognouerim, nomenque protulerim; duo vero non poſſum conſpicere principes populorum, Caſtoremque equorum domitorem, et pugilatu ſtrenuum Pollucem, germanos-fratres, quos mihi vna peperit mater. Aut non ſecuti ſunt Lacedaemone ex amoena, aut huc *illi* quidem ſecuti ſunt nauibus in pontigradis; nunc vero nolunt pugnae intereſſe virorum, dedecora veriti et probra multa, quae mihi ſunt.“

Sic dixit: hos autem iam continebat alma tellus in Lacedaemone iſtic, dilecta in patria terra.

Praecones autem per vrbem, deorum ferebant ſacra ad foedus firmum, agnos duo, et vinum laetum, fructum telluris, vtre in caprino; ferebat etiam cratera ſplendidum praeco Idaeus et aurea pocula, excitabatque ſenem adſtans, *his* verbis:

„Surge, Laomedontiade; vocant optimates Troianorumque equûm-domitorum, et Achiuorum aere-loricatorum, in campum deſcendere, vt foedus firmum feriatur: quippe Alexander et bellicoſus Menelaus longis haſtis dimicabunt de muliere; victorem autem mulier et opes ſequentur: caeteri vero, amicitia et foederibus firmis percuſſis, incolemus *nos* Troiam gleboſam; illi autem reuertentur in Argos aptum-equis et *in* Achaiam pulcras mulieres habentem.“

Sic dixit; cohorruit autem ſenex; iuſſitque ſocios equos iungere; illi vero impigre parue-

runt. Aſcendit itaque Priamus, ac lora traxit retrorſum: iuxtaque eum Antenor perpulcrum aſcendit currum. Illi vtique per Scaeas *portas* in campum dirigebant veloces equos.

At vbi iam venerunt ad Troianos et Achiuos, ex equis deſcendentes in terram almam, in medium Troianorum et Achiuorum proceſſerunt. Surrexit autem ſtatim deinde rex virorum Agamemnon, ſurrexit etiam Vlyſſes ſolers; at praecones, conſpicui *res neceſſarias ad* ſoedera fida deorum cogebant, cratere autem vinum miſcebant; ac regibus aquam ſupra manus fuderunt. Atrides vero, diſtricto manibus cultro, qui ei ad enſis magnam vaginam ſemper pendebat, agnorum ex capitibus abſcidit pilos; et *eos* poſtea praecones Troianorum et Achiuorum distribuerunt principibus. *Inter* eos vero Atrides alta voce precabatur, manibus ſublatis:

„Iupiter pater, qui ab Ida imperas, auguſtiſſime, maxime, Solque, qui omnia adſpicis, et omnia audis, et Flumina, et Tellus, et qui ſub *terra* mortuos homines punitis, quicunque periurium iurauerit, vos teſtes eſtote, et conſeruate foedus fidum: Si quidem Menelaum Alexander interfecerit, ipſe deinceps Helenam retineto, et opes omnes; nos vero in nauibus redeamus pontum - transeuntibus: ſin autem Alexandrum interfecerit flauus Menelaus, Troiani exinde Helenam et opes omnes reddunto, multam vero Argiuis pendunto, quam conuenit, quaeque etiam poſteros inter homines ſit *memorata*. Sin autem mihi multam Priamus Priami-

que filii pendere noluerint, Alexandro prostrato: tum ego etiam deinde pugnabo, gratia multae, hic manens, vsque dum finem belli inuenero.“

Dixit, et fauces agnorum abscidit saeuo ferro; et hos quidem deposuit super terram palpitantes, anima carentes: nam vires ademerat ferrum. Vinum insuper ex cratere haustum poculis effundebant, et vota faciebant diis immortalibus. Sic autem aliquis dicebat Achiuorumque Troianorumque:

„Iupiter augustissime, maxime, et immortales dii caeteri; vtri priores contra foedus offenderint, ipsis sic cerebrum humi fluat, sicut hoc vinum, ipsorum, et liberorum; vxores vero cum aliis concumbant.“

Sic dicebant; nec tamen ipsis *votum* ratum faciebat Saturnius. Inter eos autem Dardanides Priamus verba fecit:

„Audite me, Troiani, et bene-ocreati Achiui; equidem ego abeo ad Jlium ventosum retro, quia nullo modo sustinebo oculis videre pugnantem dilectum filium cum bellicoso Menelao. Iupiter nimirum hoc scit et immortales dii reliqui, vtri mortis finis fato-destinatus sit.“

Dixit, et in currum agnos posuit diis par vir, et ascendit ipse, ac lora traxit retrorsum; iuxtaque eum Antenor perpulcrum ascendit currum. Hi quidem itaque reuersi, ad Jlium abibant.

Hector vero Priami filius et nobilis Vlysses locum quidem primum dimensi sunt: ac deinde

ſortes in galea aerea quatiebant acceptas, vter prior emitteret aeream haſtam. Populi interim ſupplicabant, diisque manus eleuabant; ſic autem aliquis dicebat Achiuorumque, Troianorumque:

„Iupiter pater, qui ab Ida imperas, auguſtiſſime, maxime: vter horum facinorum inter vtrosque auctor fuerit, hunc da interemtum ſubire domum Orci; nobis vero rurſus amicitiam et foedus ratum fieri.

Sic quidem dixerunt; concutiebat vero ingens, expedite-pugnam-ciens Hector, retro aſpiciens; Paridis autem illico ſors exiliit. Illi deinde conſederunt ſecundum ordines, vbi vnicuique equi veloces, et varia arma iacebant. At circa humeros induit arma pulcra nobilis Alexander, Helenae maritus pulcras-comas-habentis. Ocreas quidem primum circa tibias poſuit pulcras, argenteis fibulis apte-iunctas; tum poſtea thoracem circa pectora induebat ſui fratris Lycaonis; habilis enim erat ipſi; circa autem humeros ſuſpendit enſem argenteis clauis diſtinctum, aereum; ac poſtea ſcutum magnumque ſolidumque. Capiti vero forti galeam affabre-factam impoſuit, ſetis equinis comantem; terribiliter vero criſta deſuper nutabat; ſumſitque robuſtam haſtam, quae ipſius manibus apta erat. Pari autem modo et Menelaus Mauortius arma induebat.

Hi igitur poſtquam ex vtraque acie armati erant, in medium Troianorum et Achiuorum proceſſerunt, toruum intuentes; ſtupor autem

occupabat aſpicientes Troianosque equorum-
domitores, et bene-ocreatos Achiuos. At *hi*
345 propius ſteterunt dimenſo in loco, quaſſantes
haſtas, ſibi inuicem irati. Prior autem Alexan-
der emiſit longam haſtam, et feriit Atridae ſcu-
tum vndique aequale, neque perrupit aes; in-
flexa eſt enim ei cuſpis ſcuto in valido. At ſe-
350 cundus impetum fecit ferro Atrides Menelaus,
precatus Iouem patrem:

„Iupiter rex, fac *me* vlciſci, qui me prior
iniuria affecit, ſceleſtum Alexandrum, et meis
ſub manibus ſterne; vt quisque horreſcat etiam
poſterorum hominum, hoſpitem iniuria afficere,
qui hoſpitalitatem exhibuerit.“

355 Dixit, et vibratam emiſit longam haſtam, et
feriit Priamidae ſcutum vndique aequale; per
ſcutum ſane penetrauit fulgidum rapida haſta,
et per thoracem affabre-factum infixa eſt; pe-
360 nitus porro iuxta ile diſcidit tunicam haſta;
ille vero inclinatus eſt, et euitauit mortem atram.
Atrides autem educto enſe argenteis-clauis di-
ſtincto, percuſſit attollens galeae conum; ſu-
per eo vero in triaque et quatuor fruſta dis-
ruptus excidit manu. Atrides autem ingemuit,
ſuſpiciens in latum coelum:

365 „Iupiter pater, nullus deorum exitioſior
alius; certe ſperaueram *me* vlturum Alexan-
drum de iniuria: nunc autem mihi in manibus
fractus eſt enſis; mihique haſta emiſſa eſt mani-
bus irrita, neque ſum aſſecutus ipſum.“

Dixit, et irruens galea *eum* prehendit ſetis-
370 equinis-denſa, trahebatque conuerſus ad bene-

ocreatos Achiuos; praefocabat autem eum acupictum ligamen tenero sub iugulo, quod ipsi sub mento retinaculum adstrictum erat galeae; et pertraxisset vtique, et immensam tulisset gloriam nisi cito sensisset Iouis filia Venus, quae ipsi rupit lorum bouis-vi-occisi: inanis autem galea simul sequebatur manum robustam. Eam quidem tum heros ad bene-ocreatos Achivos proiecit contorquens, sustuleruntque delecti socii. At ille iterum irruit interficere cupiens hasta aerea: hunc autem eripuit Venus facile valde, vtpote dea, cooperuitque caligine multa; collocauitque in thalamo suaueolenti, fragrante suffimentis. Ipsa autem Helenam vocatura abiit; hanc autem inuenit turri in alta, circumque Troades magno numero erant. Manu vero, odora veste concussit prehensam, anuique eam similis facta grandaeuae allocuta est lanificae, quae ipsi Lacedaemone habitanti carpebat lanas pulcras, maximeque ipsam diligebat: huic se cum assimilasset, allocuta est diua Venus:

„Huc veni, Alexander te vocat, vt domum redeas; ille ipse in thalamo et tornato lecto et pulcritudine splendens, et vestibus; neque dixeris cum viro *armis*-congressum illum rediisse, sed ad choream ire, vel a chorea modo cessantem sedere.“ Sic dixit; huic autem animum in pectore commouit; atque vt vidit deae perpulcrum collum, pectusque amabile, et oculos *vibranti-splendore*-coruscantes, expauit inde, verbaque fecit, dixitque:

„Improba, quid me his cupis decipere? An in aliquam me vlterius vrbium bene-habitatarum abduces, vel Phrygiae, vel Maeoniae amoenae, si quis tibi et illic amicus, articulate-loquentium hominum? Num, quia nunc nobili Alexandro Menelaus victo, vult odiosam me domum abducere, ideo iam nunc huc dolos-struens aduenisti? Sede apud ipsum profecta, deorum vero abrenuncia vias, *reditum ad deos*, neque vnquam tuis pedibus reuertaris in Olympum; sed semper circa illum aerumnas perfer, et eum foue, *ministrando*, donec te vel vxorem fecerit ille vel ancillam. Illuc autem ego non ibo, (indigna res vtique esset) illius adornatura lectum. Troades sane me postea omnes vituperabunt; sustineo vero dolores immensos animo."

Hanc autem irata allocuta est diua Venus: „Ne me irrites, misera, ne irata te deseram, tantumque te odio habeam, quantum iam mirifice amaui. In medio autem vtrorumque struam odia perniciosa Troianorum et Danaorum; tu vero malo fato pereas."

Sic dixit; expauit vero Helena Ioue prognata; iuitque, cooperta peplo candido splendido, tacite; omnesque Troadas latuit: praeibat autem dea. Hae vero vbi *in* Alexandri domum pulcram venerunt, ancillae quidem deinde velociter ad munera *sua* conuertebantur: ipsa autem in altum thalamum ascendit nobilissima mulierum. Ei autem sellam prehensam Venus blanda ex aduerso Alexandri dea deposuit fe-

rens; ibi ſedit Helena, filia Iouis Aegiochi, oculis auerſis, virumque obiurgauit *hac* oratione: „Veniſti ex pugna; vtinam illic periiſſes, a viro interfectus forti, qui meus prior maritus erat. Certe quidem antea gloriabaris, bellicoſo Menelao, tuisque viribus et manibus, et haſta, *te* praeſtantiorem eſſe; ſed vade nunc, prouoca bellicoſum Menelaum rurſus pugnare contra; at te ego deſiſtere moneo, neque flauum Menelaum contra pugnam pugnare, et praeliari temere; ne forte ab ipſo haſta interficiaris.“

Hanc autem Paris verbis reſpondens eſt allocutus: „Ne mihi, mulier, acerbis opprobriis animum inceſſas. Nunc quidem enim Menelaus vicit cum Minerua: illum viciſſim ego *forte alias vincam;* nam dii adſunt et nobis. Sed age in gratiam redeamus concumbentes; non enim vnquam me ſic amor mentem complexus eſt, ne *tunc quidem*, quando te pridem Lacedaemone ex amoena nauigabam rapta in transeuntibus-pontum nauibus, inſula vero in Cranaë iunctus ſum amore et concubitu; ſicut te nunc amo, et me dulce deſiderium capit.“

Dixit, et praeibat in lectum aſcendens, ſimulque ſequebatur vxor. Hi quidem igitur in tornatis cubuerunt lectis. Atrides vero [*Menelaus*] per turbam ruebat, ferae ſimilis, ſicubi conſpicaretur Alexandrum diuina-forma-praeditum. Verum nullus poterat Troianorum inclytorumque auxiliatorum oſtendere Alexandrum tunc bellicoſo Menelao: nec enim propter amicitiam abscondiſſent, ſi quis vidiſſet; aeque

enim ipſis omnibus odio erat, atque mors atra. Inter hos autem locutus eſt rex virorum Agamemnon: „Audite me, Troiani, et Dardani, et auxiliatores; victoria quidem manifeſta eſt bellicoſi Menelai; vos igitur Argiuam Helenam et opes cum ipſa reddite, et multam perſoluite, quam oportet, quaeque et poſteris hominibus memoretur.“ Sic dixit Atrides: comprobabant autem caeteri Achiui.

ILIADIS

LIBER IV.

Dii interim apud Iouem ſedentes conſultabant aureo in pauimento; interque hos veneranda Hebe nectar miniſtrabat; illi autem aureis poculis excipiebant alter alterum, Troianorum vrbem aſpicientes. *Tum* continuo conabatur Saturnius irritare Iunonem, mordacibus dictis oblique compellans: „ Duae quidem Menelao adiutrices ſunt dearum, Iunoque Argiua, et auxiliatrix - potens Minerua: at enim ipſae ſeorſum ſedentes, aſpicientes oblectantur; huic vero [*Paridi*] riſum - amans Venus ſemper adeſt, et ab ipſo fata repellit; et nunc conſeruauit putantem *ſe* moriturum. Sed victoria quidem, bellicoſi Menelai: nos igitur conſultemus, quem exitum habiturae ſint hae res: vtrum rurſus bellumque pernicioſum et certamen graue excitemus, an amicitiam inter vtrosque conciliemus. Quod ſi ita hoc omnibus gratum et iucundum ſit, omnino vtique habitetur vrbs Priami regis, retro autem Argiuam Helenam Menelaus abducat.

Sic dixit. Compreſſis vero labris gemebant Mineruaque et Iuno, propinquae hae vtique ſedebant, malaque Troianis cogitabant. Sane

Minerua quidem tacita erat, neque quicquam dixit, irata Ioui patri, indignatio enim ipsam saeua tenebat: Iuno vero non continuit *in* pectore iram, sed respondit:

„Improbissime Saturnie, quae verba dixisti! Quomodo vis vanum reddere laborem et sine fructu sudorem, quem sudaui prae labore? defatigati sunt mihi et equi copias cogenti, Priamo mala, eiusque filiis. Fac; at nequaquam omnes comprobamus dii caeteri."

Huic autem valde indignatus respondit nubes-cogens Iupiter: „O bona, qui tibi Priamus Priamique filii tanta mala faciunt, quod indesinenter cupis Ilii euertere bene-aedificatam vrbem? Quod si tu, ingressa portas et muros altos, crudum voraueris Priamum Priamique filios, caeterosque Troianos: tunc fortasse iram saturaueris. Fac, quomodo vis; ne haec contentio posthac tibi et mihi magna concertatio inter vtrosque sit. Aliud autem tibi dicam, tu vero in praecordiis repone tuis: Si quando et ego molitus, vrbem exscindere aliquam voluero, vbi tibi dilecti homines nati sunt, ne remoreris meam iram, sed me *facere* permittas: etenim ego tibi *vrbem hanc* dedi volens inuito animo. Quae enim sub soleque et coelo stellifero sitae sunt vrbes terrestrium hominum, harum a me maxime ex animo honorabatur Ilium sacrum, et Priamus et populus hastae-fraxineae-periti Priami. Non enim mihi vnquam ara carebat epulis conuenientibus, libationeque, nidoreque: hunc enim sortiti sumus honorem nos."

Huic autem reſpondit deinde magis-oculis veneranda Iuno: „Certe mihi tres quidem multo dilectiſſimae ſunt vrbes, Argosque, Spartaque, et latas-vias-habens Mycenè: has exſcinde, quando tibi inuiſae fuerint animo. Has non ego propugno, nec inuideo *tibi*. Quamvis enim intercederem et non ſinerem exſcindere, nihil profecerim intercedendo: quoniam multo potentior es. Sed oportet et meum facere laborem non irritum. Nam et ego dea ſum, genus autem mihi inde, vnde tibi, et me maxime-venerandam genuit Saturnus verſutus, vtrumque, tum quod ad genus, tum quod tua coniux vocor: tu autem omnes inter immortales regnas. Verum enimuero in his quidem concedemus *nos* inter nos, tibi quidem ego, tu autem mihi; ſequentur autem dii caeteri immortales. Tu vero ocyus Mineruae manda, ire in Troianorum et Achiuorum pugnam grauem, conarique, vt Troiani gloria-elatos Achiuos incipiant priores praeter foedera laedere.“

Sic dixit; neque non paruit pater hominumque-et-deorum. Protinus Mineruam verbis alatis allocutus eſt:

„Cito admodum ad exercitum vade, ad Troianos et Achiuos, et conare efficere, vt Troiani gloria-elatos Achiuos, incipiant priores praeter foedus laedere.“

Sic fatus, inſtigauit antea propenſam Mineruam. Deſcendit vero *ea* ab Olympi verticibus feſtinans. Qualem autem ſtellam mittit Saturni filius verſuti, aut nautis portentum, aut exer-

citui lato populorum, ſplendidam; ex ea autem multae ſcintillae emittuntur: huic ſimilis impetu ferebatur in terram Pallas Minerua, deſiliitque in medium; ſtupor autem tenebat aſpicientes, Troianosque equorum domitores, et bene ocreatos Achiuos. Sic vero aliquis loquebatur intuitus in propinquum alium:

„Sane rurſus bellumque perniciosum et pugna grauis erit, vel amicitiam inter vtrosque ſtatuit Iupiter, qui inter homines arbiter belli eſt.“

Sic vtique aliquis dicebat Achiuorumque Troianorumque. Illa vero viro ſimilis Troianorum ſubiit multitudinem, Laodoco Antenoridae, forti bellatori, Pandarum deo ſimilem quaerens, ſicubi inueniret. Inuenit Lycaonis filium laudatumque fortemque, ſtantem; circaque ipſum fortes ordines clypeatorum militum, qui ipſum ſecuti fuerant ab Aeſepi fluentis: prope autem ſtans, verbis alatis allocuta eſt:

„Nunquid mihi parueris, Lycaonis fili bellicoſe? auſis ne Menelao immittere velocem ſagittam? Ab omnibus vtique Troianis gratiam et gloriam reportares, inter omnes vero maxime ab Alexandro rege: a quo profecto inprimis luculenta dona feras, ſi viderit Menelaum Mauortium, Atrei filium, tuo telo domitum, rogum conſcendentem triſtem. Quin age, ſagitta pete Menelaum gloria ſublimem. Voue autem Apollini in Lycia genito, arcu inclyto, agnorum primogenitorum te ſacrificaturum in-

clytam hecatomben, domum reuerſum ſacrae in vrbem Zeleae."

Sic dixit Minerua, huic autem animum dementi flectebat. Statim eduxit arcum perpolitum, *factum ex* veloci capro agreſti, quem quondam ipſe, ſub pectore conſecutus, e rupe exeuntem excipiens in inſidiis, percuſſerat in pectus; hic autem ſupinus cecidit in petram. Huius cornua ex capite ſexdecim-palmorum nata erant: atque haec quidem elaborans cornuum-politor aptauerat faber, totumque cum recte leuigaſſet, aureum impoſuit cornu: et hunc quidem *arcum Pandarus* ſcite diſpoſuit tendendo, ad terram inclinans; ante autem ſcuta tenebant ſtrenui ſocii, ne prius conſurgerent *in eum* Mauortii filii Achiuorum, quam percuſſus eſſet Menelaus Mauortius, propugnator Achiuorum. Porro ille detraxit operculum pharetrae, exemitque ſagittam, nondum-in quenquam coniectam, pennatam, profundorum cauſam *validam* dolorum: ſtatimque ad neruum aptauit acerbam ſagittam, vouitque Apollini in-Lycia-genito, arcu-inclyto, agnorum primogenitorum *ſe* ſacrificaturum inclytam hecatomben, domum reuerſum ſacrae in vrbem Zeleae. Traxit autem ſimul crenasque *ſagittae* prehenſas, et neruum bubulum: neruum quidem mammae admouit, arcui autem ferrum. Porro poſtquam rotundum magnum arcum tetenderat, ſtriduit arcus, neruus autem valde ſonuit, exiliitque ſagitta, acutam-habens-cuſpidem, in turbam aduolare cupiens.

Neque tui, Menelaë, dii beati obliti ſunt immortales, prima autem Iouis filia praedatrix, quae ante te ſtans, ſagittam mortiferam depulit. Haec vero tantum inhibuit a corpore, vt cum mater a filio arcet muſcam, quando dulci ſopitus eſt ſomno. Ipſa vero *eo* direxit, vbi baltei annuli aurei conſtringebant *thoracem*, et duplex obtendebatur thorax. Incidit itaque in balteum bene-aptatum acerba ſagitta, *et* per balteum quidem adacta eſt affabre factum, et per thoracem artificioſe-factum infixa eſt, faſciamque lamina munitam, quam portabat, tutamen corporis, munimentum aduerſus tela; quae ipſum plurimum iuuit; perforauit tamen et ipſam; ſummamque ſagitta perſtrinxit cutem viri. Statim autem fluxit ſanguis purpureus ex vulnere.

Ac veluti quando aliqua ebur mulier purpura tinxerit Maeonia, vel Caria, maxillare vt ſit equorum: iacet autem in thalamo, multique ipſum optarunt equites geſtare; regi vero eſt repoſitum ornamento, vtrumque, ornatusque equo, equitique decus: talia tibi, Menelaë, foedata ſunt cruore femora formoſa, ſuraeque, et malleoli pulcri inferius.

Cohorruit autem deinde rex virorum Agamemnon, vt vidit atrum ſanguinem defluentem ex vulnere; cohorruit autem et ipſe bellicoſus Menelaus. Quum vero vidit neruumque et *ſagittae* hamos extrorſum extantes, iterum ei animus in pectoribus collectus eſt. Inter hos autem grauiter ſuſpirans locutus eſt rex Agamem-

non, manu tenens Menelaum; adgemebant-
que ſocii:
155 „Care frater, *in* mortem ergo tibi foedus
percuſſi, ſolum cum obieci pro Achiuis cum
Troianis pugnare: quandoquidem ita te vulne-
rarunt Troiani, et foedus firmum conculcarunt.
Non tamen vllo modo irritum erit foedus ſanguis-
que agnorum, libaminaque mero-facta, et
160 dextrae, quibus fiſi ſumus. Etiamſi enim proti-
nus Olympius non perfecerit, attamen tandem
aliquando perficiet; et magno luerint, cum
propriis capitibus, vxoribusque et liberis. Bene
enim ego hoc ſcio mente et animo, erit dies,
165 quando pereat Jlium ſacrum, et Priamus, et
populus haſtae-fraxineae-periti Priami. Iupi-
ter vtique ipſis Saturnius, in excelſo ſedens, *in*
aethere habitans, ipſe incutiet terrificam Aegi-
dem omnibus, ob hanc fraudem iratus. Haec
ſane erunt non irrita. Sed mihi grauis dolor
170 tui *cauſa* erit, o Menelaë, ſi moriaris, et fa-
tum adimpleueris vitae. Vtique ſumma tum
ignominia notatus carum Argos repetam. Statim
enim cogitabunt Achiui de patria terra, glo-
riam vero Priamo et Troianis relinquemus, Ar-
giuam Helenam: tui autem oſſa putrefaciet terra
175 iacentis in Troia, non-ad finem perducto ſuper
bello; et aliquis ſic dicet Troianorum ferocien-
tium, ſepulcro inſultans Menelai glorioſi:
Vtinam ſic in omnibus iram expleat Agamemnon,
180 ſicut et nunc incaſſum exercitum duxit huc
Achiuorum, et ſane rediit domum, dilectam
in patriam terram, cum vacuis nauibus, relicto

ſtrenuo Menelao. Sic aliquando aliquis dicet; tunc mihi dehiſcat lata terra.“

Hunc autem confirmans allocutus eſt flauus Menelaus: Bono ſis animo, neque quicquam terrefacias copias Achiuorum. Non in lethali *loco* acuta fixa eſt ſagitta, ſed ante tutatus eſt balteusque varius, et ſubtus cinctusque, lana munita lamina, quam aerarii cuderunt fabri.

Hunc autem reſpondens allocutus eſt rex Agamemnon: „Vtinam ſane ita ſit, dilecte o Menelaë! Vulnus autem medicus tractabit, et adhibebit medicamina, quae ſedent tetros dolores.“

Dixit; et Talthybium, diuinum praeconem, allocutus eſt: „Talthybi, quam citiſſime Machaonem huc arceſſe, virum, Aeſculapii filium, laudatiſſimi medici, vt videat Menelaum mavortium, ducem Achiuorum, quem aliquis miſſa-ſagitta vulnerauit, arcus peritus, e Troianis, vel Lyciis; *quod* illi quidem gloria, nobis vero luctus.

Sic dixit; neque ei praeco immoriger fuit, quum audiuiſſet; perrexit autem ire per copias Achiuorum aere-loricatorum, circumſpiciendoquaerens heroëm Machaonem; illum vero vidit ſtantem, circumque ipſum fortes ordines clypeatorum militum, qui ipſum ſecuti ſunt Tricca ex equorum-altrice. Prope autem ſtans, verbis alatis allocutus eſt:

„Veni *ocyus*, Aſclepiade; vocat rex Agamemnon, vt videas Menelaum mauortium, Atrei filium, quem aliquis ſagitta-miſſa vulnerauit,

arcus peritus, e Troianis vel Lyciis: *quod* illi quidem gloria, nobis autem luctus."

Sic dixit; huic vero animum in pectore commouit. Perrexerunt autem ire per turbam, per exercitum latum Achiuorum; ac quum iam peruenifſent, vbi flauus Menelaus vulneratus fuerat, circumque ipſum congregati erant quique praeſtantiſſimi, corona-facta, ille vero in mediis ſtabat diuinus vir: protinus vtique e balteo bene-aptato extraxit ſagittam. Ea vero dum extraheretur, retro curuati ſunt acuti hami. Soluit porro ipſi balteum variegatum, et ſubtus cinctumque, et laminam, quam aerarii cuderant fabri; atque vbi inſpexerat vulnus, quo inciderat acerba ſagitta, ſanguine exſucto, lenia medicamenta peritus inſperſit, quae eius quondam patri amicus praebuit Chiron.

Dum hi occupati erant circa bello ſtrenuum Menelaum, interim Troianorum ordines admovebantur clypeatorum. Hi autem contra arma induerunt, et recordati ſunt pugnae. Tunc non dormitantem vidiſſes Agamemnonem nobilem, neque trepidantem, neque detrectantem pugnare; ſed valde properantem pugnam in glorioſam. Equos quidem enim dimiſit, et currum varium aere: et hos quidem miniſter ſeorſum tenebat anhelantes Eurymedon, filius Ptolemaei Piraïdae: huic plurimum mandauit prope ſe *currus* tenere, ſi quando ipſum per membra occuparet defatigatio, multos *obeuntem et* imperitantem; at ipſe pedes obibat *luſtrans* ordines virorum, et quos quidem properantes

videret Danaorum velocium-equitum, his magnopere animum addebat adſtans verbis:

„Argiui, ne quid remittatis de acri fortitudine; non enim mendaciis pater Iupiter erit auxiliator; ſed qui priores contra foedus iniuriam-intulerunt, horum certe ipſorum tenerum corpus vultures vorabunt: nos vero vxoresque dilectas, et infantes liberos, abducemus in nauibus, poſtquam vrbem ceperimus."

Quos *autem* e contrario detrectantes videret inuiſam pugnam, eos valde obiurgabat iracundis verbis: „Argiui, ſagittis addicti, probro digni, non-ne vos pudet? Curnam ſic ſtatis ſtupidi, ſicut hinnuli? qui vtique poſtquam feſſi ſunt, per magnum campum currentes, ſtant, nec vllum ipſis in praecordiis eſt robur: ſic vos ſtatis ſtupidi, neque pugnatis. Anne expectatis Troianos *dum* propius veniant, vbi naues ſubductae ſunt pulcras-puppes habentes, cani in littore maris, vt cognoſcatis, an vos protegat manu Saturnius?"

Sic is imperitans obibat ordines virorum; venitque ad Cretenſes, iens per caternam virorum. Hi autem circum Idomeneum bellicoſum armabantur. Idomeneus quidem in prima acie *erat* apro ſimilis robore; Meriones autem ei extremas incitabat phalanges. Hos ergo conſpicatus, laetatus eſt rex virorum Agamemnon, protinusque Idomeneum allocutus eſt blandis *verbis:*

„Idomeneu, equidem te honoro prae Danais pernicibus-aurigis, tum in bello, tum alio

quolibet in opere, tum etiam in conuiuio, quando honorarium nigrum vinum Argiuorum proceres in crateribus miſcent. Etſi enim caeteri comantes Achiui portionibus-certis bibunt, tuum ſane plenum poculum ſemper ſtat, ſicut mihi *meum;* vt bibas, quando animus iuſſerit. Sed propera in pugnam, qualis antea gloriabaris eſſe.“

Hunc autem Idomeneus, Cretenſium dux, contra *ſic* eſt allocutus: „Atrida, valde quidem tibi ego concors ſocius ero, ſicut primum promiſi et annui: verum alios hortare comantes Achiuos, vt quamprimum pugnemus; quoniam foedus confuderunt Troiani; his vtique mors et mala poſtmodum erunt, quoniam priores contra foedus iniuriam-intulerunt.“

Sic dixit; Atrides vero praeteribat laetus corde, venitque ad Aiaces iens per cateruas virorum. Hi vero armabantur: ſimulque nimbus ſequebatur peditum. Sicut autem quando a ſpecula vidit nubem paſtor *aliquis*, venientem per mare a Zephyri flatu: eique, procul ſtanti, nigra, ceu pix, apparet veniens per mare, ducitque turbinem multum, cohorretque videns, ſubque ſpeluncam cogit pecudes: tales ſimul cum Aiacibus velocium-in-bello iuvenum infeſtum in praelium denſae mouebantur phalanges fuſcae, ſcutisque et haſtis horrentes. Et his quidem laetatus eſt viſis rex Agamemnon, et ipſos compellans verbis alatis eſt allocutus:

„Aiaces, Argiuorum duces aere-loricatorum, vobis equidem, nec enim conuenit, *milites* incitare non praecipio: vos enim ipsi valde populum instigatis ad fortiter pugnandum. Vtinam enim, o Iupiterque pater, et Minerua, et Apollo, talis omnibus animus in pectoribus esset: sic cito caderet vrbs Priami regis, manibus nostris captaque excisaque."

Sic fatus, hos quidem reliquit illic, iuit autem ad alios; vbi is Nestorem inuenit, argutum Pyliorum oratorem, suos socios ordinantem, et hortantem ad pugnandum; [*nempe*] circa magnum Pelagonem, Alastoremque, Chromiumque, Haemonemque principem, Biantemque pastorem populorum. Curribus pugnantes quidem primum cum equis et curribus, pedites autem a tergo constituit multosque et strenuos, vallum vt essent belli; imbelles vero in medium coegit, vt etiam non volens quis necessitate pugnaret. Curru pugnantibus quidem primum mandata dabat: hos enim iussit suos equos continere, neque turbatis ordinibus versari in turba. „Neue quis, equitandi-peritiaque et robore fretus, solus ante alios sit nimis cupidus cum Troianis pugnandi, neque retrocedat; imbecilliores enim eritis. Quicunque autem vir a suo curru ad alium currum venerit, hasta porrecta appetat *hostem*: quoniam multo melius sic *pugnaret*. Sic et veteres, vrbes et muros euertebant, hanc mentem et animum in pectoribus habentes."

Ita senex adhortabatur, dudum rei militaris bene peritus. Et eum quidem laetatus est cum

vidiſſet rex Agamemnon, et ipſum compellans verbis alatis eſt allocutus:

„O ſenex, vtinam, ſicut animus *eſt* in pectore tuo, ſic tibi genua eſſent, roburque tibi firmum eſſet. Verum te ſenectus atterit omnibus aeque - moleſta: vtinam quis virorum alius *eam* haberet, tuque in numero iuvenum eſſes!“

Huic autem reſpondit deinde Gerenius eques Neſtor: „Atrida, valde quidem ego vellem et ipſe ſic eſſe, vt quando nobilem Ereuthalionem interfeci. Verum nunquam ſimul omnia dii dederunt hominibus: ſi tunc iuuenis eram, nunc vice - verſa me ſenectus inuadit. Veruntamen et ſic curru pugnantibus interero, et adhortabor conſilio et verbis; hoc enim munus eſt ſenum. Haſtas autem vibrabunt iuniores, qui me minores nati ſunt, confiduntque robore.“

Sic dixit; Atrides vero praeteribat, laetus corde. Inuenit *deinceps* filium Petei Meneſtheum equos agendi - peritum ſtantem; circumque *erant* Athenienſes, periti pugnae. Caeterum prope ſtabat ſolers Vlyſſes, iuxtaque, Cephallenum circum ordines non imbecilli ſtabant; nondum enim horum audierant copiae clamorem *pugnae;* ſed recens concitatae mouebantur phalanges Troianorumque equûm - domitorum, et Achiuorum; hi vero expectantes ſtabant, quando phalanx Achiuorum alia inuadens in Troianos impetum faceret, et inciperent praelium. Hos itaque conſpicatus obiur-

gauit rex virorum Agamemnon, et ipſos compellans verbis alatis eſt allocutus: „O fili Petei, Iouis-alumni regis; et tu, malis dolis inſtructe, aſtute; cur trepidantes abſiſtitis, expectatisque alios? Vos quidem conueniebat inter primos conſiſtere, et pugnae ardenti occurrere. Primi enim et ad conuiuium vocamini a me, quando conuiuium proceribus inſtruimus Achiui. Ibi iuuat aſſatas carnes edere, et pocula vini bibere ſuauis, quoad vsque placuerit; nunc vero libenter videretis, etiam ſi decem phalanges Achiuorum ante vos pugnarent saevo ferro.“

Hunc autem torue intuitus allocutus eſt ſolers Vlyſſes: „Atrida quale tibi dictum fugit ex ſepto dentium? Quomodo tandem dicis in pugna remiſſos *nos* eſſe? Quando Achiui in Troianos equorum domitores ciebimus acre praelium, videbis, ſi volueris, ſique tibi haec curae fuerint, Telemachi dilectum patrem anteſignanis immixtum Troianorum equûm-domitorum; tu autem haec vana dicis.“

Hunc vero ſubridens allocutus eſt rex Agamemnon, vt ſenſit iratum, viciſſimque repetiit ſermonem; *iterum dixit:*

„Generoſe Laërtiade, ſolertiſſime Vlyſſe, neque te obiurgo temere, neque hortor. Scio enim, quod tibi animus in pectore tuo beneuola *erga me* conſilia nouit, *ſenſus fouet;* eadem enim ſentis, quae et ego. Quin age; haecce in poſterum componemus, ſi quid male nunc dictum eſt; haec autem omnia dii irrita faciant.“

Sic locutus, hos quidem reliquit illic, iuitque ad alios. Inuenit vero Tydei filium magnanimum Diomedem, ſtantem interque equos et currus bene-compactos; iuxtaque ipſum ſtabat Sthenelus, Capanei filius. Et hunc quoque obiurgauit conſpicatus rex Agamemnon, et ipſum compellans verbis alatis allocutus eſt: „Eheu, Tydei fili bellicoſi equûm-domitoris, cur trepidas? cur et circumſpicis aciei ſemitas? Non vtique Tydeo ita ſolitum trepidare erat, ſed longe ante dilectos ſocios cum hoſtibus dimicare; ſicut dixerunt, qui eum viderunt praeliantem; non enim ego interfui, neque vidi: verum aliis *eum* dicunt praeſtitiſſe. Certe enim ſine bello [*ſine copiis*] intrauit Mycenas hoſpes, cum deo-pari Polynice, copias colligens, qui tunc bellum admouebant ſacra ad moenia Thebes; et valde ſupplicabant, vt darent inclytos auxiliatores. Atque illi *quidem* volebant dare, et annuebant, ſicut hortabantur *illi*. Verum Iupiter auertit, ſiniſtra prodigia oſtendens. Hi autem poſtquam abierant, et in via progreſſi fuerant, ad Aſopum venerunt iuncoſum, herboſum. Tum porro legatum (*Thebas*) Tydeum miſerunt Achiui; atque ille abiit, multosque inuenit Cadmeos conuiuantes in domo fortitudinis Eteocleae [*Eteoclis*]. Tunc non, hoſpes licet eſſet, agitator-equûm Tydeus pauebat, ſolus cum eſſet multos inter Cadmeos; quin ad certandum prouocabat; in omnibus autem vincebat facile: talis ei auxiliatrix erat Minerua. Verum irati Cadmei, ſtimulatores equo-

rum, ei reuertenti denſas inſidias locauerunt adductos iuuenes quinquaginta; duo autem ductores erant, Maeon Haemonides, ſimilis immortalibus, filiusque Autophoni, in-pugna-peruicax Lycophontes. Tydeus tamen et his duram mortem intulit; omnes *ſcilicet* interfecit, vnumque ſolum dimiſit domum redire; Maeonem vtique dimiſit, deorum ſignis obſequens. Talis erat Tydeus Aetolus; ſed filium genuit, ſe ipſo inferiorem pugna, facundia autem praeſtantiorem."

Sic dixit: huic vero nihil reſpondit fortis Diomedes, reueritus regis increpationem venerandi.

Huic autem filius Capanei reſpondit inclyti: „Atrida, ne mentiaris, ſciens vera loqui. Nos ſane patribus longe fortiores gloriamur eſſe; nos etiam Thebes ſedem cepimus ſeptem-portas-habentis, paucioribus copiis ductis ſub murum Marti-ſacrum, freti ſignis deorum et Iouis auxilio: illi autem ſua vecordia perierunt. Quare ne mihi patres vnquam in ſimili ponas honore."

Hunc autem torue intuitus allocutus eſt fortis Diomedes: „O mi *Sthenele*, tacitus ſede, meoque pare ſermoni; non enim ego ſuccenſeo Agamemnoni, paſtori populorum, cohortanti ad pugnandum bene-ocreatos Achiuos: hunc enim gloria ſimul ſequetur, ſi quidem Achiui Troianos debellarint, ceperintque Ilium ſacrum; huic vero contra ingens luctus, Achi-

vis caeſis. Verum age quaeſo, et nos cogitemus [*vtamur*] de acri virtute.“ Dixit, et de curru cum armis deſiliit in terram; terribiliter autem ſonuit aes circa pectus regis, qui concitus ferebatur; vtique vel fortiſſimum metus corripuiſſet. Vt vero quando in littore ſonoro fluctus maris concitatur alius ſuper alium, ſub Zephyro mouente: in alto quidem primum attollitur; ſed poſtea terrae alliſus vehementer fremit, et circa promontoria tumidus faſtigiatur, exſpuitque maris ſpumam: ſic tunc aliae poſt alias Danaorum mouebantur phalanges continuo ad pugnam. Imperabat autem ſuis vnusquisque ducum; caeteri vero taciti ibant, (neque dixiſſes tantas copias ſequi habentes in pectoribus vocem,) ſilentio reueriti ductores. Circum autem omnes arma varia ſplendebant, quibus induti procedebant ordine. Troiani autem, perinde ac oues locupletis viri in caula innumerae ſtant, dum mulgentur lac album, aſſidue balantes audita voce agnorum: ſic Troianorum fremitus per exercitum latum eſt exortus. Nec enim omnium erat vna vociferatio, nec vna vox, ſed lingua miſta erat, e multis quippe locis conuocati fuerant homines. Inſtigabat vero hos quidem Mars, illos autem caeſiis - oculis Minerua, Terrorque et Fuga, et Discordia inſatiabiliter furens, Martis homicidae ſoror, ſociaque, quae parua quidem primum attollitur, ſed poſtea coelo condit caput, et ſolo ingreditur. Quae ipſis et tunc litem vtrinque pernicioſam iniecit in medium,

gradiens per turbam, mouens ingentem gemitum virorum.

Hi vero, quando iam in locum vnum coëuntes venerant, committebant ſcuta, vnaque haſtas, et robora virorum aereis - thoracibus - indutorum; atque clypei vmbones - habentes adorti ſunt ſe inuicem, multusque tumultus coortus eſt. Tum vero ſimul eiulatusque et iactantia erat virorum, perdentiumque et pereuntium, fluebatque ſanguine terra. Vt vero quando *duo* torrentes fluuii, de montibus fluentes, in conuallem conferunt rapidas aquas, ſcatebris ex magnis, concauum intra alueum voraginis; horumque procul fragorem in montibus audit paſtor: ſic hisce congreſſis oriebatur clamorque timorque. Primus autem Antilochus Troianorum interfecit virum bellatorem, ſtrenuum in prima acie, Thalyſiadem Echepolum, quem vtique percuſſit primus galeae in conum ſetis - equinis - denſae, inque frontem fixit; penetrauit autem os intra cuſpis aerea; eum vero tenebrae oculos operuerunt; ceciditque, ſicut quando turris, in forti pugna. Hunc autem proſtratum pedibus prehendit rex Elephenor Chalcodontiades, magnanimorum princeps Abantum, ſubtrahebatque extra tela cupidus, vt quamprimum arma praedaretur: breuis vero ei fuit *iſte* conatus. Cadauer enim trahentem conſpicatus magnanimus Agenor, latera, quae ei inclinato a clypeo denudata erant, vulnerauit haſtili aerato, ſoluitque membra. Itaque eum quidem reliquit animus; ſuper eum vero

pugna coorta est ardua Troianorum et Achivorum: hi autem, lupi sicut, inuicem irruebant, virque virum manu occidebat. Tunc percussit Anthemionis filium Telamonius Aiax iuuenem, florentem, Simoïsium: quem olim mater ab Ida descendens, ad ripas Simoëntis peperit, cum parentes simul sequeretur, pecus vt videret: propterea ipsum vocabant Simoïsium: neque parentibus nutritia caris reddidit, breuis autem ei aetas fuit ab Aiace magnanimo lancea interfecto. Primum enim ipsum venientem percussit in pectore, ad mammam dexteram; ex aduerso autem per humerum aerea hasta iuit; hic autem in puluere humi decidit, populus ceu, quae in irriguo - loco paludis magnae enata est laeuis; atque ei rami in summo *vertice* creuerunt: quam quidem curruum fabricator micanti ferro excidit, vt curuaturam rotae flectat ad pulcrum currum; illa quidem arescens iacet fluuii ad ripas; talem sane Anthemidem Simoïsium interfectum spoliauit Aiax generosus: *In* hunc autem Antiphus indutus varium - thoracem Priamides per turbam iaculatus est acuta hasta. Ab eo quidem aberrauit; at Leucum, Vlyssis fidum socium, percussit in inguine, cadauer aliorsum trahentem; cecidit itaque *hic* iuxta illud, cadauer autem ei excidit manu. Ob hunc vero interfectum Vlysses valde animo iratus est, prodiitque per primos pugnatores armatus corusco aere, stetitque valde prope accedendo et iaculatus est hasta splendenti, circa se oculis conuersis; at Troiani retrocesse-

runt, viro iaculante; ille vero non irritum telum miſit, ſed filium Priami nothum percuſſit Democoontem, qui ei ex Abydo venerat, ab equabus velocibus. Hunc vtique Vlyſſes ob ſocium iratus, percuſſit haſta in tempore, atque alterum per tempus penetrauit cuſpis aerea; illum autem tenebrae oculos cooperuerunt. Fragorem vero edidit cadens, ſonitumque dedere arma ſuper ipſum, receſſeruntque et primi pugnatores, et illuſtris Hector. Argiui autem altum clamabant, trahebantque cadauera; rectaque proruperunt multo longius. Indignatus eſt autem Apollo, ex Pergamo deſpiciens; Troianosque adhortatus eſt inclamans:

„Irruite, equûm-domitores Troiani, neque cedite pugna Argiuis; quoniam non illis lapis *eſt* corpus, neque ferrum, vt aes ſuſtineat acutum percuſſis. Sed neque Achilles, Thetidis filius pulcras-comas-habentis, pugnat, verum ad naues iram cruciantem coquit."

Sic dixit ab vrbe terribilis deus. At Achiuos excitauit Iouis filia glorioſiſſima Tritonia, gradiens per turbam, vbi remittentes *praelium* videret.

Tunc Amaryncidem Diorem fatum implicavit; pugillari enim ſaxo percuſſus eſt ad malleolum aſpero *in* tibia dextra; percuſſerat autem Thracum dux virorum Pirus Imbraſides, qui ex Aeno venerat. Ambos autem neruos et oſſa lapis improbus prorſus confregit; ille vero ſupinus in puluere decidit, ambas manus caros ad ſocios pandens, animam expirans. Jlle

525 autem accurrit, qui percusserat, Pirus, vulne-
rauitque hasta ad vmbilicum; atque omnia ef-
fusa sunt humi intestina; illumque tenebrae ocu-
los cooperuere.

Istum vero Thoas Aetolus irruentem percussit
hastà in pectore super mammam, fixum est au-
tem in pulmone aes. Prope autem ad illum
530 accessit Thoas, et validam hastam extraxit pe-
ctore; strinxit autem ensem acutum, eoque is
ventrem percussit medium, abstulitque animum.
Arma vero non exuit; circumstabant enim socii,
Thraces vertice-summo-comantes, longas hastas
manibus tenentes, qui ipsum, magnum licet
535 et fortem, et praeclarum, propulsarunt a se;
is vero recedens, vi repulsus est. Sic hi duo
in puluere prope alter iuxta alterum extensi sunt;
hic quidem Thracum, ille vero Epeorum aere-
loricatorum, duces; multi autem circum inter-
fecti sunt et alii.

Tum vero non pugnam quisquam reprehen-
540 disset interueniens, qui adhuc illaesus et inuul-
neratus acuto aere versaretur in medio, duce-
retque ipsum Pallas Minerua, manu prehensa,
ac telorum auerteret impetum. Multi enim Tro-
ianorum et Achiuorum die illo proni in pul-
vere prope iuxta se deinceps prostrati sunt.

ILIADIS

LIBER V.

Tum vero Tydidae Diomēdi Pallas Minerua dedit robur et audaciam, vt conſpicuus inter omnes Argiuos fieret, et famam inſignem auferret. Accendebat *vtique* ei ex galeaque et clypeo indefeſſum ignem, ſtellae autumnali ſimilem, quae maxime ſplendide collucet lota ex Oceano: talem ei ignem accendebat a capiteque et humeris; impulitque eum in medium, vbi plurimi tumultuabantur. Erat autem quidam inter Troianos Dares, locuples, praeclarus, ſacerdos Vulcani; duoque ei filii erant, Phegeus, Idaeusque, pugnae bene periti omnis: hi ei [*Diomedi*] ſemoti *a ſuis*, obuii proruerunt; hi quidem ab equis, ille vero a terra pugnam ciebat pedeſter. Hi itaque quum iam prope erant in ſe mutuo vadentes, Phegeus quidem prior emiſit longam haſtam, Tydidae vero ſuper humerum ſiniſtrum venit cuſpis haſtae, nec percuſſit ipſum; poſterior vero irruit haſta Tydides; huius autem non irritum telum fugit e manu; ſed percuſſit pectus inter mammas, deturbauitque de equis [*de curru.*] Idaeus autem deſiliit, relicto perpulcro curru, neque auſus eſt protegere fratrem interfectum. Nam nec ipſe quidem effu-

giſſet mortem atram; verum Vulcanus eripuit, ſeruauitque caligine tectum, ne ſcilicet ei penitus ſenex contriſtatus eſſet. Equos autem abductos magnanimi Tydei filius dedit ſociis vt deducerent cauas ad naues. Troiani vero magnanimi, vt viderunt filios Daretis, alterum quidem fugientem, alterum vero interfectum apud currus, omnibus perturbatus eſt animus. Caeterum caeſiis-oculis Minerua manu prehenſum, verbis allocuta eſt impetuoſum Martem:

„Mars, Mars, pernicies hominum, inquinate-caede, murorum-euerſor, an non iam Troianos quidem ſinemus et Achiuos pugnare, vtris pater Iupiter gloriam praebeat; nos autem cedamus, Iouisque euitemus iram?"

Sic fata, praelio eduxit impetuoſum Martem; hunc quidem poſtea ſedere fecit in herboſo Scamandro. Troianos autem in fugam verterunt Danai; interfecitque virum quilibet ductorum. Primus vtique Rex virorum Agamemnon ducem Halizonum Hodium magnum deiecit e curru. Primo enim *ei* verſo-in fugam in tergum haſtam infixit humeros inter, perque pectora traiecit; fragorem vero edidit cadens, ſonitumque dedere arma ſuper ipſo.

Idomeneus autem Phaeſtum interfecit, Maeonis filium Bori, qui ex Tarne gleboſa venerat. Hunc vtique Idomeneus haſta-inclytus longa haſta vulnerauit, currum conſcendentem, ad dextrum humerum; decidit autem de curru, horrendaque ipſum caligo inuaſit. Hunc quidem inde Idomenei ſpoliarunt famuli.

Filium autem Strophii Scamandrium, peritum venationis, Atrides Menelaus interfecit haſta acuta, bonum venatorem: docuit enim Diana ipſa iaculari ferarum omne genus, quas vtique nutrit in montibus ſylua. Verum non ei tunc profuit Diana ſagittis-gaudens, neque peritia-iaculandi-eminus, qua antea inſtructus erat: ſed ipſum Atrides, haſta-inclytus Menelaus, ante ſe fugientem, in dorſo vulnerauit haſta, humeros inter, perque pectora traiecit. Cecidit autem pronus, ſonitumque dederunt arma ſuper ipſo.

Meriones vero Phereclum interfecit; fabri filium Harmonidae, qui manibus ſciebat artificioſa omnia fabricari, egregie enim ipſum diligebat Pallas Minerua; qui etiam Alexandro fabricatus fuerat naues aequales, exordia malorum, quae omnibus exitium Troianis fuerunt, ſibique ipſi; quoniam non deorum oracula intellexerat. Hunc vtique Meriones, cum ſcilicet aſſecutus eſſet inſequens, feriit clunem ad dextrum: at penitus e regione iuxta veſicam ſub oſſe exiit cuſpis; in genua itaque prouolutus eſt eiulans, morsque ipſum obnupſit.

Pedaeum vero interfecit Meges, Antenoris filium, qui nothus quidem erat, ſtudioſe tamen *eum* educauit nobilis Theano, aeque cum dilectis liberis, gratificans marito ſuo; hunc vtique Phylei filius *Meges* haſta inclytus, prope cum veniſſet, feriit capitis ad occipitium acuta haſta; e regione vero per dentes linguam ſub-

75 secuit aes; ceciditque *ille* in puluere, frigidumque prehendit aes dentibus [*mordicus*].

Eurypylus vero Euaemonides Hypsenora nobilem, filium magnanimi Dolopionis, qui Scamandri sacerdos fuerat, deique instar honorabatur a populo; hunc vtique Eurypylus, Euae-
80 monis praeclarus filius, ante se fugientem, in cursu percussit in humero, ense irruens, abscidit que manum grauem; sanguinolenta vero manus humi decidit: ipsius autem oculos occupavit purpurea mors et fatum violentum. Sic hi quidem laborabant per acre proelium.

85 Tydidem autem non dignosses, vtris interesset, vtrum cum Troianis pugnaret, an cum Achiuis: furibundus enim ferebatur per campum, fluuio inundanti similis, torrenti, qui velociter fluens dissipat pontes: quem vti-
90 que neque pontes muniti coërcent, neque septa retinent camporum perquam-virentium, venientem derepente, quando ingruerit Iouis imber; multae autem ab ipso segetes deiectae sunt laetae iuuenum: sic a Tydide densae turbabantur phalanges Troianorum; nec ipsum
95 sustinebant, multi licet existentes. Hunc autem postquam vidit Lycaonis praeclarus filius furibunde ruentem per campum, ante se turbantem phalangas, illico contra Tydidem intendebat incuruatum arcum, et percussit irruentem, feriens in dextro humero per thoracis cauum:
100 peruolauit autem acerba sagitta, atque in oppositam partem perrupit; foedabaturque sanguine

thorax; ſuper hoc autem altum clamauit Lycaonis clarus filius:

„Ingruite, Troiani magnanimi, ſtimulatores equorum; vulneratus eſt enim fortiſſimus Achivorum; nec ipſum autumo diu toleraturum acrem ſagittam, ſi vere me impulit *vt ſagittam emitterem*, rex, Iouis filius, profectum ex - Lycia.“

Sic dixit iactabundus; hunc vero non ſagitta velox interfecit; ſed relato pede ante equos et currus ſtetit, et Sthenelum allocutus eſt, Capaneïum filium:

„Propera, ſuauiſſime Capaneïade, deſcende de curru; vt mihi ex humero trahas acerbam ſagittam.“

Sic dixit; Sthenelus autem de curru deſiliit in terram; et adſtans, ſagittam velocem penitus - traiectam extraxit humero; ſanguis autem eiaculabatur *ſe* per tortilem annulis tunicam. Tum vero vota concepit pugna ſtrenuus Diomedes:

„Audi me, Aegiochi Iouis filia, indomita; ſi unquam mihi et patri fauens adſtitiſti ardenti in pugna: nunc rurſus mihi faue, Minerua, atque da me virum *iſtum* interficere, et *eum* intra iactum haſtae venire, qui me percuſſit praeveniens, et gloriatur, neque me dicit diu amplius viſurum ſplendidum lumen Solis.“

Sic dixit precans; eum vero exaudiuit Pallas Minerua, ac membra fecit leuia, pedes, et manus deſuper; et prope ſtans verbis alatis eſt allocuta:

„Confidens iam, o Diomedes, contra Troianos pugna; nam tibi in pectore robur paternum immisi intrepidum, quale habuit vibrator scuti eques Tydeus. Caliginem vero tibi ab oculis abstuli, quae prius inerat, vt bene dignoscas tum deum, tum etiam hominem. Itaque nunc, siquis deus tentans te huc venerit, nequaquam tu immortales deos contra pugna alios: verum si Iouis filia Venus venerit in pugnam, hanc vulnera acuto aere.“

Sic quidem locuta discessit caesiis - oculis Minerua: Tydides vero reuersus primis pugnatoribus mixtus est. Et licet antea quoque animo promtus *esset* aduersus Troianos pugnare, at tunc tamen illum ter tantum incessit robur, tanquam leonem, quem opilio in agro apud lanigeras oues perstrinxerit quidem caulam transilientem, nec tamen interfecerit; eius quidem vim irritauit; postea vero non amplius *ei* resistit, sed stabulis se occulit, *oues autem* desertae fugantur; atque hae quidem confertae aliae super alias sternuntur, at ille alacer ex alto exilit ouili: sic alacer Troianis mixtus est fortis Diomedes.

Tunc interfecit Astynoum, et Hypenora, pastorem populorum; altero quidem super mammam percusso aerata hasta; alterum autem ense magno in iugulo ad humerum percussit; ab ceruice vero humerum abscidit et a dorso. *Atque* hos quidem omisit; Abantem vero petebat et Polyïdum, filios Eurydamantis, somniorum interpretis senis: quibus non, ad bellum pro-

ficiscentibus, senex interpretatus est somnia, verum ipsos fortis Diomedes interfectos - spoliavit. Perrexit autem *deinceps* ad Xanthum Thoönaque, Phaenopis filios, ambos prouecta-aetate - genitos; ipse vero *Phaenops* conficiebatur senecta tristi, filium enim non susceperat alium, *quem* haeredem relinqueret. Tum ille hos interfecit, eorumque eripuit animam amborum, patri vero luctum et curas tristes reliquit, quoniam non viuos ex pugna reuersos accepit; gentiles vero haereditatem partiti sunt.

Tunc filios Priami duos corripuit Dardanidae in vno curru stantes, Echemonemque, Chromiumque. Vt vero leo in boues irruens ceruicem fregit iuuencae, vel bouis, fruticetum depascentium; sic hos ambos de curru Tydei filius deturbauit saeuiter inuitos, posteaque armis spoliauit; equos vero suis sociis dedit ad naues agendos.

Hunc autem vidit Aeneas dissipantem ordines virorum, coepitque ire perque pugnam et per strepitum hastarum, Pandarum deo - parem quaerens, sicubi inueniret. Inuenit *vtique* Lycaonis filium laudatumque, fortemque, stetitque ante ipsum, verbumque eo coram locutus est:

„Pandare, vbi tibi arcus et volucres sagittae, et gloria? qua nullus tecum contendit hic quidem, neque quisquam in Lycia te gloriatur esse praestantior: sed age, huic immitte viro sagittam, Ioui manibus sublatis, quisquis is *sit*, *qui* superior est *pugna*, et sane malis

multis affecit Troianos; quandoquidem multorumque et fortium genua ſoluit. Niſi quis deus eſt, iratus Troianis, ob ſacrificia ſuccenſens; acerba autem dei eſt ira.“

Huic autem reſpondit Lycaonis clarus filius: „Aenea, Troianorum princeps aere-loricatorum, Tydidae eum ego bellicoſo in omnibus aſſimulo, clypeo agnoſcens, oblongaque galea, equosque inſpiciens; plane vero haud ſcio, an deus ſit. Quod ſi hic homo, quem dico, bellicoſus *ſit* Tydei filius: non hic ſine deo iſta furens facit, ſed aliquis prope ſtat immortalium, nebula inuolutus humeros, qui ab iſto ſagittam velocem *eum iam* attingentem auertit alio; iam enim ei immiſi telum, et ipſum percuſſi in humero dextro, penitus per thoracis cauitatem; et ipſum ego putaui ad Plutonem demiſſum iri, attamen non occidi: deus ſane aliquis eſt iratus. Equi autem non adſunt, et currus, quos conſcendam; attamen alicubi in aedibus Lycaonis vndecim ſunt currus pulcri, noui, recens-facti; circumque vela expanſa ſunt; apudque eorum vnumquemque biiuges equi adſtant, hordeum album comedentes, et auenas. Atqui mihi valde multa ſenex bellator Lycaon proficiſcenti mandata dabat in-aedibus affabrefactis; equis me iubebat et curribus vectum praeeſſe Troianis in acribus pugnis: ſed ego non parui, (profecto multo ſatius fuiſſet,) equis parcens; ne mihi indigerent pabulo, apud viros *in vrbe* incluſos, ſoliti paſci largiter. Sic *eos* reliqui; ac pedes ad Jlium veni, arcubus

fretus: qui tamen mihi non erant profuturi. Iam enim duobus principibus *sagittam* immisi, Tydidaeque et Atridae; atque ex ambobus verum sanguinem elicui percussis; irritaui autem magis. Ideo malo fato de paxillo curuos arcus die illo detraxi, cum Ilium ad amoenum dux fui Troianis, gratificans Hectori nobili. Quod si rediero, et adspexero oculis patriam meam, vxoremque, et altam magnam domum: illico post mihi caput abscidat hostilis vir, si non ego hunc arcum lucido in igne posuero manibus confractum: inutiliter enim a me est apportatus."

Hunc autem vicissim Aeneas, Troianorum dux, contra allocutus est: „Ne sic loquere; prius vero non erit aliter, quam nos ambo adversus hunc virum, cum equis et curru obuiam inuecti, cum armis, experti fuerimus. Verum age, meum currum conscende; vt videas quales *sint* Troii equi, periti *per* campum rapide valde huc et illuc insequi, et fugere; qui et nos ad vrbem saluos perducent, si denuo Iupiter Tydidae Diomedi gloriam praebuerit. Verum age, nunc scuticam et habenas miro artificio factas accipe, ego vero de equis descendam, vt pugnem; vel tu istum adoritor, curae autem erunt mihi equi."

Hunc autem vicissim allocutus est Lycaonis clarus filius: „Aenea, tu quidem ipse tene habenas et tuos equos; melius sub auriga consueto cirruum currum ferent, si retro fugerimus Tydei filium; ne hi, si expauerint, temere vagen-

tur, neque velint efferre praelio, tuam vocem desiderantes; nos autem cum impetu insecutus magnanimi Tydei filius, ipsosque interficiat, et abigat solidos vngulis equos. Sed tu ipse age tuum currum et tuos equos, hunc autem ego irruentem excipiam acuta hasta.“

Sic locuti, curru varie ornato conscenso, impetu concitati contra Tydidem dirigebant veloces equos. Hos autem vidit Sthenelus, Capaneïus praeclarus filius; confestimque Tydidem verbis elatis allocutus est:

„Tydide Diomedes, meo carissime animo, *duos* viros video fortes contra te paratos pugnare, vires immensas habentes; alter quidem, arcuum peritus, *est* Pandarus, filius vero Lycaonis profitetur esse; Aeneas autem filius magnanimi Anchisae profitetur natus esse, materque ipsi est Venus. Verum age quaeso retrocedamus conscenso curru, neque mihi sic discurrito furens per primos pugnatores, ne forte dulcem vitam perdas.“

Hunc autem torue intuens allocutus est fortis Diomedes: „Nequaquam ad fugam hortare, quoniam non te persuasurum puto: non enim mihi decorum *est* fugitantem pugnare, neque pauitare; adhuc mihi vires integrae sunt. Piget autem equos conscendere; Quin et sic obuiam ibo ipsis: trepidare me non sinit Pallas Minerua. Hos autem non iterum retro auferent veloces equi ambos a nobis, si vel alter quidem effugerit. Aliud vero tibi dicam, tu autem in animo reconde tuo: Si mihi consultissima Minerua glo-

riam praebuerit ambos interficiendi, tum vero tu hosce quidem veloces equos hic detine, ex orbili - ad - ſellam - fixo habenis ſuſpenſis; in Aeneae vero irrue memor equos, abigeque a Troianis ad bene ocreatos Achiuos. Eius enim ſtirpis *ſunt*, e qua Troï late - tonans Iupiter dedit pro filio pretium Ganymede: quoniam optimi *ſunt* equorum, quicunque ſunt ſub Auroraque, Soleque. Ex hac ſtirpe furatus eſt rex virorum Anchiſes, clam Laomedonte, ſubmiſſis feminis equabus: horum ex ſtirpe ei *Anchiſae* ſex nati ſunt in aedibus; quatuor quidem ipſe retinens ſaginauit ad praeſepe, duos autem Aeneae dedit, aptos bello: ſi hos ceperimus, retulerimus ſane gloriam magnam."

Sic hi quidem talia inter ſe dicebant; illi vero cito prope acceſſerunt, incitantes veloces equos. Hunc prior allocutus eſt Lycaonis praeclarus filius:

„Pertinax, bellicoſe, illuſtris Tydei fili, profecto te non telum velox interfecit, acerba ſagitta; nunc rurſus haſta experiar, an ferire valeam."

Dixit, et vibratam emiſit longam haſtam, et feriit Tydidae clypeum: per eum autem penitus cuſpis aerea volans thoraci admota eſt. Tum vero altum clamauit Lycaonis praeclarus filius:

„Vulneratus es ad ile penitus, neque te puto diu amplius toleraturum; mihi autem magnam gloriam dediſti.

Hunc autem non expauefactus allocutus est fortis Diomedes: „Errasti, nec feriisti: at non equidem vos puto ante cessaturos, quam saltem alter *vestrum* stratus sanguine satiarit Martem inuictum bellatorem.“

Sic fatus iaculatus est, telumque direxit Minerua in nasum ad oculum; albos autem traiecit dentes. Eiusque linguam extremam abscidit aes rigidum, cuspis vero exiit ad extremum mentum. Cecidit autem e curru, sonitumque dedere arma super ipso varia, collucentia; tremefacti vero restitabant eius equi pedibus celeres; eiusque ibi soluta est animaque roburque. Aeneas vero *tum* irruit, cum clypeo hastaque longa; veritus, ne qua sibi traherent cadauer Achiui. Circumiens autem *propugnabat*, tanquam leo, robori confisus; praetenditque ipsi hastamque, et clypeum vndique aequalem, illum interficere paratus, quicunque huic obuius veniret; horribiliter vociferans. At saxum prehendit manu Tydides, magni ponderis, quod non duo vtique viri ferrent, quales nunc homines sunt; ipse vero id facile vibrabat etiam solus. Eo percussit Aeneae coxendicem, vbi scilicet femur in coxa vertitur; acetabulumque ipsum vocant; confregit autem ipsi acetabulum, et insuper ambos disrupit neruos; detraxitque cutem asper lapis: tum vero heros constitit in genua lapsus, et sustentauit se nixus manu robusta *in* terram; oculos vero nigra nox cooperuit.

Atque adeo ibi periiſſet rex virorum Aeneas, niſi cito animaduertiſſet Iouis filia Venus, mater, quae ipſum ex Anchiſa peperit boues-paſcente; circum autem ſuum dilectum filium fudit lacertos candidos; anteque ipſum pepli nitidi plicaturam obtendit, ſeptum vt eſſet telorum; ne quis Danaorum celeres-equos-regentium aere in pectora coniecto, ei animam eriperet. Illa quidem *igitur* ſuum dilectum filium ſubducebat e praelio; neque *vero* filius Capanei oblitus eſt mandatorum eorum, quae dederat pugna ſtrenuus Diomedes; ſed hic ſuos quidem inhibuit ſolidos-vngulis equos ſeorſum a ſtrepitu *bellico*, ex orbili-ad-ſellam fixo habenis ſuſpenſis; Aeneae vero, irruens, iubis-pulcris comantes equos abegit a Troianis, ad bene-ocreatos Achiuos; deditque Deïpylo, ſocio dilecto, quem ſupra omnem honorabat aequalium coetum, quod ſibi mente conſentanea erat; naues ad cauas vt ageret; at ipſe heros, ſuo curru conſcenſo, ſumpſit habenas miro-artificio-factas; ſtatimque poſt Tydidem egit validos-vngulis equos, alacer. Is vero Venerem perſequebatur crudeli aere, gnarus quod imbellis eſſet dea, neque dearum earum, quae virorum pugnam imperio-adminiſtrant, neque Minerua, neque vrbium-vaſtatrix Bellona. At cum iam aſſecutus eſſet, frequentem per turbam perſequens, tum protenſa *haſta* magnanimi Tydei filius ſummam vulnerauit manum inſiliens acuto aere imbecillam: ſtatim vero haſta cutem perfodit, diuinum per peplum, quem

ei Charites elaborarant ipsae, extremam supra volam; fluebat autem immortalis sanguis deae, ichor, qualis nempe fluit beatis diis, non enim panem edunt, neque bibunt nigrum vinum; ideo exsangues sunt, et immortales appellantur. Illa vero altum clamans, abs se deiecit filium; et hunc quidem manibus eripuit Phoebus Apollo obscura nebula, ne quis Danaorum celeres-equos-agentium aere in pectora coniecto, animam eriperet. Illam vero altum inclamauit pugna strenuus Diomedes:

„Cede, Iouis filia, bello et pugna; an non satis, quod mulieres imbelles decipis? Sin autem tu in bello versabere, certe te puto reformidaturam bellum, etiam si vel alibi *nomen eius* audieris."

Sic dixit: illa vero mente-turbata abiit; affligebatur enim grauiter. Eam vero Iris prehensam pernix duxit extra turbam, oppressam doloribus: liuebat vero cutem pulcram. Inuenit deinde pugnae ad sinistram impetuosum Martem sedentem; caligine autem hasta erat abdita, et veloces equi; illa vero in genua *sua* prolapsa, fratris cari, multum supplicans, aureis-phaleris insignes petebat equos:

„Dilecte frater, curamque mei gere, desque mihi equos, vt ad Olympum perueniam, vbi immortalium sedes est. Valde doleo vulnere, quo me mortalis vulnerauit homo Tydides, qui iam et aduersus Iouem patrem pugnauerit.„

Sic dixit: ei autem Mars dedit aureis-fraenis-ornatos equos; eaque in currum conscen-

365 dit, moerens ſuo corde; iuxtaque ipſam Iris
conſcendit, et habenas cepit manibus; flagel-
lauitque, vt irent; illi vero non inuiti volabant.
Statim autem deinde peruenerunt ad deorum ſe-
dem, excelſum Olympum; ibi equos ſiſtebat
pedibus pernix velox Iris, ſolutos ex curru,
370 atque immortale appoſuit pabulum. Ad genua
vero cecidit Diones diua Venus, matris ſuae:
haec autem vlnis complectebatur filiam ſuam,
manuque ipſam demulcebat, verbaque fecit,
dixitque:

„Quisnam tibi talia fecit, dilecta filia, coe-
licolarum temere; ac ſi quid flagitii patraſſes
palam?"

375 Huic autem reſpondit deinde riſum amans
Venus: „Vulnerauit me Tydei filius, ſuperbus
Diomedes, eo quod dilectum filium ſubduce-
bam e praelio, Aeneam, qui mihi omnium
longe dilectiſſimus eſt. Non enim iam Troiano-
380 rum et Achiuorum pugna grauis *eſt;* ſed nunc
Danai etiam cum immortalibus pugnant."

Huic reſpondit deinde Dione, eximia inter
deas: „Perfer, filia mea, et tolera, moeſta li-
cet: multi enim iam *multa* pertulimus coeli-
colae ab hominibus, graues dolores inuicem
385 inferentes. Pertulit quidem Mars, quando ip-
ſum Otus, fortisque Ephialtes, filii Aloëi, li-
gauerunt duris vinculis; aereo autem in car-
cere vinctus erat tredecim menſes. Et fortaſſis
ibi periiſſet Mars, inſatiabilis belli, niſi nouer-
390 ca, perpulcra Eriboea, Mercurio indicaſſet;
ille vero furtim ſubduxit Martem iam confe-

ctum; dura enim ipsum vincula afflixerant. Pertulit etiam Iuno, quando illam fortis filius Amphitryonis dextram ad mammam sagitta tricuspide percussit: tunc ipsam grauissimus inuasit dolor. Pertulit et Plutò inter hos ingens velocem sagittam, quando ipsum idem vir, filius Iouis Aegiochi, ad Pylum apud inferos vulneratum doloribus affecit: (verum is iuit ad domum Iouis et excelsum Olympum, corde dolens, doloribus confixus; nempe sagitta humerum in crassum adacta erat, cruciabatque animum: hunc autem Paeon, dolores-pellentia pharmaca inspergens, sanauit: non enim omnino mortalis erat.) audax! facinorosus! qui pro nihilo duxit nefaria patrare, qui arcu violabat deos, qui Olympum habitant. In te autem hunc concitauit dea caesiis-oculis Minerua. Demens! neque hoc scit animo Tydei filius, quod omnino non longaeuus *sit is,* qui cum immortalibus pugnauerit; neque omnino ipsum filii ad genua pappa-vocant, reuersum ex bello et graui praelio. Itaque nunc Tydides, etsi valde fortis est, cogitet, ne quis secum fortior te pugnet; ne aliquando Aegialea, cordata Adrasti-filia, ex somno, lugens, suos domesticos excitet, *suum*, qui-se-virginem-duxit, desiderans maritum, fortissimum Achiuorum, generosa vxor Diomedis equûm-domitoris.“

Dixit, et ambabus ichorem a manu abstergebat: sanata est manus, doloresque mitigati sunt graues. Tum vero intuentes Minerua et Iuno mordacibus verbis Iouem Saturnium irri-

tabant: inter hos autem ſermonem orſa eſt dea caeſiis-oculis Minerua:

„Iupiter pater, num quid mihi ſuccenſebis *ob id*, quod dixero? Certe iam aliquam Venus Achiuarum ſtimulans, Troianos vt ſimul ſequeretur, quos nunc vehementer diligit, vtique aliquam demulcens Achiuarum pulcris-peplis-indutarum, ad auream fibulam perſtrinxit manum teneram.“

Sic dixit, ſubriſit vero pater hominumque deorumque, et aduocatam allocutus eſt auream Venerem:

„Non tibi, filia mea, commiſſa ſunt bellica ſtudia; quin tu deſiderabilia obi munera nuptiarum; haec vero Marti veloci et Mineruae omnia curae-erunt.“

Sic iſti quidem talia inter ſe colloquebantur. In Aeneam autem irruit pugna ſtrenuus Diomedes, gnarus quod eum ipſe tegeret manibus Apollo; ſed ille ne deum quidem magnum reverebatur; cupiebat autem ſemper Aeneam interficere, et inclytis armis exuere. Ter quidem dehinc irruit, interficere cupiens; ter autem illi incuſſit fulgentem clypeum Apollo: ſed, cum iam quartum impetum faceret, deo par, minaciter tum vero increpitans allocutus eſt longe-iaculans Apollo:

„Perpende, Tydide, et recede, neque diis paria velis meditari; quoniam nequaquam genus par *eſt* immortaliumque deorum, humi-incedentiumque hominum.“

Sic dixit; Tydides autem receſſit paululum retro, iram euitans e longinquo - ferientis Apollinis. Aeneam vero ſeorſum a turba poſuit Apollo, Pergamo in ſacra, vbi ipſi templum erat. Vtique illum Latonaque et Diana ſagittis-gaudens, in magno adyto curabantque, decorabantque. At imaginem fabricauit argenteum-arcum - gerens Apollo, ipſique Aeneae ſimilem, et armis talem: circumque imaginem Troiani et nobiles Achiui caedebant inuicem circa pectora bubulos clypeos pulcre orbiculatos, parmulasque leues. Tum porro impetuoſum Martem allocutus eſt Phoebus Apollo:

„Mars, Mars, hominibus pernicioſe, inquinate - caede, murorum - euerſor, nonne iam iſtum virum proëlio ſubduxeris, aggrediens Tydidem, qui iamiam vel Ioui patri pugnauerit? Venerem quidem primum cominus vulnerauit manu ad carpum: at poſtea in meipſum irruit, deo par.“

Sic locutus, ipſe quidem reſedit in Pergamo excelſa; Troianorum vero ordines pernicioſus Mars concitauit obeundo, aſſimilatus Acamanti, ſtrenuo ductori Thracum; filios autem Priami Iouis - alumnos adhortatus eſt:

„O filii Priami, Iouis alumni regis, quousque tandem caedi ſinetis populum ab Achiuis? An donec circa portas bene ſtructas pugnent? Iacet vir, quem aequaliter honorabamus Hectori nobili, Aeneas, filius magnanimi Anchiſae; verum agite, ex tumultu eripiamus ſtrenuum ſocium.“

470 Sic locutus, excitauit robur et animum vni-
uscuiusque. Tunc vero Sarpedon valde obiur-
gauit Hectorem nobilem: „Hector, quo iam
tibi robur abiit, quod prius habebas? Dixisti
quondam, sine copiis *te* vrbem defensurum et
auxiliis, solum, cum affinibus, fratribusque
475 tuis: horum nunc nullum ego videre possum,
neque animaduertere; sed trepidant, canes
tanquam circa leonem: nos vero pugnamus,
qui socii adsumus. Etenim ego, auxiliator, ad-
modum e longinquo venio. Procul enim est
480 Lycia, Xanthum ad vorticosum; vbi vxorem-
que dilectam reliqui et infantem filium, et pos-
sessiones multas, quas cupit, quicunque indigens
est: Attamen etiam sic, Lycios adhortor, et
promtus sum ipse cum viro *isto* pugnare; tam-
etsi nihil mihi hic tale *sit*, quale vel auferant
485 Achiui, vel abducant. Tu vero stas; ac ne
alias quidem hortaris copias sustinere *hostem*,
et opem-ferre vxoribus. *Caue*, ne forte vel-
uti nexibus lini, *retis*, capti omnia-trahentis,
hostibus captura et praeda sitis, illi vero cito
490 exscindent bene habitatam vrbem vestram. Tibi
autem conuenit haec omnia curae esse, noctes-
que diesque, principibus supplicanti longe-vo-
catorum sociorum, vt perseueranter locum-
teneant, asperamque deponant increpationem."

Sic dixit Sarpedon: momordit autem prae-
cordia Hectori sermo; statimque de curru cum
495 armis desiliit ad terram; vibransque acutas
hastas, per exercitum ibat vndique, adhortans
ad-pugnandum; excitauitque pugnam grauem.

Illi vero conuerſi ſunt *a fuga*, et aduerſi ſteterunt Achiuis. Argiui autem ſuſtinebant conferti, neque in-fugam-verſi ſunt.

Sicut autem ventus paleas differt almas per areas, viris ventilantibus, quando vtique flaua Ceres ſecernit vrgentibus ventis fructumque et paleas; et ſubalbicant palearum-receptacula: ſic tunc Achiui albi ſuperne facti ſunt puluere, quem inter ipſos coelum ad vsque ſolidum excitabant pedes equorum, conuerſa-acie confligentium; flectebant nempe *equos* aurigae. Ipſi vero robur manuum recta tulerunt; circum autem caliginem impetuoſus Mars offudit proelio, Troianis opem-ferens, omnem aciem obiens; effectaque dabat mandata Phoebi Apollinis aureum-enſem-geſtantis, qui ipſum iuſſerat Troianis animum excitare, poſtquam vidit Palladem Mineruam abeuntem; haec enim erat Danais auxiliatrix. Ipſe autem Aeneam perpingui ex adyto emiſit; et pectori robur indidit paſtori populorum.

Aeneas itaque inter ſocios ſtetit: hi vero gaviſi ſunt, vt viderunt vivumque et incolumem aduenientem, et vires integras habentem; percontati ſunt tamen nihil: non enim ſinebat labor alius, quem argenteum-arcum-gerens *Apollo* excitabat, Marsque hominum pernicies, Diſcordiaque inſatiabiliter furens.

At Aiaces duo et Vlyſſes et Diomedes concitabant Danaos ad pugnandum: ii vero etiam per ſe neque vires Troianorum timebant, neque clamores; ſed expectabant *eorum impe-*

tum, nubibus ſimiles, quas Saturnius, tranquillitatis - tempore, ſiſtit in ſummis montibus, quiete, quando dormit vis Boreae, et aliorum impetuoſorum ventorum, qui nubes opacas flatibus ſtridulis disſipant flantes: ſic Danai Troianos expectabant firmiter, neque fugiebant. Atrides autem per aciem discurrebat, multa mandans:

„O amici, viri eſtote, et fortem animum ſumite, et alius alium verecundantes obſeruate per acrem pugnam. Verecundantium vtique virorum plures ſalui, quam interfecti ſunt: fugientium vero neque gloria exiſtit, nec vllum robur.“

Dixit, et iaculatus eſt haſta impigre; percuſſitque principem virum, Aeneae ſocium magnanimi, Deïcoontem Pergaſidem, quem Troiani aeque ac Priami filios honorabant; quoniam impiger erat inter primos pugnare: hunc vtique per ſcutum haſta percuſſit rex Agamemnon; illud vero non haſtam inhibuit, tranſiit autem *ea* penitus etiam per ipſum; imumque in ventrem per balteum traiecit; fragorem autem edidit cadens, et ſonitum dedere arma ſuper ipſo.

Tum vero Aeneas Danaorum interfecit viros *hosce* fortiſſimos, filios Dioclis, Crethonemque, Orſilochumque: horum pater quidem habitabat bene-aedificata in Phera, diues opum; genus autem erat a fluuio Alpheo, qui late fluit Pyliorum per terram: qui *vtique* genuit Orſilochum multis viris imperatorem; Orſilochus autem genuit Dioclem magnanimum; ex

Diocle autem gemini filii nati ſunt, Crethon, Orſilochusque, pugnae bene ſcientes omnigenae. *Ac* hi quidem puberes - *iam* - facti, nigris in navibus Jlium ad generoſis - equis - fecundum ſimul Argiuos ſecuti ſunt, honorem Atridis, Agamemnoni et Menelao, expetentes: eos vero ibi terminus mortis obtexit. Quales leones duo montis in verticibus nutriti ſunt ſub matre, profundae *in* denſis - receſſibus ſyluae: qui quidem rapientes boues et pingues oues, ſtabula hominum vaſtant, donec *tandem* et ipſi virorum manibus interfecti ſunt acuto aere: tales hi manibus ſub Aeneae domiti ceciderunt, abietibus ſimiles proceris. Horum vero proſtratorum miſertus eſt pugna ſtrenuus Menelaus. Proceſſit itaque per primos - pugnatores, armatus coruſco aere, quaſſans haſtam; eiusque excitabat animum Mars, ea cogitans, vt manibus ſub Aeneae proſterneretur.

Hunc autem vidit Antilochus, magnanimi Neſtoris filius; proceſſitque per primos - pugnatores: valde enim timebat paſtori populorum, ne quid pateretur *humanitus*, grauiterque ipſos fruſtraret laboris. Illi quidem iam manusque, et haſtas acutas, contra ſe inuicem tenebant, parati pugnare: Antilochus autem valde prope adſtitit paſtori populorum. Aeneas vero non ſuſtinuit, impiger licet exiſtens bellator, vt vidit duos viros prope iuxta ſe ſtantes. Illi igitur poſtquam mortuos traxerant ad populum Achiuorum, eos quidem miſeros poſuerunt in mani-

bus ſociorum ipſi vero conuerſi, inter primos pugnabant.

Tunc Pylaemenem interfecerunt parem Marti, principem Paphlagonum magnanimorum clypeatorum. Hunc vtique Atrides haſta-inclytus Menelaus ſtantem haſta vulnerauit, ad iugulum aſſecutus. Antilochus vero Mydonem percuſſit aurigam *eius* famulum, fortem Atymniaden, (ille autem auertebat ſolidos-vngulis equos,) ſaxo cubitum feriens medium: atque ex manibus fraena candida ebore humi ceciderunt in puluere. Antilochus autem irruens enſe percuſſit tempus; atque is anhelans affabre-facto excidit curru, praeceps in puluere, in ſinciputque et humeros. Diu admodum *fixus* ſtetit, inciderat enim in arenam profundam; donec equi percuſſum humi deiecerunt in puluerem; illos autem ſcutica agitabat Antilochus, et ad exercitum egit Achivorum.

Hos autem Hector animaduertit inter ordines, irruitque in ipſos vociferans; vnaque Troianorum ſequebantur phalanges fortes; dux autem erat ipſis Mars, et veneranda Bellona; illa quidem, tenens Tumultum immanem pugnae: Mars vero in manibus ingentem haſtam quaſſabat; itabatque modo quidem ante Hectorem, modo a tergo.

Hunc autem conſpicatus cohorruit pugna ſtrenuus Diomedes. Vt vero cum homo rerum imperitus, emenſus ingentem campum, conſtiterit ad rapidum fluuium in-mare profluentem, ſpuma trementem conſpicatus, continuoque re-

currit retrorſum: ſic nunc Tydides receſſit, dixitque copiis:

„O amici, quam ſane admiramur Hectora nobilem, haſtaque fortem eſſe, et audacem bellatorem! Huic autem ſemper adſtat vnus *aliquis* deorum, qui mortem arceat: et nunc ei adſtat ille Mars, mortali viro ſimilis. Sed, ad Troianos conuerſi ſemper, retro cedite, neque contra deos velitis fortiter pugnare.“

Sic dixit; Troiani vero admodum prope venerunt *ad* ipſos. Tunc Hector duos viros interfecit, peritos pugnae, in vno curru exiſtentes, Meneſthem, Anchialumque. Horum vero proſtratorum miſeratus eſt magnus Telamonius Aiax; ſtetitque, admodum prope cum acceſſiſſet, et iaculatus eſt haſta fulgenti, ac percuſſit Amphium, Selagi filium, qui in Paeſo habitabat praediues, locuples; ſed eum fatum duxit, auxiliaturum, ad Priamumque et filios: hunc ad balteum percuſſit Telamonius Aiax, imoque in ventre defixa eſt longa haſta; fragorem vero edidit cadens; accurrebat autem illuſtris Aiax arma detracturus; Troiani vero in *eum* haſtas coniecerunt acutas, colluoentes; ſcutumque *eius* excepit multas. At ille calce impreſſa ex cadauere aeream haſtam euellit; non tamen et alia potuit arma pulcra ab humeris auferre; premebatur enim telis. Timuit itaque circuitionem potentem Troianorum fortium, qui multique et ſtrenui inſtabant haſtas tenentes, qui ipſum, magnum licet, et fortem, et prae-

clarum; propulsarunt a se: ille vero recedens, vi-repulsus-est.

Sic hi quidem laborabant per aerem pugnam. Tlepolemum vero Heraclidam, fortemque, magnumque, incitauit in deo-parem Sarpedonem Fatum violentum. Hi autem cum iam proxime essent se inuicem adorientes, filiusque neposque Iouis nubes-cogentis, hunc vtique Tlepolemus prior verbis allocutus est:

„Sarpedon, Lyciorum princeps, quae tibi necessitas trepidare hic cum sis pugnae imperitus? Mentientes te dicunt Iouis sobolem Aegiochi esse: cum longe illis inferior sis viris, qui Ioue prognati sunt temporibus priscorum hominum. *Longe* alium aiunt vim Herculeam [*Herculem*] fuisse, meum patrem animosum, spiritum-leonis habentem, qui quondam huc profectus, causa equorum Laomedontis, sex solis cum nauibus et viris paucioribus, Jlii vastauit vrbem, desolauitque compita. Tibi autem ignauus quidem animus, intereunt vero copiae; neque te Troianis credo propugnaculum fore, profectum ex Lycia, ne quidem si perquam fortis sis, sed a me interfectum ad portas orci descensurum.“

Hunc vero Sarpedon, Lyciorum dux, contra allocutus est: „Tlepoleme, sane ille euertit Jlium sacram, viri *prae* vecordia, praeclari Laomedontis, qui ipsum bene meritum malo increpuit sermone, neque dedit equos, quorum gratia e longinquo venerat. Tibi autem ego hic edico caedem et mortem atram a me

futuram, meaque *te* haſta caeſum gloriam mihi daturum, animam vero Plutoni inſigni-equis."

Sic dixit Sarpedon; at ſuſtulit fraxineam haſtam Tlepolemus; et horum quidem eodem-tempore haſtae longae e manibus euolarunt; ac quidem percuſſit ceruicem mediam *Tlepolemi* Sarpedon, cuſpisque penitus transiit acerba; eumque circum oculos caliginoſa nox operuit. Tlepolemus autem femur ſiniſtrum *Sarpedonis* haſta longa percuſſit; cuſpisque pertransiit rapido impetu acta, oſſi inflicta; pater vero *Iupiter* mortem auertit.

Tum quidem deo-parem Sarpedonem nobiles ſocii ferebant e praelio; graui autem dolore afficiebat eum haſta longa tracta *vna;* quam quidem nemo notabat, neque aduertebat femore extrahere haſtam fraxineam; vt *currum* conſcenderet, feſtinantium *vtique:* tantum enim habebant laborem, curam *eius* habendo. Tlepolemum autem ex-altera-parte bene-ocreati Achiui efferebant praelio. Animaduertit autem nobilis Vlyſſes, fortem animum habens; commotumque eſt ei ſuum cor. Anxie vero cogitabat deinde mente et animo, vtrum vlterius Iouis filium magnum-ſonantis inſequeretur, an ipſe plurium Lyciorum animam eriperet. Non vtique Vlyſſi magnanimo in fato erat, fortem Iouis filium interficere acuto aere. Itaque ad multitudinem Lyciorum vertit *eius* animum Minerua. Tunc ille Coeranum interfecit, Alaſtoremque, Chromiumque, Alcandrumque, Haliumque, Noëmonemque, Prytanimque. Et

quidem adhuc plures Lyciorum interfeciſſet nobilis Vlyſſes: niſi ſtatim animaduertiſſet ingens agiliter-pugnam-ciens Hector. Proceſſit itaque per primos pugnatores armatus coruſco aere, terrorem inferens Danais; gauiſus eſt autem eo accedente Sarpedon, Iouis filius, verbaque lugubria dixit:

„Priamide, ne quaeſo me praedam Danais ſinas iacere: ſed auxiliare; deinde me vel deſerat vita in vrbe veſtra; quoniam non eram ego, reuerſus domum, dilectam in patriam terram, oblectaturus vxoremque dilectam et infantem filium.“

Sic dixit; huic autem nil reſpondit agiliter-pugnam-ciens Hector, ſed praeteruolauit, ardens cupidine, vt quam citiſſime repelleret Argiuos, multorumque vitam eriperet. At quidem deo-parem Sarpedonem nobiles ſocii collocarunt ſub Aegiochi Iouis perpulcra fago, ex eius autem femore haſtam fraxineam extraxit foras fortis Pelagon, qui ei dilectus erat ſocius. Hunc autem deſeruit anima, circumque oculos offuſa eſt caligo; rurſus tamen ſpiritum-recepit, ac circum aura Boreae recreabat adſpirans aegre ſpirantem animam.

Argiui vero propter Martem et Hectorem aere-armatum nec unquam verſis-tergis-fugiebant nigras ad naues, nec vnquam contra-ferebantur in pugnam; ſed ſemper retro cedebant, poſtquam audierant apud Troianos Martem eſſe.

Tum quem primum, quemque vltimum interfecit Hectorque Priami filius et aereus Mars? Deo-parem Teuthrantem, et inſuper equûm-agitatorem Oreſtem, Trechumque haſtatum Aetolum, Oenomaumque, Oenopidemque Helenum, et Oresbium mitram-habentem-variam, qui in Hyla habitabat, valde diuitiis parandis intentus, lacui vicinus Cephiſſidi; iuxtaque ipſum alii habitabant Boeoti, valde opulentum tractum habentes. Hos quum igitur animaduertit dea candidas-vlnas-habens Iuno Argiuos interimentes in acri pugna, illico Mineruam verbis alatis allocuta eſt:

„Papae, Aegiochi Iouis filia indomita, certe vanum *hoc* promiſſum fecimus Menelao, Jlio exciſo bene-munito eum rediturum; ſi ſic furere ſinamus pernicioſum Martem. Sed age iam et nos cogitemus de ſtrenua virtute *exſerenda.*"

Sic dixit; neque non obſecuta eſt dea caeſiis-oculis Minerua. Ac quidem aggreſſa aureis-fraenis-ornatos inſtruebat equos Iuno, veneranda dea, filia magni Saturni: Hebe autem currui velociter admouit curuos orbes *rotarum,* aereos, octo-radios habentes, ferreum axem circum; quorum vtique aurea curuatura perennis; ac deſuper aereae laminae-rotam-munientes, adaptatae: mirabile viſu; modioli autem ex argento erant rotundi vtrinque, ſella vero aureis et argenteis funibus tenta erat; duoque ſemicirculi, vnde-habenae-ſuſpenduntur, erant. Ex hac porro argenteus temo pro-

730 currebat; ad cuius extremitatem ligauit au-
reum pulcrum iugum, et lora-iugalia pulcra
innexuit, aurea: sub iugum vero duxit Iuno
equos pedibus-celeres, cupida conflictus et
praelii.

Caeterum Minerua, filia Iouis Aegiochi,
peplum quidem *laxatum* defluere-siuit pulcrum,
735 patris super pauimento, varium, quod ipsa fe-
cerat et elaborarat manibus; ipsa autem, lori-
cam induta Iouis nubes-cogentis, armis ad
pugnam armabatur lacrymosam. Circum autem
humeros posuit aegidem fimbriatam, horribi-
lem, cui quidem vndique Terror circumdatus
740 erat; in ea Contentio, in ea Fortitudo,
in ea atrox Insectatio; in ea et Gorgo-
nium caput diri monstri, dirumque, hor-
rendumque, Iouis portentum Aegiochi. Capiti
vero clauis-vndique-ornatam galeam imposuit
quatuor-conos-habentem, auream, centum
745 vrbium peditibus sufficientem. Inque-currum
fulgidum pedibus-scandit; sumsitque hastam
grauem, magnam, validam, qua domat ordines
virorum heroum, quibuscunque irascitur prae-
potenti-patre-nata. Iuno autem scutica velo-
citer vrgebat equos. Sponte sua autem portae
crepuerunt coeli, quas custodiebant Horae,
750 quibus commissum est magnum coelum Olympus-
que, vt et aperiant densam nubem et claudant.
Hac vtique *via*, per eas, stimulo-parentes di-
rigebant equos. Inuenerunt autem Saturnium,
a diis seorsum sedentem aliis, summo vertice
755 multa-cacumina-habentis Olympi. Ibi equos

ſiſtens dea candidas - vlnas - habens Iuno Iovem ſupremum Saturnium interrogauit, et allocuta eſt:

„Iupiter pater, annon ſuccenſes Marti *ob* haec atrocia facta, eo quod tantasque et tales perdiderit copias Achiuorum temere, nec ſecundum *id quod* fas *eſt*. Mihi ſane dolor: at vero quieti delectantur Venusque et argenteo-arcu - decorus Apollo, dementem hunc quum exſtimularint, qui nulla nouit iura. Iupiter pater, nunquid mihi iraſceris, ſi Martem graviter percuſſum pugna exegerim?“

Hanc autem reſpondens allocutus eſt nubes-cogens Iupiter: „Agedum, aduerſus ipſum incita Mineruam praedatricem, quae ipſum maxime ſolita - eſt in graues dolores coniicere.“

Sic dixit; nec non obſecuta eſt dea candidas - vlnas - habens Iuno; et ſcutica verberauit equos: hi autem non inuiti volabant per medium terraeque et coeli ſtellati. Quantum vero aëris per - horizontem - extenſi - ſpatium homo videt oculis, ſedens in ſpecula, proſpectans in nigricantem pontum; tantum ſaltu - conficiunt deorum altiſoni equi. At quando iam Troiam perveniſſent, fluviosque labentes, qua fluenta Simoïs commiſcent et Scamander:. ibi equos ſtitit dea candidas - vlnas - habens Iuno, ſolutos curru; circumque caliginem multam fudit. Illis vero ambroſiam Simois ſummiſit ad depaſcendum.

Hae autem iuerunt pauidis columbis inceſſu ſimiles, viris Argiuis auxiliari properantes. Sed quando iam venerant, vbi plurimi et fortiſſimi

ſtabant, circum vim Diomedis equûm domitoris [*circum Diomedem*] conferti, leonibus ſimiles cruda-vorantibus, vel ſuibus apris, quorum robur non imbelle: ibi ſtans clamauit dea candidas-vlnas-habens Iuno, Stentori aſſimulata magnanimo, aeream vocem-habenti, qui tantum vociferabatur, quantum alii quinquaginta:

„*Proh* pudor, Argiui, turpia probra, forma *tantum* admirabiles! Quamdiu quidem in bello verſabatur nobilis Achilles, nunquam Troiani ante portas Dardanias progrediebantur; illius enim timebant validam haſtam: nunc vero procul ab vrbe cauas apud naues pugnant."

Sic fata, commouit robur et animum vniuscuiusque. Tydidae autem ſuperuenit dea caeſiis-oculis Minerua; reperitque hunc regem apud equos et currus vulnus refrigerantem, quod ei inflixerat Pandarus ſagitta: ſudor enim ipſum affligebat ſub lato loro clypei pulcre-orbiculati; quo *vtique* affligebatur, laborabatque manu; ac eleuans lorum, nigrum ſanguinem abſtergebat; equinum autem dea iugum attigit, dixitque:

„Profecto parum ſibi filium ſimilem genuit Tydeus. Tydeus vtique paruus quidem erat corpore, ſed pugnator. Ac quando ipſum ego pugnare non ſinebam, neque furenter irruere: quando ſcilicet venit ſeorſum ab Achiuis legatus ad Thebas, multos ad Cadmeos, conuiuari ipſum iuſſi in aedibus quietum: ſed is animum retinens ſuum fortem, ſicuti prius, iuuenes

Tum vero boabat aereus Mars, quantum ſcilicet nouies-mille clamant, vel decies mille viri in bello, certamen committentes Martis. Tum vero tremor occupauit Achiuosque Troianosque territos: adeo boabat Mars, inſatiabilis belli.

Qualis autem ex nubibus nigra apparet caligo, ab aeſtu vento grauiter-ſpirante excitato: talis Tydidae Diomedi aereus Mars apparebat, cum nubibus iens in coelum latum. Statim vero venit deorum in ſedem, excelſum Olympum: propterque Iouem Saturnium ſedit, animo moerens, oſtenditque immortalem ſanguinem defluentem ex vulnere, et lamentans verbis alatis allocutus eſt:

„Iupiter pater, nonne indignaris, videns haec violenta facinora? Semper ſane acerbiſſima dii paſſi ſumus, mutuo conſilio, gratificantes nempe hominibus. *Atqui* tui cauſa omnes pugnamus: tu enim peperiſti dementem filiam pernicioſam, cui ſemper iniqua facta curae ſunt. Alii enim quidem omnes, quotquot dii ſunt in Olympo, tibique obediunt, et ſubiecti-ſumus vnusquisque: hanc autem neque verbo coërces, neque quaquam facto, ſed indulges, quoniam ipſe genuiſti filiam peſtiferam; quae nunc Tydei filium inſolentem Diomedem furere exſtimulauit in immortales deos. Venerem quidem primum cominus vulnerauit manu ad carpum; ac poſtea in me ipſum irruit deo ſeaequans. At me ſubduxerunt veloces pedes; profecto *alioqui* diu ibi dolores paſſus fuiſſem

inter horrendas cadauerum - ſtrages, aut vivus viribus - fractus fuiſſem aeris ictibus.“

Eum autem torue intuitus allocutus eſt nubes - cogens Iupiter: „Nequid mihi, diuerſarum partium deſertor, aſſidens quiriteris: Inuiſiſſimus vtique mihi es deorum, qui Olympum tenent; ſemper enim tibi contentioque grata, bellaque, pugnaeque: matris tibi ingenium eſt intolerandum, cedere neſcium, Iunonis; quam quidem ego vix reprimo verbis: idcirco te puto illius haec pati conſiliis. Attamen non te amplius diu patiar dolores ſuſtinere: nam e me genitus es, mihique te peperit mater. Quod ſi aliquo ex alio deorum natus eſſes ita improbus, ſane iam pridem fuiſſes inferior Vrani - filiis, [*Titanibus.*]“

Sic dixit, et Paeonem iuſſit mederi. Ei itaque Paeon dolorem - pellentia medicamina inſpergens, *eum* ſanauit; nequaquam enim mortalis erat. Sicut autem quando fici - ſuccus lac album agitatus in - coagulum - cogit, liquidum quod erat; valde autem velociter circumagitur a miſcente; ſic vtique *is* celeriter ſanauit impetuoſum Martem. Hunc autem Hebe lauit, elegantesque veſtes induit; iuxtaque Iouem Saturnium ſedit gloria exultans.

Tum vero rurſus ad domum Iouis magni redierunt, Iunoque Argiua, et potens - auxiliatrix Minerua, poſtquam repreſſiſſent hominum - perniciem Martem a virorum - caedibus.

ILIADIS

LIBER VI.

Troianorum porro deſtituta eſt et Achiuorum pugna grauis *deorum praeſentia.* Saepe autem huc et illuc propendebat impetus praelii per campum, *copiis* in ſe inuicem dirigentibus aeratas haſtas, inter Simoëntis et Xanthi fluenta. Aiax autem primus Telamonius, murus Achiuorum, Troianorum rupit phalangem, ſpemque ſociis attulit, virum percutiens, qui fortiſſimus inter Thracas erat, filium Eüſſori, Acamantem, ſtrenuumque, magnumque. Hunc percuſſit primus in galeae cono ſetis - equinis - denſae, inque fronte fixit; penetrauitque intra os cuſpis aerea: eum vero tenebrae oculos cooperuerunt.

Axylum porro interfecit pugna ſtrenuus Diomedes, Teuthranidem, qui habitabat beneſtructa in Arisba, diues opum, benignusque erat hominibus: omnes enim excipiebat - comiter, ad viam *ſitas* aedes habitans. Sed ab eo nullus horum tunc arcuit triſtem interitum, ante ſubueniens; ſed ambos anima priuauit *Diomedes,* ipſum et famulum Caleſium, qui tunc equorum erat auriga; hique ambo terram ſubierunt.

Dreſum autem Euryalus et Opheltium interfecit; perrexit porro ad Aeſepum et Pedaſum, quos quondam nympha Naïs Abarbarea peperit inſigni Bucolioni; Bucolion autem erat filius clari Laomedontis, maximus natu, clandeſtinum vero ipſum peperit mater; paſtor autem quum *Bucolion* eſſet, inter oues *ei* mixtus eſt amore et cubili; ea vero grauida - facta gemellos peperit filios. Et quidem horum ſoluit robur et pulcra membra Meciſteï filius, *Euryalus*, et ab humeris arma detraxit. Aſtyalum item occidit bellicoſus Polypoetes. Pidytem vero Vlyſſes Percoſium interfecit haſta aerea; Teucerque Aretaonem nobilem. Antilochus autem Ablerum interemit haſta ſplendenti Neſtorides; Elatum vero rex virorum Agamemnon; habitabant autem Satnioëntis pulcre - fluentis apud ripas, Pedaſum altam. Phylacum porro interfecit Leïtus heros, fugientem; Eurypylus item Melanthium interfecit.

Adraſtum vero deinde pugna ſtrenuus Menelaus viuum cepit: equi enim ei pauore - attoniti - *fugientes* per - campum, ramo impediti myricino, curuum currum cum fregiſſent ad extremum temonem, ipſi quidem contenderunt ad vrbem, quo alii pauore - attoniti fugiebant: ipſe autem de curru iuxta rotam deuolutus eſt, pronus in puluere in os; prope autem ipſum ſtetit Atrides Menelaus, tenens longam haſtam. Adraſtus vero deinde complexus genua ſupplex orabat:

„Vivum-cape, Atrei fili, tuque dignum accipe liberationis-pretium. Multae vtique in diuitis patris *domo* res-pretioſae-reconditae iacent, aesque aurumque, varioque-artificio-elaboratum ferrum: ex quibus certe tibi largietur pater infinita dona *liberationis-ergo*, ſi me vivum *eſſe* audiuerit ad naues Achiuorum."

Sic dixit: huic autem animum in pectoribus flectebat; ac ſane ipſum mox erat veloces ad naues Achiuorum daturus ſuo famulo deducendum: verum Agamemnon obuius venit currens, et minaciter-clamans verba fecit:

„O mollis, o Menelae, curnam vero tu ſollicitus es ita *de ſeruandis* hominibus? Certe tibi optime res geſta eſt domi, per Troianos: quorum nullus effugiat graue exitium, manusque noſtras! ne quidem quem in ſinu mater infantem geſtet, ne is quidem effugiat! ſed ſimul omnes ex Jlio funditus pereant, inhumati et prorſus disperditi!"

Sic locutus mutauit fratris mentem heros, recta admonens; illeque a ſe depulit-manu heroëm Adraſtum; hunc vero rex Agamemnon vulnerauit ad ile; ille vero reſupinatus eſt; Atrides autem pede pectoribus impoſito extraxit fraxineam haſtam. Neſtor autem Argiuos hortabatur, altum clamans:

„O amici, heroës Danai, famuli Martis, ne quis nunc exuuiarum cupidus pone maneat, vt plurima ferens ad naues redeat; ſed viros

interficiamus, poſtea vero et his otioſi corpora per campum ſpoliabitis mortua.“

Sic fatus, concitauit ardorem et animum vniuscuiusque. Ac tum ſane Troiani bellicoſis ab Achiuis in Jlium ſe recepiſſent, prae ignauia *ſua* domiti; niſi Aeneaeque et Hectori dixiſſet adſtans Priamides Helenus, augurum longe praeſtantiſſimus:

„Aeneaque, et Hector, ſiquidem labor vobis maxime Troianorum et Lyciorum incumbit, quia praeſtantiſſimi omnem ad conatum eſtis, ad pugnandumque et ad conſulendum; ſtate iſtic, et copias continete ante portas, quoquoverſum discurrendo; prius quam in complexum vxorum fugientes incidant, hoſtibusque gaudium fiant. Ac poſtquam phalanges cohortati fueritis omnes, nos quidem aduerſus Danaos pugnabimus hic manentes, quamuis valde preſſi; neceſſitas enim vrget; Hector, at tu vrbem adi; dicitoque demum matri tuae et meae; eaque congregans honoratas matronas *in* templum Mineruae oculos-caeſiae, in arce ſumma, apertis claue valuis ſacrae aedis, peplum, quod ſibi videtur elegantiſſimum et maximum eſſe in aedibus, et ſibi longe cariſſimum ipſi, ponat Mineruae ad genua pulcrae-comas; et ei voueat *ſe* duodecim boues in templo anniculas, iugum-non-paſſas, ſacrificaturam, ſi miſerata fuerit vrbemque, et Troianorum vxores, et infantes liberos; ſi vtique Tydei filium auerterit ab Jlio ſacra, ferocem bellatorem, violentum artificem-fugandi-*hoſtes;* quem ſane

ego fortiſſimum Achiuorum arbitror eſſe; nec Achillem quidem vnquam ſic timuimus, ducem virorum, quem aiunt e dea *natum* eſſe: ſed hic valde furit, neque quisquam ei poteſt viribus par eſſe.“

Sic dixit: Hector vero nequaquam fratri non-obſecutus eſt; ſtatim vero de curru cum armis deſiliit in terram; vibransque acutas haſtas, per exercitum ibat quoquouerſum, concitans ad pugnandum; ſuſcitauitque praelium graue. Illi itaque conuerſi - ſunt - *a - fuga*, et aduerſi ſteterunt Achiuis. Argiui autem pedem - retulerunt, deſieruntque a caede: exiſtimabant vtique aliquem immortalium de coelo ſtellato Troianis auxiliaturum deſcendiſſe; ita conuerſi ſunt. Hector autem Troianos hortabatur, altum inclamans:

„Troiani animoſi, et e longinquo - vocati ſocii, viri eſtote, amici, et exſerite ſtrenuam fortitudinem, *tantisper* dum ego iuero ad Jlium, et ſenibus dixero conſiliariis, et noſtris vxoribus, deos vt precentur, voueantque hecatombas.“

Sic vtique locutus, abiit expedite - pugnamciens Hector; circum autem ipſi malleolos pulſabat et ceruicem corium nigrum, ora, *inquam*, quae extrema ambiebat ſcutum vmbonem habens.

Glaucus autem Hippolochi natus et Tydei filius in medium vtriusque aciei congrediebantur, animis - promti ad pugnandum. Hi vero cum iam prope eſſent, ſe inuicem inuadentes,

illum prior allocutus eſt pugna ſtrenuus Diomedes:

„Quisnam tu es, fortiſſime, mortalium hominum? non enim vnquam vidi *te* pugna in glorioſa antehac: atqui nunc longe anteceſſiſti cunctos tua confidentia, quandoquidem meam longam haſtam expectaſti. Infelicium ſane filii meo robori occurrunt. Sin aliquis immortalium de coelo veniſti, non equidem ego cum diis coeleſtibus pugnauero. Non enim, ne Dryantis quidem filius fortis, Lycurgus, diu vixit, qui cum diis coeleſtibus contendebat; qui vtique furentis Bacchi nutrices perſequebatur per ſacrum Nyſſeïum *montem;* illae vero ſimul omnes thyrſos humi proiecerunt, ab homicida Lycurgo percuſſae ſtimulo-boario; Bacchus vero fugatus ſubiit maris vndam; Thetisque excepit ſinu timentem; vehemens enim occupauerat tremor ob viri comminationem, huic quidem poſtea irati ſunt dii tranquille viuentes, et ipſum caecum fecit Saturni filius; nec amplius diu vixit; quoniam immortalibus exoſus erat omnibus diis. *Quare* nec ego cum beatis diis velim pugnare. Si vero quis es mortalium, qui telluris fructu veſcuntur, propius accede, vt ocyus mortis *ad* metas peruenias.“

Hunc autem viciſſim Hippolochi allocutus eſt illuſtris filius: „Tydide magnanime, cur genus *meum* percontaris? Qualis foliorum generatio, talis et hominum. Folia alia quidem ventus humi fundit, alia vero ſylua germinans producit; verisque ſuccreſcunt tempore: ſic

hominum generatio, haec quidem naſcitur, illa vero deſinit. Si vero vis et haec diſcere, vt bene cognoſcas noſtram ſtirpem, multi vtique ipſam homines norunt, eſt vrbs Ephyra, *in* receſſu Argi equis-apti; ibi Siſyphus fuit, qui prudentiſſimus erat mortalium, Siſyphus Aeolides; *Is* autem Glaucum genuit filium; at Glaucus genuit laudatiſſimum Bellerophontem; huic autem dii pulcritudinemque et virtutem amabilem praebuerunt; ſed ei Proetus mala molitus eſt animo; qui e ciuitate expulit: (quoniam *Proetus* multo potentiſſimus erat Argiuorum: Iupiter enim ei *illos* ſub ſceptro ſubdiderat.) Cum hoc *Bellerophonte* vxor Proeti furioſe cupierat, nobilis Antea, clandeſtino amore miſceri; ſed neutiquam perſuaſit bona-mente-praedito prudenti Bellerophonti." Illa vero mentita, Proetum regem *ſic* allocuta eſt: *„Moriendum tibi ſtatue, o Proete, aut interfice Bellerophontem, qui mihi voluit amore miſceri nolenti.* Sic dixit: at regem ira occupauit, eo-quod-talia audierat; interficere quidem nolebat, religioni enim habuit id in animo, miſit autem ipſum in Lyciam, deditque is notas pernicioſas, ſcribens in tabella complicata exitialia multa; oſtendereque *eam* iuſſit ſuo ſocero, quo periret. Itaque ille abiit in Lyciam, deorum fauſto ductu. Sed, quando iam *ad* Lyciam perueniſſet Xanthumque fluentem, propenſo-animo ipſum honorauit rex Lyciae latae. *Nempe* per-nouem-dies *eum* hoſpitaliter-excepit, et nouem boues mactauit;

175 verum vt iam decima apparuit roseis - digitis au-
rora, tum quidem ipsum interrogauit, et petiit
notam *(tesseram)* videre, quam vtique sibi ge-
nero a Proeto ferret. At postquam notam exi-
tialem accepit generi, primum quidem Chimae-
180 ram insuperabilem *eum* iussit interficere: haec
vtique erat diuina progenies, non hominum,
ante leo, post autem draco, media vero capra,
terribilem spirans ignis vim ardentis. Et hanc
quidem interfecit, deorum signis fretus. Se-
cundo vero, *cum* Solymis pugnauit inclytis:
185 acerrimam certe hanc pugnam dicebat *se* iniisse
virorum. Tertio vero, interfecit Amazonas vira-
gines. Huic autem redeunti callidam fraudem
aliam struxit: Delectis ex Lycia lata viris for-
tissimis, collocauit insidias: ii vero nequaquam
190 rursus domum redierunt; omnes enim interfe-
cit eximius Bellerophontes. Sed quando iam
cognorat *hunc* dei sobolem praeclaram esse,
illic ipsum detinuit, deditque is filiam suam:
dedit etiam ei honoris regii dimidium totius.
Quin et ei Lycii portionem - agri dederunt separa-
195 tam, praestantem caeteris, amoenam, *et* viti-
feram et arabilem, vt coleret. Illa vero pepe-
rit tres liberos prudenti Bellerophonti, Isan-
drumque et Hippolochum et Laodamiam. (Cum
Laodamia quidem concubuit prouidus Iupiter,
haecque peperit deo-parem Sarpedonem bellico-
200 sum.) Sed quando iam et ipse [*Bellerophon*]
exosus - fuit omnibus diis, sane is per cam-
pum Aleïum solus errabat, suum animum exe-
dens, vestigia hominum vitans. Isandrum vero

eius filium Mars, insatiabilis bello, pugnantem aduersus Solymos interfecit inclytos. Hanc autem irata aureas - habenas - tractans Diana occidit. Hippolochus vero me genuit, et ex hoc dico *me* natum esse: misit autem me ad Troiam, et mihi valde multum mandauit, *vt semper fortissime rem gererem, et superior virtute essem aliis; neque genus patrum dedecorarem; qui quam fortissimi inque Ephyra extiterunt et in Lycia lata.* Hoc tibi ex genereque et sanguine glorior esse."

Sic dixit; laetatus autem est pugna strenuus Diomedes; hastam quidem defixit in terram almam, atque ipse blandis *verbis* allocutus est pastorem populorum:

„Certe mihi hospes paternus es vetus: Oeneus enim olim nobilis eximium Bellerophontem hospitio - excepit in aedibus, viginti dies retentum; hi autem etiam sibi mutuo dederunt xenia pulcra: Oeneus quidem balteum dedit puniceo - colore fulgentem, Bellerophontes autem aureum poculum duplex rotundum; et id ego reliqui, cum *huc* proficiscerer, in aedibus meis. Tydeum vero non memini; quoniam me adhuc paruulum existentem reliquit, quando ad Thebas perierunt copiae Achiuorum. Quare nunc tibi quidem ego hospes amicus Argo in media sum; tu autem in Lycia, siquando Lyciorum ad gentem venero. Hastis vero alter alterum *petere* vitemus et in turba; multi quidem enim mihi Troiani, inclytique socii, *quorum* occidam quemcunque deus obtulerit, et pedibus

assequutus fuero; multique vicissim tibi Achiui, *quorum* intersicias quemcunque possis: arma vero inter nos permutemus, vt et hi norint, quod hospites paternos profitemur *nos* esse."

Sic vtique loquuti, de curribus desilientes, manusque mutuo prehenderunt, et fidem - dederunt. Tum vero Glauco Saturnius mentem ademit Iupiter, qui cum Tydide Diomede arma permutauit, aurea aeneis, centum - boues-valentia nouem - boues - valentibus.

Hector autem vt ad Scaeasque portas et fagum peruenit, circa vtique Troianorum vxores accurrebant et filiae, percontantes *de* filiisque fratribusque, amicisque, et maritis; ille vero deinceps diis supplicare iussit omnes ordine: multis autem mala impendebant.

Sed quando iam *ad* Priami domum perpulcram peruenisset, fabrefactis porticibus extructam; nempe in ea quinquaginta inerant thalami *ex* polito lapide prope se inuicem aedificati; vbi filii cubabant Priami, apud legitimas vxores; filiarum autem e - regione oppositi intra atrium duodecim erant sub - tecto thalami *ex* polito lapide, prope se inuicem aedificati; vbi generi cubabant Priami, apud pudicas vxores; ibi ei benigna obuia venit mater, ad Laodicen iens, filiarum forma praestantissimam, inque eius haesit manu, verbaque fecit, et compellauit:

„Fili, cur relicto praelio aspero venisti? Certe valde iam premunt detestandi filii Achiuo-

rum, pugnantes circa vrbem; te autem, *credo*, huc animus impulit profectum, ex ſumma arce Ioui manus attollere. Sed mane, donec tibi dulce vinum attulero, vt libes Ioui patri et caeteris immortalibus primum; deinde et ipſe reficiaris, ſi biberis: viro vtique defatigato robur valde vinum auget, ſic tu defatigatus es, pugnans *pro* tuis ciuibus."

Huic autem reſpondit deinde ingens pugnam-expedite-ciens Hector: „Ne mihi vinum afferas mellitum, veneranda mater, ne me enerues, robore autem viribusque deficiam. Manibus autem illotis Iouis libare nigrum vinum vereor: nec vllo-modo *fas* eſt, nubes-cogenti Saturnio ſanguine et tabo inquinatum vota facere. Sed tu quidem ad templum Mineruae praedatricis vade cum ſuffimentis, congregatis *honoratis* matronis; peplum autem, quod tibi elegantiſſimum et maximum eſt in domo, et tibi longe cariſſimum ipſi, hoc pone Mineruae ad genua pulcrae-comas, et ei voue *te* duodecim boues in templo anniculas, iugum-non paſſas, ſacrificaturam; ſi miſerata fuerit vrbemque, et Troianorum vxores, et infantes liberos: ſi Tydei *nempe* filium auerterit ab Jlio ſacra, ferocem bellatorem, fortem auctorem fugandi-*hoſtes*. Sed tu quidem ad templum Mineruae praedatricis vade; ego autem Paridem adibo, vt vocem, ſi velit dicentem audire: vtinam ei illic terra dehiſcat: magnum enim ipſum Olympius nutriuit detrimentum Troianisque, et Priamo magnanimo, eiusque filiis. Si illum vtique vide-

rem deſcendentem in orcum, exiſtimarim equidem animum *meum* ingrata aerumna liberatum eſſe.“

Sic dixit; haec vero profecta ad aedes ancillis mandata dedit; et *illae* congregarunt per vrbem matronas - honoratas. Ipſa autem in repoſitorium deſcendit odoribus - fragrans, vbi erant ei pepla omnigeno - artificio - varia, opera mulierum Sidoniarum, quas ipſe Alexander diuina - forma - praeditus abduxerat a Sidone, nauigando - permenſus latum pontum, ea via, qua Helenam adduxit nobili - patre - natam. Horum vnum promens Hecuba, tulit donum Mineruae, quod pulcerrimum erat ornatu - verſicolori, et maximum; velutque ſtella reſplendebat: iacebat autem infimum omnium. Perrexit itaque ire, multaeque propere - ſequebantur matronae honoratae.

Illae vero cum *ad* templum perueniſſent Mineruae, in arce ſumma: eis fores aperuit Theano pulcra genas, Ciſſeïs, vxor Antenoris equûm - domitoris: illam enim Troiani fecerant Mineruae ſacerdotem. Illae vero voce-ſublata omnes *ad* Mineruam manus ſuſtulerunt. At peplum acceptum Theano pulcra - genas, poſuit Mineruae ad genua comas - pulcrae; vovensque precabatur Iouis filiam magni:

„Veneranda Minerua, cuſtos - vrbis, excellentiſſima dearum, frange iam haſtam Diomedis, atque ipſum pronum da cadere Scaeas ante portas: vt tibi ſtatim tunc duodecim boues in templo anniculas, iugum - nondum - paſſas, ſa-

crificemus; si miserata fueris vrbemque, et Troianorum vxores, et infantes liberos."

Sic dixit vouens; abnuit autem Pallas Minerua. Ita illae quidem vota faciebant Iouis filiae magni: Hector vero ad aedes Alexandri iuit pulcras, quas ipse aedificarat cum viris, qui tunc peritissimi erant in Troia glebosa architecti viri; qui ei fecerunt thalamum, et tectum, et atrium, prope *aedes* Priami et Hectoris in arce summa. Illuc Hector intrauit Ioui carus; inque manu hastam tenebat vndecim-cubitorum; praemicabat vero hastae cuspis aerea, circumque aureus ambiebat annulus. Illum autem inuenit in thalamo perpulcra arma curantem, clypeum, et thoracem, et curuos arcus tractantem; Argiua autem Helena inter famulas mulieres sedebat, et ancillis insignia opera imperabat. Eum vero Hector obiurgauit conspicatus, probrosis verbis:

„Bone vir, non sane decore indignationem istam concepisti animo; copiae quidem pereunt circa vrbem, altaque moenia, pugnantes; tui autem gratia pugnaque, bellumque vrbem hanc circum-ardet; tu vero etiam obiurgares alium, si quem vsquam detrectantem videres horrendam pugnam. Verum surge, ne forte vrbs igni ardente deflagret."

Hunc autem vicissim alloquutus est Alexander diuina-forma-praeditus: Hector, quoniam me iure increpasti, nec iniuria, propterea tibi dicam; tu autem animum-aduerte, et me audi: Non ego tam in Troianos ira, neque indigna-

tione, ſedebam in thalamo; ſed volebam dolori dare - locum. Nunc vero me ſuadens vxor mollibus verbis, impulit ad bellum: videturque mihi ſic et ipſi melius fore; victoria vtique alternis - vicibus accedit ad homines. Verum age nunc expecta, *donec* martia arma induero; vel praei, ego autem ſequar; aſſecuturumque *me* te puto."

Sic dixit; ei autem non reſpondit pugnam-expedite - ciens Hector. Hunc vero Helena verbis allocuta eſt blandis:

„Leuir mei, impudentiſſimae, malorum auctoris, auerſandae; vtinam me die illo, quo me primum peperit mater, abreptam tuliſſet pernicioſa venti procella in montem, vel in vndam multo - ſtrepitu - reſonantis maris, vbi me fluctus obrutam - perdidiſſet, antequam haec facinora patrata forent. Sed quoniam haec ita dii mala ſtatuerunt, viri ſaltem debueram fortioris eſſe vxor, qui ſentiret indignationemque et probra multa hominum. Huic autem neque nunc mens *eſt* conſtans, neque in futurum erit; idcirco ipſum *ſua ſtultitia* fruiturum credo. Verum age nunc, intra; et ſede hac in ſede, leuir, quoniam tibi maxime labor mentem inuaſit, gratia mei impudentiſſimae, et Alexandri cauſa noxae: quibus Iupiter impoſuit malam ſortem, vt etiam in-poſterum hominibus ſimus famoſa-cantilena poſteris."

Huic autem reſpondit deinde ingens pugnam-expedite - ciens Hector: „Ne me ſedere facias, Helena, officioſa licet; *nam* nec mihi perſuade-

bis. Iam enim mihi animus incitatus eſt, vt ſuccurram Troianis, qui valde mei deſiderium abſentis habent: verum tu concites hunc, feſtinetque et ipſe, vt me intra vrbem aſſequatur ſubſiſtentem. Etenim ego domum ibo, vt videam domeſticos, vxoremque dilectam, et infantem filium. Neque enim ſcio, vtrum amplius ipſis redux veniam rurſus, an nunc me ſub manibus dii doment Achiuorum.“

Sic vtique fatus, abiit pugnam expedite-ciens Hector; ſtatimque poſtea peruenit ad aedes *ſuas* habitantibus-commodas, nec inuenit Andromachen candidam-vlnas in aedibus; ſed illa cum filio et ancilla eleganti-peplo-induta in turri ſtabat gemensque plorans que. Hector vero, vt intus praeclaram non inuenit vxorem, ſtetit ad limen procedens, ancillisque dixit:

„Eia agite; mihi, ancillae, vera dicite: quo iuit Andromache candida-vlnas ex aedibus? an aliquo ad glorum, an *ad* fratriarum elegantibus-peplis indutarum *aedes*, an ad Mineruae *templum* exiit, vbi aliae Troianae comas-pulcrae tremendam deam placant?“

Hunc autem viciſſim ſedula proma conda verbis allocuta eſt: „Hector, quandoquidem omnino iubes vera loqui, nec aliquo ad glorum, nec *ad* fratriarum elegantibus-peplis-indutarum *aedes*, nec ad Mineruae *templum* exiit, vbi aliae Troianae comas-pulcrae tremendam deam placant: ſed ad turrim iuit magnam Ilii; quoniam audiuit premi Troianos, praeualentemque eſſe vim Achiuorum. Illa qui-

dem *dudum* ad murum festinans contendit,
furenti similis: fert et vna puerum nutrix.“
390 Dixit mulier proma conda; concitusque exiit
domo Hector eadem via retro, bene - structos
per vicos. Quum ad portas venisset, pertrans-
iens magnam vrbem, Scaeas, (hac enim erat
ei egrediendum in campum;) tunc vxor, quae
magnam - attulerat - dotem, obuia venit currens,
395 Andromache, filia magnanimi Eëtionis; Eëtion,
qui habitabat *in* Hypoplaco siluosa, Thebe *in*
Hypoplacia, Cilicibus viris imperans; cuius vti-
que filia nupserat Hectori aere - armato: quae
ipsi tunc occurrit, vnaque famula ibat *cum* ipsa,
400 filium in sinu gestans tenellum, infantem adeo,
Hectoris filium vnicum, similem stellae pulcrae:
atque hunc quidem Hector vocabat Scaman-
drium, at alii Astyanactem; solus enim tuta-
batur Jlium Hector. Et ille quidem subrisit,
405 intuens filium tacite; Andromache vero ipsi
prope adstabat lacrymans, inque eius haesit
manu, verbaque fecit, dixitque:
„Animose, perdet te tua virtus, neque mi-
sereris filiique infantis, et mei calamitosae,
quae mox vidua tui ero; mox enim te interfi-
410 cient Achiui, omnes simul *in te* impetu facto;
mihi autem satius esset, a te destitutae, terram
subire. Non enim amplius aliud erit solatium,
postquam tu mortem obieris, sed moerores.
Nec mihi est pater, et veneranda mater. Etenim
415 patrem meum interfecit nobilis Achilles, et vr-
bem deuastauit Cilicum bene - habitatam, The-
ben - portis - altam; interemitque Eëtionem,

neque ipſum ſpoliauit: ſubueritus enim eſt id animo: ſed ipſum combuſſit cum armis ſcite-factis, et tumulum-aggeſta-terra ſuper *eum* fecit; circum autem vlmos plantauerunt Nymphae Oreades, filiae Iouis Aegiochi. Qui porro mihi ſeptem fratres erant domi, hi quidem omnes vno migrarunt die ad orcum; omnes enim interfecit pedibus-celer nobilis Achilles, boues inter [*dum paſcerent*] flexipedes, et candidas oues. Matrem autem, quae regio honore habebatur *in* Hypoplaco ſyluoſa, hanc poſtquam vtique huc duxiſſet cum caeteris opibus, retro ille eam dimiſit-liberatam, accepto infinito pretio; patris autem in aedibus *eam* percuſſit Diana ſagittis gaudens. Hector, at tu mihi es pater et veneranda mater, et frater, tu etiam mihi floridus maritus. Sed age nunc miſerere, et hic mane in turri, ne puerum pupillum facias, viduamque vxorem; exercitum autem ſiſte apud caprificum, vbi potiſſimum aſcenſu facilis eſt vrbs, et ſcandi poteſt murus. Ter enim hac venientes periculum fecerunt fortiſſimi, Aiaces duo, et perceleber Idomeneus, et Atridae, et Tydei fortis filius: ſiue quis ipſis dixit vaticiniorum peritus, ſiue etiam ipſorum animus *eos* impulit et iuſſit."

Hanc autem viciſſim allocutus eſt ingens pugnam-expedite-ciens Hector: „Certe et mihi haec omnia ſollicitudinem iniiciunt, vxor; ſed perquam vehementer vereor Troianos et Troades longa-peplorum-ſyrmata-trahentes, ſi, ignauus velut, eminus *ſtans* deuitem praelium. Neque

vero me animus *ita facere* iubet, quoniam didici eſſe fortis ſemper, et primos inter Troianos pugnare, conans-vendicare patriſque magnam gloriam, et meam ipſius. Bene enim hoc ſcio mente et animo: erit dies, quando peribit Ilios ſacra, et Priamus, et populus haſtae-fraxineae-periti Priami. Sed non mihi Troianorum tantopere curae eſt dolor in poſterum, neque ipſius Hecubae, neque Priami regis, neque fratrum, qui ſane multique et fortes in puluere caſuri ſunt ſub viris hoſtibus, quantopere tui; quando aliquis Achiuorum aere-loricatorum lacrymabundam abduxerit, liberum diem eripiens; atque *tu* in Argo vivens, ſub alienae *imperio* telam texas, atque aquam feras ex *fonte* Meſſeïde, aut Hyperea, valde inuita; dura autem incumbet neceſſitas; et aliquando quis dixerit, conſpicatus lacrymas-fundentem: Hectoris haec vxor, qui praeſtantiſſimus erat *in* pugnando Troianorum equûm-domitorum, quando Ilium circa-pugnabant. Sic aliquando quis dicet; tibique rurſus nouus erit dolor *ex* deſiderio talis mariti, ad depellendum ſeruilem diem. Sed me mortuum aggeſta terra obtegat, antequam tuumque clamorem, tuamque abreptionem audiero.“

Sic fatus, ſuum filium porrectis-manibus-petiit illuſtris Hector; retro autem puer ad ſinum eleganter-cinctae nutricis inclinatus eſt clamans, patris cari aſpectum exhorreſcens, timens aesque et criſtam ſetis-equinis horridam, horrendum a ſumma galea nutantem intuens;

leniter vero arrisit paterque carus, et veneranda mater. *Tum* statim a capite galeam abstulit illustris Hector, et hanc quidem deposuit in terra collucentem; atque ille suum dilectum filium vt osculatus fuerat, leuiterque-agitarat manu, dixit precans Iouemque, caeterosque deos:

„Iupiter, aliique dii, date et hunc fieri, filium meum, vt et ego *sum*, eximium inter Troianos, ita viribusque fortem, et Jlio potenter imperitare! et olim quis dicat, Patre vero hic multo *est* fortior, ex pugna redeuntem *conspicatus;* referat autem spolia cruenta, interfecto hoste, gaudeatque animo mater.“

Sic fatus, vxoris dilectae in manibus posuit puerum suum; haec vero ipsum fragranti excepit sinu, lacrymabundum-ridens: Vir autem miseratus est intuitus, manuque ipsam demulsit, verbaque fecit, dixitque:

„O bona, ne mihi praeter-modum tristeris animo; non enim quis me praeter fatum vir orco praemature-mittet; fatum vero neminem arbitror, qui effugerit, esse hominum, neque ignauum, neque vero fortem, postquam primum natus fuerit. Sed in domum profecta, tua ipsius opera cura, telamque, columque; et ancillas iube munus obire; bellum autem viris curae erit omnibus, mihi vero praecipue, qui in Jlio nati sunt.“

Sic vtique fatus, galeam sustulit illustris Hector setis-equinis-comantem; vxor autem dilecta domum abiit respectans, vberes lacrymas effundens. Statim autem deinde venit ad

aedes habitantibus - commodas Hectoris homicidae; inuenitque intus multas ancillas; his vero luctum omnibus commouit. Hae quidem adhuc vivum lugebant Hectorem ſua in domo; non enim eum amplius putabant reducem ex pugna venturum, elapſum robur ac manus Achiuorum.

Neque vero Paris moram - trahebat in altis aedibus; ſed is, poſtquam induit inclyta arma varia aere, properabat deinde per vrbem, pedibus velocibus fretus. Vt vero cum ſtabulans equus, hordeo - paſtus ad praeſepe, vinculo rupto currit per campum terram - pedibus pulſans, conſuetus lauari *in* pulcrefluente fluuio, ſuperbiens; alte vero caput fert, circumque iubae humeros motantur; ipſe autem pulcritudine *corporis* fretus, facile ipſum genua ferunt ad loca - conſueta et paſcua equarum: ſic filius Priami Paris a Pergami arce armis collucens, tanquam ſol, incedebat exultans; veloces autem *eum* pedes ferebant; ſtatimque poſtea Hectorem nobilem inuenit fratrem, quando iam erat digreſſurus e loco, vbi cum ſua colloquebatur vxore.

Hunc prior allocutus eſt Alexander diuina-forma-praeditus: „Venerande frater, certe valde iam te etiam properantem detineo, remorans, neque veni mature, vt iuſſiſti."

Hunc autem reſpondens allocutus eſt pugnam-expedite-ciens Hector: „O bone, nemo tibi hominum, qui aequus - rerum - aeſtimator ſit, facta vituperauerit bellica; nam fortis es. Sed ſponte remittisque *animum*, et non vis *pu-*

gnare; at meum cor triſtatur in animo, quan-
525 do de te probra audio a Troianis, qui ferunt multum laborem gratia tui. Sed eamus; haec autem poſtea componemus, ſi quando Iupiter dederit, coeleſtibus diis ſempiternis craterem ſtatuere liberum in aedibus, quum Troia expulerimus bene-ocreatos Achiuos."

ILIADIS

LIBER VII.

Haec fatus, portis erupit illuſtris Hector; cumque eo ſimul Alexander iuit frater; animo vero ambo ardebant bellare et pugnare. Sicut autem deus nautis deſiderantibus dat ventum-ſecundum, poſtquam defatigati fuerint politis remis pontum agitantes, laboreque membra ſoluta ſunt: ſic vtique hi Troianis deſiderantibus apparuerunt. Tunc interfecerunt, hic quidem [*Paris*] filium Areïthoi regis, *in* Arna habitantem, Meneſthium, quem clauiger genuit Areïthous, et Philomeduſa magnis-oculis; Hector autem Eïoneum feriit haſta acuta *ad* ceruicem ſub galea aere-ſolida; ſoluitque membra. Glaucus vero, Hippolochi filius, Lyciorum dux virorum, Iphinoum feriit haſta, in aſpera pugna, Dexii filium, currum inſilientem velocem, in humero; hic autem curru humi cecidit, ſolutaque ſunt membra.

Hos vero vt animaduertit dea glaucis-oculis Minerua Argiuos perimentes in aſpera pugna, deſcendit de Olympi verticibus impetu facto Ilium ad ſacram; ei autem obuius properabat Apollo, ex Pergamo conſpicatus, Troianisque cupiebat victoriam; ſibi inuicem autem hi oc-

currerunt apud fagum. Hanc prior allocutus eſt rex, Iouis filius, Apollo:

„Cur tu vero rurſus concitata, o Iouis filia magni, veniſti ab Olympo, magnusque te affectus impulit? An vt iam Danais pugnae ancipitem victoriam des? quandoquidem minime Troianorum pereuntium miſereris. Sed ſi mihi quid obtemperaueris, quod certe multo ſatius eſſet, nunc quidem ceſſare-faciamus bellum et pugnam hodie: poſthac rurſus pugnabunt, donec finem Jlii inuenerint: quandoquidem ſic gratum eſt animo vobis deabus, euertere hanc vrbem."

Hunc autem viciſſim allocuta eſt dea caeſiis-oculis Minerua: „Ita ſit, o eminus iaculans; eadem enim ſentiens et ipſa veni ab Olympo, ad Troianos et Achiuos. Verum age, quomodo fert-animus praelium ſedare virorum?"

Hanc autem rurſus allocutus eſt rex, Iouis filius, Apollo: „Hectoris excitemus fortem animum equûm-domitoris, ſi quem forte Danaorum prouocabit, quocum ſolo ſolus ex aduerſo pugnet in graui pugna; tum autem *ipſi* indignati aere-ocreati Achiui ſolum *aliquem* incitent pugnare cum Hectore nobili."

Sic dixit; neque non-obſecuta eſt dea glaucis-oculis Minerua. Horum autem Helenus, Priami carus filius, ſenſit animo conſilium, quod vtique diis placuit conſultantibus; ſtetit itaque iuxta Hectorem profectus, et eum allocutus eſt:

„Hector, fili Priami, Ioui conſilio par, num mihi quid obſequeris? frater vtique tibi ſum. Caeteros quidem ſedere fac Troianos et omnes Achiuos; ipſe autem prouoca Achiuorum quicunque fortiſſimus, *vt* contra *te* pugnet in graui pugna. Nondum enim tibi fatum mori et interitum attingere; ſic enim ego vocem audiui deorum immortalium."

Sic dixit; Hector vero gauiſus eſt vehementer, ſermone audito; et in medium progreſſus, Troianorum coërcuit phalangas, media haſta prehenſa: illi autem reſederunt omnes. Sed et Agamemnon ſedere - fecit - ocreatos Achiuos: atque Minerua etiam et argenteum - arcum - gerens Apollo deſederunt, auibus ſimiles vulturibus, fago ſuper alta patris Iouis Aegiochi, viris delectati: horum vtique ordines ſedebant denſi, ſcutis et galeis et haſtis horrentes. Qualis autem Zephyri funditur ſuper pontum horror ſurgere iam inchoantis, nigreſcitque pontus ſub illo: tales quidem ordines ſedebant Achiuorumque Troianorumque in campo: Hector autem inter vtrosque locutus eſt:

„Audite me, Troiani, et bene ocreati Achiui, vt dicam quae me animus in pectoribus iubet. Foedera quidem Saturnius in excelſo ſedens non rata - fecit, ſed mala cogitans molitur vtrisque; donec vel vos Troiam beneturritam ceperitis, vel ipſi ad naues domiti fueritis pontum - transiicientes. Vobis quidem enim ſunt viri fortiſſimi omnium Achiuorum; quorum nunc, quemcunque animus *ſuus* mecum

pugnare iubet; huc prodeat ex omnibus, vt pugnet - ante - alios cum Hectore nobili. Sic vero aio, Iupiterque nobis teſtis adſit; ſi quidem forte me ille occiderit protenſam - cuſpidem - habente haſta: arma detracta ferat cavas ad naues, corpus vero meum domum remittat, vt ignis me Troiani et Troianorum vxores participem - faciant mortuum. Sin ego illum interfecero, dederitque mihi victoriam Apollo: arma detracta feram ad Jlium ſacram, et ſuſpendam ad templum Apollinis longe - iaculantis; at cadauer ad naues bonis - transtris - inſtructas remittam, vt ei exſequias - faciant caput - comantes Achiui, tumulumque ei aggerant ad latum Helleſpontum; et aliquando aliquis dicat etiam poſterorum hominum, *in* naui multis - transtris - inſtructa nauigans ſuper nigrum pontum: *Viri quidem hic tumulus iam pridem defuncti, quem olim fortiſſime-ſe - gerentem occidit illuſtris Hector.* Sic olim aliquis dicet; mea vero gloria nunquam peribit."

Sic dixit: illi autem omnes obmutuerunt ſilentio; verebantur quidem renuere, timebant autem recipere. Tandem vero Menelaus ſurrexit, et inter *eos* dixit, cum increpatione probra - obiectans, grauiterque ingemiſcebat animo:

„Me miſerum! iactatores, Achiuae, non amplius Achiui! Certe iam dedecus hoc erit grauiter grauiter*que*, ſi nullus Danaorum nunc Hectori obuius it. Atque vos quidem omnes

aqua et terra fiatis, ſedentes hic ſinguli excordes, inglorii ſic; aduerſus iſtum vero ego ipſe me armabo; verum ſuperne victoriae ſumma habetur in immortalibus diis."

Sic fatus, induebat arma pulcra. Tunc vtique tibi, Menelae, adfuiſſet vitae finis Hectoris in manibus, quoniam multo fortior erat; niſi propere-exſurgentes inhibuiſſent *te* reges Achiuorum: ipſeque Atrides, late-dominans Agamemnon, dextram prehendit manum, verbaque fecit, et compellauit:

„Inſanis, Menelae Iouis-alumne; neque quicquam tibi opus eſt hac dementia; contine vero *te*, dolens quamuis; neque velis, prae contentionis-ſtudio, te fortiori *cum* viro pugnare, Hectore Priamide, quem extimeſcunt et alii. Quin et Achilles huic pugna in glorioſa horret occurrere, qui te multo *eſt* fortior. Verum tu quidem nunc ſede, profectus ad agmen ſociorum; huic autem duellatorem alium excitabunt Achiui. Licet intrepidusque ſit, et etiamſi pugnae ſit inſatiabilis, exiſtimo eum libenter genu flexurum, *(conſidendo)* ſi effugerit ardenti ex pugna, et graui praelio."

Sic fatus flexit fratris praecordia heros, recta monens; ille autem paruit. Illius quidem poſtea laeti famuli ab humeris arma detraxerunt; Neſtor autem inter Argiuos ſurrexit et dixit:

„O dii, profecto ingens luctus Achiuam terram inuadit. Certe valde plorauerit ſenex equûm-agitator Peleus, praeſtans Myrmido-

num conſiliarius et concionator, qui olim me interrogans valde laetabatur ſua in domo, omnium Achiuorum inquirens genusque ſobolemque. Quos nunc ſi metu - conſternatos propter Hectorem omnes audierit: ſaepe ſane immortalibus ſuas manus attollet, anima e membris vt - deſcendat intra domum Plutonis. Vtinam enim, o Iupiterque pater, et Minerua, et Apollo, eſſem iuuenis, ſicut quando ad rapidum Celadontem pugnabant congregati Pyliique et Arcades haſtarum - vſu - exercitati, Pheae ad muros, Iardanis circa fluenta; inter illos autem Ereuthalion in acie - primus ſtabat, par - deo vir, arma gerens humeris Areïthoi regis, nobilis Areïthoi, quem cognomento Clauigerum viri appellabant, eleganterque - cinctae mulieres, quoniam vtique non arcu pugnabat, haſtaque longa, ſed ferrea claua rumpebat phalangas. Hunc Lycurgus interfecit dolo, non vi, anguſta in via, vbi vtique non claua ei exitium arcebat ferrea; ante enim Lycurgus occupans haſta medium transfodit, isque ſupinus ſolo alliſus eſt; armisque interfectum - ſpoliauit, quae ei dederat aereus Mars. Et ea quidem ipſe poſtea geſtabat in pugna Martis; at poſtquam Lycurgus in aedibus ſenuerat, dedit vtique Ereuthalioni, dilecto famulo, geſtanda. Illius *igitur* hic arma ferens prouocabat omnes fortiſſimos; hi autem valde tremebant et timebant, neque quisquam ſuſtinebat; verum me animus impulit audax, vt pugnarem, confidentia ſua; natu autem minimus eram om-

nium: et pugnabam cum - eo ego, deditque mihi victoriam Minerua. Hunc vtique proceriſſimum et fortiſſimum interfeci virum; multus enim iacebat extenſus hinc atque illinc. Vtinam ſic *nunc* pubeſcerem, vireſque mihi integrae eſſent! ita cito haberet, quicum - pugnaret expedite - pugnam - ciens Hector. Veſtrum autem qui ſunt fortiſſimi omnium Achiuorum, ne hi quidem alacriter parati - eſtis Hectori obuiam ire."

Sic increpauit ſenex; at *ſtatim* nouem omnes ſurrexerunt. Surrexit multo primus quidem rex virorum Agamemnon; poſt hunc autem Tydides ſurrexit fortis Diomedes; poſt hos autem Aiaces, ſtrenua muniti fortitudine. Poſt hos Idomeneus, et armiger Idomenei Meriones, par Marti homicidae. Poſt hos autem Eurypylus, Evaemonis praeclarus filius. Surrexit porro Thoas Andraemonis filius, et nobilis Vlyſſes. Omnes vtique hi volebant pugnare cum Hectore nobili. Hos autem inter rurſus dixit Gerenius equorum rector Neſtor:

„Sortibus nunc ſortimini vniuerſi, cui ſors obtigerit; ille enim ſane merebitur de bene - ocreatis Achiuis. Quin etiam ipſe ſuo animo laetabitur, ſi effugerit ardenti ex praelio et graui pugna."

Sic dixit: Ii autem ſortem ſignauerunt ſinguli, et iniecerunt galeae Agamemnonis Atridae. Populi interim ſupplicabant, diisque manus attollebant, ſic autem quis dicebat, intuens in coelum latum:

„Iupiter pater, *da* aut Aiacem ſortiri, aut Tydei filium, aut ipſum regem diuitis Mycenes!“

Ita dicebant. Concutiebatque *ſortes* Gerenius equorum rector Neſtor: exiliit autem ſors e galea, quam vtique volebant ipſi, Aiacis; praeco autem ferens per coetum vndiquaque, oſtendit, orſus - a - dextra, omnibus principibus Graecorum. Hi autem non agnoſcentes, renuerunt ſinguli. Sed cum ad illum peruenit *praeco*, ferens per coetum vndiquaque, qui ipſam inſcriptam galeae iniecerat illuſtris Aiax; porrexit quidem manum, et is impoſuit prope - adſtans; agnouit autem ſortis ſignum conſpicatus, et gauiſus eſt animo. Hanc quidem ad pedem ſuum humi iecit, dixitque:

„O amici, ſane ſors *eſt* mea, gaudeoque et ipſe animo, quoniam puto ſuperaturum *me* Hectorem nobilem. Verum agite, dum ego bellica arma induo, interim vos ſupplicate Ioui Saturnio regi, tacite vobiscum, vt ne Troiani audiant; vel etiam palam; quandoquidem neminem timemus prorſus. Non enim quis me vi volens nolentem ſummouebit, neque vero per imperitiam *meam;* quippe neque me rudem adeo ſpero in Salamine natum educatumque fuiſſe.“

Sic dixit; illi autem ſupplicabant Ioui Saturnio regi. Sic autem quis dixit, intuens in coelum latum:

„Iupiter pater, qui inde - ab - Ida imperas, auguſtiſſime, maxime; da vt victoriam Aiax

et praeclaram gloriam referat. Quod ſi et Hectorem diligis, et curam geris eius, aequalem ambobus vim et gloriam praebe."

Sic dixerunt. Aiax autem armabatur ſplendido aere. Poſtquam vero omnia circa corpus induerat arma, concitus - ferebatur deinde, qualis ingens incedit Mars, qui it in bellum ad viros, quos Saturnius animum - rodentis contentionis vi commiſit pugnare; talis vtique Aiax progreſſus eſt ingens, murus Achiuorum, ſubridens terribili vultu; infra autem pedibus incedebat, magnis - *paſſibus* gradiens, quaſſans praelongam haſtam. Hunc autem et Argiui valde laetabantur adſpicientes; Troianis autem fremor grauis ſubiit membra ſingulis; Hectorique ipſi animus in praecordiis palpitabat; ſed nequaquam iam poterat metu - refugere, neque regredi retro copiarum in turbam, quoniam prouocarat ad certamen. Aiax autem prope acceſſit, ferens ſcutum, inſtar turris, aereum, ſeptem - boum - pellibus - opertum, quod ei Tychius elaborarat fabricans, coriariorum longe praeſtantiſſimus, in Hyla aedes habitans: qui ei fecerat ſcutum varium, ſeptem - bubulis - pellibus - munitum taurorum praepinguium, octauum autem ſuperinduxerat aes. Hoc ante pectus ferens Telamonius Aiax ſtetit valde Hectorem prope, minabundusque allocutus eſt:

„Hector, nunc ſane manifeſto ſcies per te ſolum ſolus, quales etiam Danais principes interſint, etiam praeter Achillem hoſtium - agmina perrumpentem, animo - leonino - praeditum.

Sed ille quidem in nauibus recuruis pontum-transeuntibus iacet iram - longam - fouens aduerſus Agamemnonem paſtorem populorum: nos autem ſumus tales, qui tibi obuiam - ire-poſſimus, et multi. Sed ordire pugnam et certamen."

Hunc autem viciſſim allocutus eſt ingens pugnam - expedite - ciens Hector: „Aiax nobiliſſime, Telamonie, princeps populorum, ne me, tanquam puerum imbecillem, tenta. vel mulierem, quae neſcit bellicas res. Atqui ego bene ſcio pugnasque, caedesque. Scio ad dextram, ſcio ad ſiniſtram motare ſcutum aridum, ita vt poſſim indefeſſus bellare. Scio quoque in ſtataria *pugna*, ad ſaeui *leges* greſſum - componere Martis: ſcio etiam, poſtquam inſiluerim, pugnam in curru equarum velocium. Sed enim non te volo ferire, talis cum ſis, clanculum obſeruans, ſed aperte, ſi aſſequi potuero."

Dixit, et vibratam emiſit praelongam haſtam, et percuſſit Aiacis ingens ſcutum ſeptem-bubulis-pellibus - munitum, ſummum ad aes, quod octauum erat in illo. Sex autem per plicaturas penetrauit disſecans haſta indomita; in ſeptima vero pelle haeſit. Secundus viciſſim Aiax nobiliſſimus emiſit praelongam haſtam, et feriit Priamidae clypeum vndique aequalem. Per clypeum quidem penetrauit ſplendidum rapida haſta, et per thoracem affabre factum infixa eſt: e regione autem iuxta ile diſcidit tunicam haſta; ille vero inclinatus eſt, et euitauit

mortem nigram. Itaque eductis longis haſtis cominus ſimul ambo congreſſi ſunt, leonibus ſimiles cruda - vorantibus, vel ſuibus apris, quorum vtique robur non imbecille. Priamides quidem poſtea medium ſcutum feriit haſta; neque rupit aes, reflexa eſt autem ei cuſpis. Aiax autem clypeum punctim feriit inſiliens, et penitus tranſiuit haſta; conturbauitque illum irruentem et caeſim ceruicem percuſſit; ater autem exſiliit ſanguis. Verum ne ſic quidem ceſſauit a pugna expedite - pugnam - ciens Hector; ſed retrocedens lapidem prehendit manu robuſta, iacentem in campo, nigrum, aſperumque, magnumque: eo percuſſit Aiacis ingens ſcutum ſeptem - bubulis - pellibus munitum, medium ad vmbonem; circumſonuitque aes. Secundus autem Aiax, multo maiore lapide ſublato, miſit contortum, adhibuitque - connixus vires immenſas; perfregitque clypeum, percuſſum molari - veluti ſaxo; laeſitque ei genua: is autem ſupinus extenſus eſt, ſcuto inhaerens; ſed eum ſtatim erexit Apollo. Iamque enſibus cominus vulneraſſent *ſe inuicem*, niſi praecones, Iouis nuncii atque hominum, aduenilſſent, alter Troianorum, alter Achiuorum aere loricatorum, Talthybiusque et Idaeus, prudentes ambo. Medii autem inter - vtrosque ſceptra tenuerunt; dixitque ſermonem praeco Idaeus, prudentium conſiliorum peritus:

„Ne amplius, filii dilecti, bellate, neque pugnate; ambos enim vos diligit nubes - cogens Iupiter: amboque *eſtis* armis - acerrimi:

quod quidem et ſcimus omnes. Nox vero iam adeſt; bonum etiam nocti parere."

Hunc autem reſpondens allocutus eſt Telamonius Aiax: „Idaee, Hectorem haec iubete loqui; ipſe enim ad pugnam prouocauit fortiſſimos quosque; incipiat, ac ego omnino parebo, ſi quidem ille *paruerit*."

Hunc autem viciſſim allocutus eſt ingens pugnam - expedite - ciens Hector: „Aiax, quandoquidem tibi dedit deus magnitudinemque vimque, et prudentiam, haſta autem Achiuorum longe praeſtantiſſimus es; nunc quidem ceſſemus a pugna et certamine hodie; poſthac rurſum pugnabimus, donec fatum nos dirimat, det autem alterutri victoriam. Nox vero iam eſt; bonum etiam nocti parere: vt tuque exhilares omnes ad naues Achiuos, tuosque maxime amicos, et ſocios, qui tibi ſunt; at ego per vrbem magnam Priami regis Troianos exhilarabo et Troianas longa - peplorum ſyrmata-trahentes, quae vtique pro me ſupplicantes diuinum adeunt templum. Dona autem age mutuo inclyta demus ambo, vt quis ſic dicat Achiuorumque Troianorumque: Profecto pugnarunt ſtudio pugnandi animum exaſperantes, et iterum in amicitia disceſſere conciliati."

Sic vtique locutus dedit enſem argenteis - clauis - diſtinctum, cum vaginaque offerens et ſcite - facto balteo; Aiax vero cingulum dedit puniceo - colore ſplendidum.

Hi itaque digreſſi, alter quidem ad populum Achiuorum ibat, alter vero ad Troianorum

multitudinem vadebat. Hi autem gauiſi ſunt, vt viderunt viuumque et incolumem venientem, Aiacis elapſum fortitudinem et manus inuictas, et deduxerunt ad vrbem, deſperantes ſaluum eſſe. Aiacem vero ex - altera - parte bene - ocreati Achiui ad Agamemnonem nobilem deduxerunt laetum victoria. Hi autem cum iam in tentoriis Atridae eſſent, horum cauſa bovem ſacrificauit Rex virorum Agamemnon marem, quinquennem, praepotenti Saturnio; huic pellem - detraxerunt, et curarunt, et ipſum diſſecuerunt totum, et in - fruſta - parua - conciderunt ſcite, et transfixerunt verubus, et aſſarunt accurate, detraxeruntque omnia. Caeterum poſtquam ceſſarant ab opere, apparauerantque conuiuium, epulati ſunt, neque quicquam animus indiguit epuli aequalis; tergo vero Aiacem perpetuo honorauit heros Atrides, late dominans Agamemnon. At, poſtquam potus et cibi appetentiam exemerant, his ſenex primus - omnium texere coepit conſilium Neſtor, cuius et antea optimum apparuerat conſilium: qui ipſis prudens concionatus eſt et dixit:

„Atridaque et caeteri principes Achiuorum; multi quidem mortui ſunt comantes Achiui; quorum nunc ſanguinem atrum, circa pulcre fluentem Scamandrum, diffudit acer Mars, animaeque ad orcum deſcenderunt: itaque te oportet pugnam quidem prima luce intermittere Achiuorum, nos vero congregati curribus - aduehemus huc cadauera bobus et mulis; ac

comburemus ea prope ante naues, vt offa filiis quisque domum ferat, quando reuertamur in patriam terram; tumulum autem circa pyram vnum aggesta - terra faciamus egressi, omnibus communem in campo; iuxta autem ipsum aedificemus cito murum altum, *(vallum)* propugnaculum nauiumque et *nostrûm* ipsorum; in ipsis autem portas faciamus bene coagmentatas, vt per ipsas equestris via sit; exterius autem profundam fodiamus prope fossam, quae equos et viros prohibeat circum - ducta, ne quando irruat pugna Troianorum superborum."

Ita dixit: Omnes autem approbarunt principes.

Troianorum item concio facta est Ilii in arce summa, trepida, turbulenta, ad Priami fores; in his autem Antenor prudens incepit concionari:

„Audite me, Troiani, et Dardani, et Socii, vt dicam quae me animus in pectore iubet. Eia agite, Argiuam Helenam et opes cum ipsa reddamus Atridis abducendas; nunc autem foedere fido violato pugnamus: quare nihil vtile nobis autumo effectum - iri, nisi fecerimus ita."

Ille quidem sic locutus resedit. *In* iis autem surrexit nobilis Alexander, Helenae maritus pulcrae - comas, qui ipsum respondens verbis alatis allocutus est:

„Antenor, tu quidem non iam mihi grata haec dicis; nosti et aliam sententiam meliorem hac excogitare. Sin autem reuera hanc serio dicis, vtique tibi iam dii mentem ad-

emerunt ipſi. At ego Troianos inter equûm-domitores dicam-ſententiam: aperte autem profiteor, coniugem quidem non reddam; opes vero quascunque abduxi ex Argo noſtram domum, omnes volo dare, atque etiam de meo alias adiungere."

Ille quidem ſic locutus conſedit. Inter eos autem ſurrexit Dardanides Priamus, diis-conſiliarius par; qui ipſis ſapiens concionatus eſt et dixit:

„Audite me, Troiani, et Dardani, et Socii, vt dicam, quae me animus in pectore iubet. Nunc quidem coenam ſumite per exercitum, ſicvt antea, et excubiarum mementote, et vigilate quisque: mane autem Idaeus eat cauas ad naues, nuntiatum Atridis, Agamemnoni et Menelao, ſententiam Alexandri, cuius cauſa contentio exorta eſt. Quin et hunc addat prudentem ſermonem, num velint ceſſare a bello horriſono, donec cadauera combuſſerimus; poſtea iterum pugnabimus, donec fatum nos dirimat, detque alterutris victoriam."

Sic dixit; illi autem ei maxime auſcultarunt, et paruerunt. Coenam deinde ſumſerunt per exercitum turmatim: mane autem Idaeus iuit cauas ad naues. Inuenit vero in concione Danaos, famulos Martis, nauis ad puppim Agamemnonis; atque ille inter eos, ſtans in mediis, vocem-edidit vocalis praeco:

„Atridaeque et alii Principes omnium Graecorum, iuſſit Priamusque, et alii Troiani illuſtres, dicere, ſi quidem vobis gratum et iu-

cundum sit, sententiam Alexandri, cuius caussa contentio exorta est. Opes quidem quascunque Alexander cauis in nauibus adduxit Troiam, (vtinam ante periisset,) omnes vult dare, et etiam de suo alias adiungere; iuuenem autem vxorem Menelai gloriosi negat *se* redditurum: quanquam eum Troiani sane hortantur. Quin et hunc *insuper* iusserunt dicere sermonem, num velitis cessare a bello horrisono, donec mortuos cremauerimus; postea iterum pugnabimus, donec fatum nos dirimat, detque alterutris victoriam."

Sic dixit; illi vero omnes obmutuerunt silentio. Tandem autem inter eos locutus est pugna strenuus Diomedes:

„Ne quis nunc opes Alexandri accipiat, neque *ipsam quidem* Helenam; manifestum enim *ei*, qui vel plane infans est, quod iam Troianis exitii vltima imminent."

Sic dixit; omnes autem acclamabant filii Achiuorum, sermonem admirati Diomedis equûm domitoris. Atque tum porro Idaeum allocutus est rex Agamemnon:

„Idaee, vtique sententiam Achiuorum ipse audis, quemadmodum tibi respondent: mihi autem *itidem* placet sic. Sed de mortuis cremandis nihil recuso. Non enim vlla prohibitio cadauerum mortuorum est, postquam occubuerint, *iis* igne - gratum - officium - facere ocyus. Foederis autem Iupiter esto - testis, altitonans, maritus Iunonis."

Sic locutus, sceptrum sustulit omnibus diis. Retro vero Idaeus iuit ad Ilium sacram. Sedebant autem in concione Troiani et Dardani, omnes congregati expectantes quando rediret Idaeus; ille autem venit et nuntium exposuit, stans in mediis. Hi autem accingebant se perquam celeriter, vtrumque *ad opus, alii* ad cadauera aduehenda, alii vero ad lignandum. Argiui item ex - altera - parte bonis - transtris - instructis a nauibus properabant, *alii* vt cadauera adueherent, alii vero lignatum.

Sol quidem dein recens percutiebat *radiis* arua, ex leniter - fluente profundo Oceano, coelum ascendens; illi vero occurrebant sibi invicem. Ibi dignoscere difficile erat virum quemque *in mortuis*; sed aqua abluentes tabum sanguinolentum, lacrymas calidas fundentes, curribus imposuerunt. Non tamen sinebat flere Priamus magnus; illi igitur silentio cadauera rogo cumulatim - imponebant, moerentes corde; quum vero igne cremassent, redierunt ad Ilium sacram. Similiter etiam ex - altera - parte bene - ocreati Achiui cadauera rogo cumulatim - imponebant, moerentes corde; *iisque* igne crematis, redierunt cauas ad naues. Cum vero nondum *esset* aurora, sed adhuc sublustris nox, tum circa pyram lecta surrexit manus Achiuorum; tumulumque circa eam vnum fecerunt egressi omnibus communem extra campum; iuxtaque ipsum, murum *(vallum)* aedificarunt turresque altas, propugnaculum nauiumque et ipsorum; inque eis portas fece-

runt bene coagmentatas; vt per illas equeſtris via eſſet; exterius autem profundam prope illum foſſam foderunt, latam, magnam; inque *ea* vallos defixerunt. Sic quidem opus faciebant comantes Achiui.

Caeterum dii, apud Iouem ſedentes fulgurum-auctorem, admirabundi-ſpectabant magnum opus Achiuorum aere-loricatorum. Eosque inter loqui orſus eſt Neptunus concuſſor-terrae:

„Iupiter pater, ecquis eſt mortalium in immenſa terra, qui poſthac immortalibus mentem et conſilium *ſuum* communicabit? [*eos conſulet*]. Non vides, quomodo rurſum comantes Achiui murum ſtruxerint pro nauibus, circumque foſſam duxerint, neque diis dederint inclytas hecatombas? Huius profecto gloria erit, quacunque diffunditur lux; illius autem obliviſcentur, quem ego et Phoebus Apollo heroï Laomedonti aedificauimus-circa vrbem, malis-exerciti-laboribus.“

Hunc autem grauiter indignatus allocutus eſt nubes-cogens Iupiter: „Papae, terrae-concuſſor late-potens, quale *hoc* dixiſti? Alius vtique aliquis deorum hoc reformidaſſet auſum, qui te multo imbecillior manibusque animisque *ſit;* tua vero certe gloria *tibi* erit, quam-late diffunditur lux. Age porro, cum retro comantes Achiui abierint cum nauibus dilectam in patriam terram, murum deturbatum hunc quidem in mare totum demergito; poſtea au-

tem littus magnum arena obtegito; vt tibi ingens murus euaneſcat Achiuorum.“

Sic illi quidem talia inter ſe colloquebantur. Occidit vero ſol, abſolutumque eſt opus Achiuorum. Boues autem mactabant per tentoria, et coenam ſumebant. Naues porro e Lemno appulerunt, vinum vehentes, multae, quas miſerat Iaſonis filius Eunëus, quem peperit Hypſipyle ex Iaſone paſtore populorum. Seorſum autem Atridis, Agamemnoni et Menelao, dederat Iaſonis filius muneri - ferendum vinum mille menſuras. Inde vtique vinum - emebant comantes Achiui, alii quidem aere, alii autem ſplendido ferro, alii autem pellibus, alii vero ipſis bobus, alii demum mancipiis; apparabantque conuiuium laetum. Per - totam - noctem quidem deinde comantes Achiui epulabantur; Troës vero per vrbem, et ſocii. Pernox vero ipſis mala moliebatur prouidus Iupiter, terribiliter tonans; illos autem pallidus timor cepit; vinum autem ex poculis in terram fundebant, nec quisquam auſus eſt ante bibere, quam libaſſet praepotenti Saturnio. Decubuerunt deinde, et ſomni donum ceperunt.

ILIADIS

LIBER VIII.

Aurora quidem croceo - peplo - induta spargebatur totam per terram; Iupiter vero deorum concionem habuit gaudens - fulmine, summo *in* vertice multa - cacumina - habentis Olympi. Ipse autem illis concionabatur, dii vero simul omnes auscultabant: „Audite me, omnesque dii, omnesque deae, vt dicam, quae me animus in pectore iubet. Ne qua igitur femina dea hoc, neu quis mas *deus* tentet rescindere meum edictum; sed simul omnes assentimini, vt celerrime perficiam has res. Quemcunque vero ego seorsum deorum vltroneum intellexero profectum, vt vel Troianis auxilium ferat, vel Danais; sauciatus indecore redibit in Olympum; aut ipsum correptum proiiciam in Tartarum tenebrosum, procul valde, vbi profundissimum sub terra est barathrum, vbi ferreaeque portae et aereum limen, tantum infra Orcum, quantum coelum distat a terra; cognouerit deinde, quanto sum deorum potentissimus omnium. Quin agite, periculum - facite dii, vt sciatis omnes, catena aurea de coelo suspensa; omnesque ex ea pendete dii, omnesque deae;

at non traxeritis de coelo in terram Iouem ſummum conſiliarium, ne quidem ſi valde multum labore contenderitis. Verum quando deinceps ego lubens voluero trahere, cum ipſa vtique terra traxero, ipſoque mari; catenam quidem dein circa cacumen Olympi alligauero; illa vero ſublimia omnia pependerint. Tanto ego ſuperque ſum deos, ſuperque ſum homines.“

Sic dixit. Hi autem omnes obmutuerunt ſilentio, orationem admirati; valde enim minaciter concionatus erat. Tandem vero interlocuta eſt dea caeſiis - oculis Minerua:

„O pater noſter, Saturnie, ſumme regum, bene et nos ſcimus, quod tibi potentia vinci-neſcia; attamen Danaos lugemus bellicoſos, qui iam malo fato expleto perierint. Verum enim vero pugna quidem abſtinebimus, ſi tu iubes: conſilium vero Argiuis ſuggeremus, quod proderit; vt ne omnes pereant, irato te.“

Hanc autem ſubridens allocutus eſt nubes-cogens Iupiter: „Bono - eſto - animo, Tritonia, dilecta filia: neutiquam animo infeſto loquor; volo vero tibi mitis eſſe.“

Sic fatus, ſub curru iunxit aëripedes equos celeriter - volantes, aureis iubis comantes; aurum autem ipſe induit circa corpus; cepitque ſcuticam auream, ſcite factam, ſuumque conſcendit currum. Scutica autem percuſſit, vt traherent *currum*, iique non inuiti volabant in medio inter terramque et coelum ſtellatum. Idam autem venit fontibus irriguam, matrem fe-

rarum, *ad* Gargarum, vbi vtique *erat* ei ager ſacer altareque odoratum: ibi equos ſtitit pater hominumque deûmque, ſolutos curru, caliginemque multam circumfudit. Ipſe autem in verticibus ſedit gloria exultans, inſpiciens Troumque vrbem et naues Achiuorum. Illi vero ientaculum ſumſerunt, comantes Achiui, raptim per tentoria, ſtatimque poſt id armabantur. Troiani item ex-altera parte per vrbem armabantur pauciores; promti tamen erant etiam ſic pugna contendere, neceſſitate dura, proque liberis et pro vxoribus. Omnes itaque aperiebantur portae, foraſque ruebant copiae, peditesque equitesque; ingensque tumultus coortus eſt. Hi autem cum iam in locum vnum congredientes conueniſſent, commiſerunt ſcuta, itemque haſtas, et robora virorum aereis-thoracibus-indutorum; ac clypei vmbonibus-muniti appropinquabant inuicem: ingensque tumultus eſt coortus.

Tum vero ſimul eiulatusque et gloriatio erat virorum perdentiumque et pereuntium: fluebat autem ſanguine terra. Quamdiu quidem tempus matutinum erat, et creſcebat ſacra dies, tamdiu vtique vtrorumque tela attingebant, cadebatque populus; quum vero ſol medium coelum conſcendiſſet, tum vtique aureas pater attollebat lances; impoſuitque duo fata longum-ſomnium-adferentis mortis, Troumque equitum et Achiuorum aere-loricatorum ſuſtinuitque medias prehenſas: inclinata eſt autem fatalis dies Achiuorum. Vtique Achiuorum fa-

ta in terra alma conſidebant; Troum vero, ad coelum latum ſublata - erant. Ipſe autem ex Ida magnum tonabat, ardensque miſit fulgur in exercitum Achiuorum: illi autem conſpicati obſtupuerunt, et omnes pallidus timor cepit. Tum vero nec Idomeneus auſus eſt manere, nec Agamemnon, neque duo Aiaces manſerunt, famuli Martis. Neſtor autem ſolus manſit Gerenius, cuſtos Achiuorum, minime volens, ſed equus debilitatus erat; quem percuſſerat ſagitta nobilis Alexander, Helenae vir pulcrae - comas, ſummo in vertice, vbi ſcilicet primi crines equorum cranio innaſcuntur; maxime autem lethale eſt. Dolore itaque correptus erigebatur, ſagitta enim ad cerebrum penetrarat; conturbabatque equos, volutans ſe circa ferrum. *Porro* dum ſenex equi *huius* lora abſcindebat gladio inſurgens; interim Hectoris veloces equi venerunt per turbam - inſequentium, audacem aurigam ferentes Hectorem; atque tum ſenex vitam perdidiſſet, niſi illico animaduertiſſet pugna ſtrenuus Diomedes. Horrendum autem clamauit, adhortans Vlyſſem:

„Nobiliſſime Laërtiade, ſollertia - pollens Vlyſſe, quo fugis, tergo obuerſo, ignauus velvti, in turba? *Caue,* ne quis tibi fugienti tergo haſtam infigat. Quin mane, vt a ſene propellamus trucem virum.“

Sic dixit. At non exaudiuit patiens nobilis Vlyſſes; verum raptim - praeteriit cauas ad naues Achiuorum. Tydides autem, ſolus licet exiſtens, primis - pugnatoribus mixtus eſt ſte-

titque ante equos Neleidae ſenis, et ipſum compellans verbis alatis allocutus eſt:

„O ſenex, certe valde iam te iuuenes premunt bellatores. Tua vtique vis ſoluta eſt, grauisque te ſenecta perſequitur; debilis autem tibi famulus, ſegnesque tibi equi. Verum age, meos currus conſcende, vt videas, quales Troii equi, periti per-campum rapide valde huc et illuc inſequi et fugere: quos nuper ab Aenea cepi artifice fugandi-*hoſtes*. Iſtos quidem *tuos* famuli *tuus et meus*, curent: hos vero nos Troianos in equûm-domitores dirigamus, vt et Hector ſciat, an et mea haſta inſaniat in manibus."

Sic dixit; neque non obſecutus eſt Gerenius eques Neſtor. Neſtoreas quidem poſtea equas famuli curabant fortes Sthenelusque et Eurymedon virtutis-amans: hi autem ambo Diomedis currum conſcenderunt. Neſtor autem in manus ſumſit habenas miro-artificio-factas; percuſſitque ſcutica equas, celeriterque Hectorem prope fuerunt. Hunc porro recta irruentem telo-petit Tydei-filius; et ab eo quidem aberrauit: ſed aurigam famulum, filium magnanimi Thebaei Eniopeum, equorum habenas tenentem, percuſſit pectus iuxta mammam; decidit autem de curru, retroceſſeruntque eius equi veloces: eius autem ibi ſoluta eſt animaque roburque. Hectorem vero grauis dolor operuit animum propter-aurigam; hunc quidem dein ſiuit, tametſi dolens ſodalis *gratia*, iacere; ipſe autem aurigam quaerebat audacem.

Neque ſane diu equi indigebant rectore; ſtatim enim inuenit Iphiti filium Archeptolemum audacem, quem tunc equos pedibus veloces conſcendere fecit, deditque ei habenas in manus.

Tum vero ingens - clades fuiſſet, et exitialia facinora edita fuiſſent; quin et concluſi - fuiſſent - vt - in - ſtabulo *Troiani* in Jlium, ceu agni: niſi cito animaduertiſſet pater hominumque deûmque. Tonans autem grauiter, emiſit candens fulmen, et ante equos Diomedis iniecit in terram. Terribilis autem flamma exorta eſt ſulphuris ardentis; et equi territi conſternabantur ſub curru; Neſtoris autem e manibus fugerunt habenae miro - artificio - factae; timuitque ille animo, Diomedemque allocutus eſt:

„Tydide, age iam in fugam dirige ſolidos - vngulis equos. An non ſentis, quod tibi a Ioue non ſequitur victoria? Nunc quidem enim huic Saturnius Iupiter gloriam praebet hodie; poſtea rurſus etiam nobis, ſi voluerit, dabit; homo autem nequaquam Iouis conſilium impedierit, ne quidem fortiſſimus; quoniam *ille* longe potentiſſimus eſt.“

Huic autem reſpondit deinde pugna ſtrenuus Diomedes: „Profecto haec omnia, ſenex, recte dixiſti. Sed ille grauis dolor *mihi* cor et animum inceſſit: Hector enim aliquando dicet, inter Troianos concionans, Tydides a me fugatus ſe - recepit - ad naues. Sic aliquando gloriabitur; tunc mihi dehiſcat lata terra.“

Huic autem reſpondit deinde Gerenius eques Neſtor: „Hei mihi, Tydei fili bellicoſe, quale verbum dixiſti! Etſi enim te Hector ignauum et imbellem dixerit, attamen non credent Troiani et Dardanidae, et Troianorum vxores magnanimorum clypeatorum, quarum in puluere deieciſti iuuenes maritos.“

Sic locutus in fugam vertit ſolidos - vngulis equos, retro in turbam *fugientium;* in *eos* autem Troianique et Hector *cum* - clamore ingenti tela luctuoſa fundebant. Tum vero altum inclamauit ingens pugnam - expedite - ciens Hector:

„Tydide, prae *caeteris* quidem te honorabant Danai pernices - equites ſedeque, carnibusque, et plenis poculis; nunc vero te ignominia - afficiant; mulieris vtique ſimilis es. Abi - in - malam - rem, timida puella; quoniam minime, cedente me, turres noſtras conſcendes, neque mulieres abduces in nauibus: prius tibi fatum dabo.“

Sic dixit. Tydides autem biſariam anxie - cogitauit, equosque conuertere, et contra pugnare. Ter quidem cogitauit mente et animo: ter vero ab Idaeis montibus intonuit prouidus Iupiter, ſignum dans Troianis, pugnae alternantem victoriam. Hector autem Troianos hortabatur, alte vociferans:

„Troiani, et Lycii, et Dardani cominus pugnantes, viri eſtote, amici, et mementote ſtrenuae fortitudinis. Sentio vtique, quod mihi lubens annuit Saturnius victoriam et magnam

gloriam, at Danais exitium. Stulti, qui ſcilicet hos muros ſtruxerunt infirmos, contemnendos, qui non robur meum arcebunt: equi vero facile foſſam tranſilient, quam *illi*-foderunt. Verum quando iam naues ad cauas peruenero, memoria aliqua tum ignis ardentis eſto, vt igne naues incendam, interficiam autem et ipſos Argiuos apud naues, attonitos in fumo.“

Sic fatus, equos adhortatus eſt, dixitque: „Xantheque, et tu Podarge, et Aethon, Lampeque generoſe, nunc mihi curam rependite, qua permagna Andromache, filia magnanimi Eetionis, vobis prioribus *ante alios* gratum triticum appoſuit, vino etiam immiſto ad bibendum, quandocunque animus iuberet, quam mihi, qui ei iuuenis maritus glorior eſſe. Verum inſequimini et feſtinate; vt capiamus clypeum Neſtoreum, cuius nunc fama ad coelum peruenit, totum aureum eſſe, manubriaque et ipſum; atque ab humeris Diomedis equûm-domitoris, affabre-factum thoracem, quem Vulcanus elaborauit fabricans. Si haec vtique ceperimus, ſperauerim equidem Achiuos hac-ipſa-nocte naues conſcenſuros veloces.“

Sic dixit glorians; indignata autem eſt veneranda Iuno; et commouit ſe in ſolio, tremefecitque magnum Olympum; et Neptunum, magnum deum, coram allocuta eſt:

„Eheu, Terrae-quaſſator, late-potens, nonne tibi quidem pereuntium Danaorum miſereſcit in praecordiis animus? Qui tamen tibi Helicenque et Aegas dona ferunt multaque et

elegantia; tu itaque ipſis cupias victoriam. Siquidem enim velimus, quotquot Danais fautores-*ſumus*, Troianos repellere, et coërcere late-ſonantem Iouem: illic ſane tunc triſtaretur ſedens ſolus in Ida."

Hanc autem valde indignatus allocutus eſt rex Neptunus: „Iuno in dicendo-audax, qualem hunc ſermonem dixiſti? Non equidem ego velim cum Ioue Saturnio pugnare nos alios, quoniam longe potentiſſimus eſt."

Sic hi quidem talia inter ſe inuicem loquebantur. *Graecis* autem quod ſpatii *iam inde* ex nauibus a muro foſſa incluſit, repletum erat pariter equisque et viris ſcutatis coactis-in-anguſtum; cogebat vero veloci par Marti Hector Priamides, quando ei Iupiter hoc, *vt pugna ſuperior eſſet*, dedit. Et ſane concremaſſet igne ardenti naues aequales, niſi in praecordia poſuiſſet Agamemnoni veneranda Iuno, ipſi per-ſe ſtudioſe-agenti, ocyus incitare Achiuos. Perrexit itaque ire ad tentoriaque et naves Achiuorum, purpuream magnam pallam tenens manu robuſta. Stetit autem in Vlyſſis ingenti naue nigra, quae in medio erat, vt-vox-exaudiri-poſſet in vtramque partem, et ad Aiacis tentorium Telamonii, et ad Achillis; qui *duo* vtique ad extrema naues aequales ſubduxerant, virtute freti et robore manuum. Vociferatus autem eſt alta-voce, Danaos inclamans:

„*Proh* pudor, Argiui, turpia probra, forma *tantum* admirabiles! Quo abierunt gloriatio-

nes, cum profitebamur nos eſſe fortiſſimos; quas olim in Lemno vana-iactantes proferebatis, comedentes carnes multas boum cornutorum, bibentes*que* crateras coronatos vino: *ſcilicet* Troianorum aduerſus centenosque ducenosque, quemque *veſtrum* ſtaturum in pugna? nunc autem ne vni quidem aequales ſumus Hectori, qui mox naues incendet igne ardenti. Iupiter pater, anne vllum adhuc praepotentium regum tali clade afflixiſti, et eum magna gloria priuaſti? Et tamen nego *me* vnquam tuum *vllum* perpulcrum altare naue multis-transtris-inſtructa praeteriiſſe, quum huc malo-fato venirem; ſed in omnibus boum adipem et femora combuſſi, cupiens Troiam bene-munitam exſcindere. At, Iupiter, hoc ſaltem mihi perfice votum; *nos* ipſos ſaltem permitte effugere et euadere, neque ſic a Troianis ſinas interimi Achiuos. "

Sic dixit. Huius autem *deorum* pater miſertus eſt lacrymantis; annuitque ei exercitum ſaluum fore, neque periturum. Statim vero aquilam miſit certiſſimum-augurium-facientem ex volucribus, hinnulum tenentem vnguibus, ſobolem ceruae velocis; iuxta autem Iouis altare perpulcrum deiecit hinnulum, vbi Panomphaeo Ioui ſacrificabant Achiui.

Hi autem poſtquam viderunt, quod a Ioue veniſſet auis; alacrius in Troianos irrumpebant, recordabanturque pugnae. Tum nemo prior ex Danais, multi licet eſſent, gloriatus eſt,

255 Tydidem ante, agitaſſe veloces equos, extra-
que foſſam egiſſe, et contra pugnaſſe; ſed lon-
ge primus *ille* Troianorum interemit virum arma-
tum, Phradmonis filium Agelaum: is quidem
in - fugam verterat equos; ei autem conuer-
ſo, dorſo haſtam infixit, humeros inter, per-
260 que pectora adegit; decidit autem de curru,
ſonitumque dederunt arma ſuper ipſo. Poſt
hunc autem Atridae, Agamemnon et Menelaus;
poſtque hos, Aiaces, ſtrenuam induti fortitudi-
nem; poſtque hos Idomeneus, et armiger Ido-
265 menei Meriones, par Marti homicidae; poſt-
que hos Eurypylus, Euaemonis praeclarus filius.
Teucer autem nonus venit, reſilientes arcus ten-
dens; ſtetitque ſub Aiacis ſcuto Telamonii. Ibi
Aiax quidem *ei* ſubmouebat ſcutum; at iſte heros
circumſpiciens, poſteaquam aliquem iaculatus in
270 turba vulneraſſet, ille quidem *(qui vulneratus
erat)* ibi delapſus animam amittebat, ipſe ve-
ro (*Teucer*) retro ſe - recipiens, puer tanquam
ad matrem, ſummittebat ſe ſub Aiacem; ille
vero eum ſcuto tegebat ſplendido. Tum, quem
primum Troianorum interfecit Teucer eximius?
Orſilochum quidem primum, et Ormenum et
275 Opheleſtem Daetoremque, Chromiumque, et
deo - parem Lycophontem, et Polyaemonis
filium Hamopaonem, et Melanippum, omnes
alium ſuper - alium deiecit in terram almam.
Eum autem conſpicatus, laetatus eſt rex virorum
Agamemnon, arcu e forti Troianorum per-
280 dentem phalangas: ſtetit autem ad eum pro-
fectus, et ipſum allocutus eſt:

„Teucer, carum caput, Telamonis fili, princeps populorum, iaculare ſic; ſiquod forte lumen Danais fias, patrique tuo Telamoni, qui te educauit paruulum exiſtentem, et te, ſpurius licet eſſes, *vxore ſuperinducta natus*, ſtudioſe-aluit ſua in domo: hunc, etiamſi procul abſit, in gloriam euehe. Tibi autem ego edico, vt et perfectum erit: Si mihi dederit Iupiter Aegiochus et Minerua Jlii euertere bene-aedificatam vrbem, primo tibi poſt me praemium-honorarium in manu ponam, vel tripodem, vel duos equos cum ipſis curribus, vel mulierem, quae tecum eundem lectum conſcendat."

Hunc autem reſpondens allocutus eſt Teucer eximius: „Atrida illuſtriſſime, cur me properantem et ipſum incitas? neque enim, quantum in me certe eſt, ceſſo; ſed ex quo Jlium verſus repulimus ipſos, ex eo vtique ſagittis exceptos viros interficio. Octo ſane iam emiſi longos hamos-habentes ſagittas, omnes autem in corpore fixae ſunt bellicoſorum iuuenum; hunc vero nequeo percutere canem rabidum."

Dixit, et aliam ſagittam a neruo miſit Hectorem contra, ferire autem ipſum cupiebat animus: et ab eo quidem aberrauit; ſed eximium Gorgythionem, filium fortem Priami, ad pectus feriit ſagitta: quem vtique, ex Aeſyma ducta peperit mater, pulcra Caſtianira, corpore ſimilis deabus. Papauer autem ſicuti, in-alteram-partem caput inflexit, quod in horto fructu *ſit* grauatum, humoreque verno; ſic

ille in - alteram - partem inclinauit caput caſſide grauatum. Teucer vero aliam ſagittam a neruo miſit Hectorem contra, percutere autem ipſum cupiebat animus. At iſte etiam tunc aberrauit; auertit enim Apollo; ſed Archeptolemum, audacem Hectoris aurigam, ruentem ad pugnam, percuſſit in pectore iuxta mammam, decidit autem de curru, retroceſſeruntque eius equi veloces: ipſius vero ibi ſoluta eſt animaque roburque. Hectori autem grauis dolor oppreſſit mentem *ob* aurigam. Hunc tamen demum reliquit, triſtis licet *ſui* ſodalis gratia; Cebrionem autem iuſſit fratrem, prope exiſtentem, equorum habenas capere. Hic porro non immorigerus - fuit, vt audiuit. Ipſe autem de curru humi deſiliit collucente, horribiliter vociferans; et ſaxum prehendit manu; perrexitque recta in Teucrum, ac ferire ipſum animus iubebat. Ille quidem pharetra exemerat amaram ſagittam, poſueratque ad neruum; illum vero pugnam - expedite - ciens Hector retro ducentem *neruum*, ad humerum, qua - parte iunctura dirimit ceruicemque pectusque, maxime autem lethalis locus eſt, ea vtique parte in ſe tendentem *ſagittam* percuſſit lapide aſpero. Rupit autem ei neruum. Obtorpuit vero manus ad iuncturam; conſtititque in genua lapſus, arcusque ei excidit de manu. Aiax autem non neglexit fratrem collapſum, ſed accurrens protexit, et ei ſcutum praetendit. Hunc quidem poſtea ſubeuntes duo chari ſocii, Mecisteus, Echii filius, et nobilis Alaſtor, na-

ves ad cauas portarunt grauiter gementem. Rurſus autem Troianis Olympius animos excitavit; illique recta ad foſſam profundam repulerunt Achiuos. Hector autem inter primos ibat, prae ferocia oculos - truces - circumferens.

Vt vero, cum aliquis canis aprum ſylueſtrem, vel leonem, apprendat a tergo, pedibus velocibus fretus, coxasque clunesque, conuertentemque *ſe* obſeruat: ſic Hector inſequebatur comantes Achiuos, ſemper occidens poſtremum *quemque*; hi vero fugiebant. At poſtquam perque vallos et foſſam transierant fugientes, multique domiti erant Troianorum ſub manibus: hi quidem iam apud naues continebantur manentes, inuicemque hortantes, et omnibus diis manus attollentes, alta - voce precabantur vnusquisque. Hector vero vndique - circum - agebat pulcras - iubas - habentes equos, Gorgonis oculos habens et hominis perdentis Martis. Hos autem conſpicata, miſerta eſt dea candida - vlnis Iuno, ſtatimque Mineruam verbis alatis allocuta eſt:

„Eheu! Aegiochi Iouis filia, nonne iam nos pereuntes Danaos curabimus, extremo ſaltem *in eorum caſu?* qui *iam* vtique malo fato expleto perierint viri vnius impetu: quippe furit non amplius tolerabiliter Hector Priamides, et ſane mala multa fecit.“

Hanc autem viciſſim allocuta eſt dea caeſiis - oculis Minerua: „Atqui omnino hic quidem ferociam animamque perdidiſſet, manibus Ar-

giuorum confectus in patria terra: ſed pater ille meus mente furit non ſana, durus, ſemper iniquus, mei animi - impetus impeditor. Nec quicquam horum recordatur, quod ei ſaepe filium *Herculem* confectum *viribus* ſeruaui ſub Euryſthei laboribus. Certe is quidem flebat ad coelum; ſed me Iupiter ei auxiliaturam de coelo demiſit. At ſi ego haec ſciuiſſem mente prudenti, cum eum ad orcum validas - portas - habentem miſit, ex Erebo ducturum canem horrendi Plutonis: non vtique effugiſſet Stygis aquae profunda fluenta. Nunc autem me quidem odit, Thetidis vero perfecit conſilia, quae ei genua oſculata eſt, et prehendit manu barbam, ſupplicans, vt honoraret Achillem vrbium euerſorem. Erit tamen, cum iterum dilectam Mineruam dicat. Quin tu quidem nunc nobis iunge ſolidos - vngulis - equos, dum ego, ingreſſa Iouis domum Aegiochi, armis ad bellum inſtruar, vt videam an nos *conſpiciens* Priami filius pugnam - expedite - ciens Hector gauiſurus ſit, quum apparebimus per belli ſemitas. Certe aliquis et Troianorum ſaturabit canes et alites pinguedine et carnibus, ſtratus ad naues Achiuorum."

Sic dixit: neque non obſecuta eſt dea candida - vlnas Iuno. Ac quidem diſcurrens auro - phaleratos inſtruebat equos Iuno, veneranda dea, filia magni Saturni. Minerua autem, filia Iouis Aegiochi, peplum quidem laxatum - defluere - ſiuit tenue patris ſuper pauimento, varium, quod vtique ipſa fecerat et

elaborarat manibus: ipſa vero loricam induta Iouis nubes - cogentis, armis ad bellum armabatur lacrymoſum. In currum autem fulgidum pedibus conſcendit; ſumſitque haſtam grauem, magnam, validam, qua domat ordines virorum heroum, quibuscunque iraſcitur praepotenti - patre nata. Iuno porro ſcutica velociter vrgebat equos. Sponte - ſua autem portae crepuerunt coeli, quas cuſtodiebant Horae, quibus commiſſum eſt magnum coelum Olympusque, vt et remoueant denſam nubem, et admoueant. Hac vtique *via*, per eas, ſtimulo - parentes dirigebant equos. Iupiter autem pater ab Ida vt vidit, iratus eſt grauiter, Irimque excitauit aureas - alas habentem, nunciaturam:

„Vade age, Iri velox, retro verte, neque *eas* ſine aduerſus *me* venire; non enim commode congrediemur in praelium. Sic enim edico, quod et perfectum erit: claudos - reddam quidem ipſis ſub curribus veloces equos; ipſasque de curru deiiciam, et currus confringam; nec decem vertentibus annis vulnera perfecte - ſanare - poterunt, *per* quae attingat *eas* fulmen. Vt intelligat Minerua, quando cum ſuo patre pugnauerit. Iunoni autem non tantopere ſuccenſeo, neque iraſcor; ſemper enim mihi ſolet interrumpere, quicquid in - animum - induxero.“

Sic dixit. Feſtinabat autem Iris curſu - procellas - aequans, nunciatura; iuitque ex Idaeis montibus, ad magnum Olympum. Primis

autem in portis multas - conualles - habentis Olympi occurrens detinuit *eas*, Iouisque ipſis expoſuit ſermonem:

„Quo tenditis? cur vobis in praecordiis furit animus? Non ſinit Saturnius auxilium - ferre Argiuis. Sic enim minatus eſt Saturni filius, ſi quidem perficiet, claudos - redditurum quidem vobis ſub curribus veloces equos, vosque ipſas de curru deiecturum, et currus confracturum. Neque decem vertentibus annis vulnera perfecte - ſanabimini, *per* quae contigerit *vos* fulmen. Vt ſcias, Minerua, quando cum tuo patre pugnaueris. Iunoni autem non tantopere ſuccenſet, neque iraſcitur; ſemper enim *illa* ei ſolet interrumpere, quicquid in - animum - induxerit. Sed tu, o teterrima, o canis inuerecunda; ſi reuera audebis, Iouem contra, ingentem haſtam - attollere.“

Ac quidem ſic locuta, abiit pedibus velox Iris. Tum Mineruam Iuno allocuta eſt:

„Eheu, Aegiochi Iouis filia, non amplius ego nobis auctor ſum, Iouem contra, mortalium cauſa, pugnare; quorum alius quidem intereat, alius autem viuat, vt cuique fors - ferat: ille vero, quae ſua ſunt cogitans animo, Troianisque et Danais adiudicet, vt aequum *eſt*.“

Sic fata, retro vertit ſolidos - vngulis equos. His porro Horae quidem ſoluerunt pulcros - iubis equos; et eos quidem alligarunt ad ambroſia - praeſepia: currum autem inclinarunt ad parietes collucentes. Ipſae autem (*Iuno et Minerua*) aureis in ſellis - recubitoriis ſederunt

mixtim *cum* aliis diis, ſuo moeſtae corde. Iupiter autem pater ab - Ida pulcras - rotas - habentem currum et equos ad Olympum egit, deorumque peruenit ad ſedes. Huic autem et equos quidem ſoluit inclytus terrae - quaſſator *(Neptunus;)* currumque ad receptaculum poſuit, linteo circumdato; ipſe autem aureum in thronum late - ſonans Iupiter conſedit, eique ſub pedibus magnus concutiebatur Olympus. At ſolae a Ioue ſeorſum Mineruaque et Iuno ſedebant, nec omnino ipſum alloquebantur, neque interrogabant; ſed ille cognouit ſua in mente, dixitque:

„Cur ita moeſtae eſtis, Mineruaque et Iuno? Non ſane diu laboraſtis pugna in glorioſa ad perdendos Troianos, quorum odium acerbum cepiſtis. Omnino, quae *ſunt* meae vires et manus inuictae, non me conuerterint quotquot dii ſunt in Olympo. Vobis autem prius tremor cepit pulcros artus, quam pugnamque videretis, pugnaeque magna facinora. Sic enim edico, quod et euenturum fuiſſet: haud ſane in veſtris curribus, percuſſae fulmine, amplius in Olympum rediiſſetis, vbi immortalium ſedes eſt.“

Sic dixit; at compreſſis - labris - gemebant Mineruaque et Iuno. Propinquae hae vtique ſedebant, malaque Troianis cogitabant. Ac Minerua quidem tacita erat, neque quicquam dixit, irata Ioui patri; ira quippe ipſam atrox tenebat; Iuno vero non continuit in pectore iram, ſed allocuta eſt:

„Grauiſſime Saturnie, quale verbum dixiſti? Bene et nos ſcimus, quod tibi potentia vinci neſcia; attamen Danaos lugemus bellicoſos, qui iam ſane malo fato expleto perierint; „at certe bello quidem abſtinebimus, ſi tu iubes: conſilium vero Argiuis ſuggeremus, quod proderit, vt ne omnes pereant, irato te.“

Hanc autem reſpondens allocutus eſt nubes - cogens Iupiter: „Craſtino - mane etiam magis, praepotentem Saturnium videbis, ſi vis, magnos - oculos - habens veneranda Iuno, perdentem Argiuorum ingentem exercitum bellicoſorum. Non enim prius a bello ceſſabit fortis Hector, quam excitatus ſit ad naues velox - pedibus Pelides, die illo, quando hi quidem ad puppes pugnaturi ſint conflictu in conferiſſimo, de Patroclo occiſo. Sic enim fatale eſt. Tui vero ego non rationem - habeo iratae, neque ſi vltimos fines adieris terrae et maris, vbi Iapetusque Saturnusque ſedentes, neque ſplendore ſupra - gradientis ſolis oblectantur, neque ventis; profundus autem tartarus circum; ne quidem ſi illuc *(inquam)* perveneris errabunda, tui ego iratae rationem - habeo; quoniam non te impudentius aliud.“

Sic dixit. Ei autem nihil reſpondit candida vlnis Iuno. Occidit vero in Oceanum ſplendidum lumen ſolis, trahens noctem nigram ſuper almam terram. Ac Troianis quidem invitis occidit lux; ſed Achiuis grata, exoptatiſſima, ſuperuenit nox tenebroſa.

Troianorum vero concionem habuit illustris
490 Hector, seorsum a nauibus quum duxisset, flu-
uium ad vorticosum, in puro; vbi vtique ca-
daueribus vacuum apparebat solum. Ex equis
vero cum descendissent in terram, orationem
audiebant, quam Hector dicebat, Ioui carus;
in manu autem hastam tenebat vndecim cu-
495 bitorum; praenitebat vero hastae cuspis aerea,
circumque aureus ambibat annulus; hac ille
nixus, verba alata allocutus est:

„Audite me, Troiani, et Dardani, et Socii;
modo credidi, nauibusque perditis et omnibus
Achiuis, retro *me* rediturum ad Ilium vento-
500 sam: sed prius caligo superuenit, quae nunc
seruauit maxime Argiuos et naues in littore
maris. Verum nunc quidem obsequamur no-
cti nigrae, coenasque instruamus; atque pul-
cris - iubis equos soluite ex curribus, ipsis-
505 que apponite pabulum; ex vrbe autem duci-
te boues et pingues oues propere, vinumque
suaue afferte, panemque ex domibus; insu-
perque ligna multa colligite, vt per - totam
noctem, vsque ad auroram mane genitam, ac-
cendamus ignes multos, splendorque ad coelum
510 perueniat: ne forte etiam per noctem coman-
tes Achiui fugere aggrediantur super lata
dorsa maris. Ne saltem sine aerumna naues
ascendant quieti; sed *faciamus* vt quis eo-
rum vulnus etiam domi curet, percussus vel
515 sagitta, vel hasta acutà, dum nauem prope-
re - conscendit: vt quis horreat etiam alius
Troianis equûm - domitoribus inferre lamenta-

bile bellum. Praecones autem per vrbem Iovi cari iubeant, pueros pubescentes, et temporibus canos senes excubias agere circum vrbem, a diis aedificatis in turribus; sequioris autem sexus feminae in suis aedibus quaeque ignem magnum accendant; custodiaque aliqua certa sit: ne manus hostium per insidias ingrediatur vrbem, copiis absentibus. Sic esto, Troiani magnanimi, vt dico. Ac sermo, qui quidem nunc vtilissimus, dictus esto; qui autem mane *vtilis sit*, Troianos inter equûm domitores dicam. *Vtique* vota facio sperans, Iouique caeterisque diis, expulsurum *me* hinc canes funestis fatis adductos, quos fata adduxerunt nigris in nauibus. Verum enim vero per noctem custodiamus nos ipsos: mane autem sub auroram armis armati, naues ad cauas excitemus acrem martem. Videbo, vtrumne me Tydei filius fortis Diomedes a nauibus ad murum repellat, an ego illum aere cum occidero, spolia cruenta auferam. Cras suam virtutem perspectam dabit, si meam hastam sustinuerit irruentem; sed in primis puto iacebit vulneratus, multique circa ipsum socii, sole orto cras. Vtinam enim ego ita sim immortalis et expers senectutis *per* dies omnes, et honorer sicut honoratur Minerua et Apollo: vt iam dies hic malum feret Argiuis."

Sic Hector concionatus est; Troiani autem acclamabant. Illique equos quidem soluebant iugo sudantes, ligabantque capistris apud cur-

rus ſuos vnusquisque; ex vrbe autem adducebant boues et pingues oues propere; vinumque ſuaue afferebant, panemque ex domibus; et inſuper ligna multa colligebant. Nidorem autem ex campo venti ferebant *ad* coelum vsque.

Ipſi vero, multum elati, ad pugnae locum ſedebant per - totam - noctem; ignesque eis ardebant multi. Sicut autem quando in coelo ſtellae lucidam circa lunam apparent perdecorae, quando vtique eſt ſine vento aether; apparentque omnes ſpeculae, et cacumina ſumma, et ſaltus: coelitus autem aperitur immenſus aether, et omnia conſpiciuntur aſtra; gaudetque porro animo paſtor: *ita* tot, inter naues et Xanthi fluenta, Troianorum, accendentium, ignes apparebant Jlium ante. Mille vtique in campo ignes ardebant; ad ſingulos autem ſedebant quinquaginta *viri*, *ad* lumen ignis ardentis. Equi vero hordeum album comedentes et auenas, ſtantes apud currus, pulcro - ſedentem - in - ſolio - auroram expectabant.

I L I A D I S

LIBER IX.

Ita quidem Troiani cuſtodias agebant; at Achiuos diuinitus - immiſſa agebat Fuga, Metus frigidi ſocia. Luctu vero intolerando ſauciati erant omnes fortiſſimi. Sicut autem venti duo pontum commouent piſcoſum, Boreas et Zephyrus; qui vtique e Thracia ſpirant, aduenientes repentino; ſimulque et vnda nigra in aceruum attollitur, multamque extra mare algam fundunt: ſic ſcindebatur animus in pectoribus Achiuorum. Atrides autem dolore magno ſauciatus cor, obibat, praecones canoros iubens, nominatim ad concionem vocare virum vnumquemque, minime autem clamare; ipſeque inter primos laborabat. Sedebant tum in concione triſtes. Agamemnon autem ſurrexit lacrymas - fundens, ceu fons aquis niger, qui vtique ab excelſa petra nigram fundit aquam; ſic ille grauiter ſuſpirans verba Argiuis fecit:

„O amici, Argiuorum ductores, et principes, Iupiter me valde Saturnius detrimento irretiuit graui; infeſtus, qui antea quidem mihi promiſit et annuit, Jlio exciſo bene - munito rediturum; nunc vero malam fraudem ſtruxit, et me iubet inglorium Argos redire,

postquam multum perdidi populum. Ita scili-
cet Ioui videtur praepotenti placitum, qui iam
25 multarum vrbium demolitus est vertices, at-
que adhuc demolietur; huius enim potentia est
maxima. Verum agite, vt ego dixero, parea-
mus omnes; fugiamus cum nauibus dilectam
in patriam terram; non enim iam Troiam ca-
piemus latas - vias - habentem."

Sic dixit: illi vero omnes taciti facti sunt si-
30 lentio. Diu autem muti erant tristes filii Achi-
vorum; tandem vero inter eos locutus est
pugna - strenuus Diomedes: „Atrida, tibi
primum aduersabor inconsulte loquenti, qua
fas est, o rex, *in* concione: tu vero ne irascaris.
De fortitudine quidem mihi antea conuicium -
35 fecisti inter Danaos, dicens *me* esse imbellem
et fortitudinis - expertem; haec autem omnia
sciunt Argiuorum et iuuenes et senes. Tibi
vero ex - duobus - alterum dedit Saturni filius
versuti: sceptro quidem tibi dedit honorari
supra omnes; virtutem autem non dedit,
40 quod vtique imperium est maximum. Bone
vir, itane plane credis filios Achiuorum im-
bellesque esse et fortitudinis - expertes, vt dicis?
Vtique, si tibi ipsi animus properat ad redeun-
dum, abi; patet tibi via, nauesque tibi pro-
pe mare stant, quae te secutae sunt a Myce-
45 nis valde multae; at alii manebunt comantes
Achiui, donec Troiam euerterimus. Quod si
et ipsi *volunt*, fugiant cum nauibus dilectam
in patriam terram: nos vero, ego Sthenelus-

que, pugnabimus; donec excidium Jlii inuenerimus; fauente enim Deo venimus.“

Sic dixit: Atque omnes acclamarunt filii Achiuorum, orationem admirati Diomedis equûm domitoris. Inter eos autem ſurgens locutus eſt eques Neſtor:

„Tydide, eximie quidem in pugna fortis es, et conſilio inter omnes aequales es optimus. Nemo tibi hanc ſententiam vituperauerit, quotquot *ſunt* Achiui, neque contra dixerit; ſed non ad finem perueniſti conſiliorum. Vtique iuuenis es, meus vero etiam filius eſſe poſſes minimus natu; et tamen prudentia loqueris Argiuorum regibus, quoniam recte dixiſti. Verum age; ego, qui te ſenior glorior eſſe, eloquar, et omnia perſequar; neque aliquis mihi ſermonem improbauerit, ne quidem rex Agamemnon. Sine tribu, ſine - lege, ſine - lare eſt *habendus* ille, quisquis bellum amat inteſtinum, horrendum. Verum enim vero nunc quidem pareamus nocti nigrae, coenasque inſtruamus; cuſtodes autem quique incubent ad foſſam, quam fodimus murum extra. Iuuenibus quidem haec praecipio: at deinde, Atrida, tu quidem incipias; tu enim ſupremus es. Praebe conuiuium ſenibus: decet te, nequaquam *eſt* indecorum. Plena *ſunt* tibi vino tentoria, quod naues Achiuorum quotidianae ex Thracia per latum pontum aduehunt. Omnis tibi adeſt ad - excipiendum apparatus, multisque imperas. Multis autem congregatis, illi obſequaris, qui optimum conſilium dederit: valde

enim opus *eſt* omnibus Graecis *conſilio*, bono et prudenti; quoniam hoſtes prope naues accendunt ignes multos. Quis in his laetetur? Nox autem haec vel diſperdet exercitum, vel ſervabit.“

Sic dixit; illi vero eum libenter *et* audierunt et obſecuti ſunt. Ac cuſtodes cum armis propere exierunt, *nempe* Neſtoris filius, Thraſymedes, paſtor populorum, et Aſcalaphus et Ialmenus, filii Martis, Merionesque, Aphareusque, Deïpyrusque, et Creontis filius Lycomedes nobilis. Septem erant duces cuſtodum, centeni vero cum ſingulis iuuenes ordine ibant, longas haſtas manibus tenentes; atque in medio foſſae et muri ſedebant profecti; ibi ignem accenderunt, appoſueruntque coenam vnusquisque.

Atrídes autem proceres frequentes duxit Achivorum in tentorium; ipſisque appoſuit gratum animo conuiuium. Hi autem ad cibos paratos appoſitos manus extenderunt. Ac poſtquam potus et cibi deſiderium exemiſſent, illis ſenex omnium primus texere coepit conſilium Neſtor, cuius et antea optimum apparuerat conſilium; qui ipſis cordatus concionatus eſt et dixit:

„Atrida glorioſiſſime, rex virorum, Agamemnon, in te quidem finiam, à teque incipiam; quoniam multorum populorum es rex, et tibi Iupiter in manus dedit ſceptrumque, et iura; vt ipſis conſulas. Ideo te oportet ſupra *omnes* et dicere ſententiam, et audire,

perficere etiam et alterius *conſilium*, quum aliquem animus iuſſerit dicere in bonum; penes te autem erit quicquid optimum - viſum - fuerit. At ego dicam, vt mihi videtur eſſe optimum. Non enim quis ſententiam alius meliorem hac excogitauerit, qualem ego ſentio, et olim, et etiam nunc, ex eo *tempore*, quando, generoſe, Briſeï filiam puellam irati Achillis iiſti a tentorio auferens: nequaquam ſecundum noſtram quidem ſententiam: valde enim tibi ego multis diſſuadebam; tu autem tuo magno animo cedens, virum fortiſſimum, quem etiam immortales honorarunt, contumelia affeciſti; ereptum enim habes praemium; verum etiam et nunc deliberemus, quomodo ipſum placantes flectamus donisque placidis, verbisque blandis.“

Hunc autem rurſum allocutus eſt rex virorum Agamemnon: „O ſenex, neutiquam mentitus mea errata enumeraſti; peccaui, neque ipſe nego; multarum nempe inſtar copiarum eſt vir, quem Iupiter ex - animo dilexerit, ſicut nunc hunc honorauit, domuitque populum Achiuorum. Verum quoniam peccaui, animo laeuo obſecutus, iterum volo placare, dareque ingentia dona. Vobis autem coram omnibus inclyta dona nominabo, ſeptem igni - nunquam - admotos tripodas, decemque auri talenta, ſplendidosque lebetas viginti, duodecimque equos validos, in - curſu victores, qui praemia pedibus reportarunt. Non ſane pauper eſſet vir, cui tot contigerint, neque inops valde - pretioſi auri, quot mihi attule-

runt praemia ſolidi - vngulis equi. Dabo item ſeptem mulieres forma - praeſtantes, operum ſcientes, Lesbias; quas, quando Lesbum bene - habitatam cepit ipſe, delegi, quae pulcritudine vincebant genus mulierum: has quidem ei dabo; interque *eas* erit, quam tunc abstuli filiam Briſei; et magnum iusiurandum addam, nunquam *eius* cubile aſcendiſſe, vel cum ea rem habuiſſe, qua mos hominum eſt, virorum et mulierum. Haec quidem ſtatim omnia aderunt; ſi vero inſuper vrbem magnam Priami dii dederint euertere, naues abunde auro et aere *congeſto* impleat, ingreſſus, quando diuidemus praedam Achiui. Troianas porro mulieres viginti ipſe deligat, quae poſt Argiuam Helenam pulcerrimae ſint. Quod ſi *vnquam* Argos redierimus Achaïcum, vber agri; *tum vero* gener mihi ſit; honorabo autem ipſum aequaliter Oreſti, qui mihi vnicus nutritur, rerum - copia in magna. Tres autem mihi ſunt filiae in domo bene - conſtructa, Chryſothemis, et Laodice, et Iphianaſſa: harum, quam velit, dilectam ſine - ſponſalibus donis ducat ad domum Pelei; ego vero dotalia - dona dabo multa valde, quot adhuc nemo ſuae dedit filiae. Septem porro ei dabo bene - habitatas vrbes, Cardamylen, Enopenque, et Hiran herboſam, Pherasque inclytas, et Antheam profunda - habentem - prata, pulcramque Aepeam, et Pedaſum vitiferam; omnes autem prope mare *ſunt*; vltimae Pylum *verſus* arenoſam; virique *eas* incolunt pecudibus et bobus abundantes,

qui ipſum donis, deum tanquam, honorabunt, et ejus ſub ſceptro opulenta ſoluent tributa; haec vtique ei praeſtabo, ſi ceſſauerit ab ira. Exorari - ſe - ſinat: Pluto *ſolus* implacabilis et inexorabilis *eſt;* quare et hominibus *eſt* deorum odioſiſſimus omnium: atque etiam mihi cedat, quatenus maior imperio ſum, et quatenus natu maior glorior eſſe."

Huic autem reſpondit deinde Gerenius eques Neſtor: „Atrida glorioſiſſime, rex virorum, Agamemnon, dona quidem neutiquam aſpernanda das Achilli regi; ſed agite, delectos excitemus, qui celerrime eant ad tentorium Pelidae Achillis. Quin age, hos ego legam; ii autem pareant. Phoenix quidem primum, Ioui dilectus, ſit - dux, ac deinceps *eat* Aiax magnus, et nobilis Vlyſſes: praeconum autem Hodiusque et Eurybates ſimul ſequantur. Ferte autem ad manus - *lauandas* aquam, et linguis - fauere iubete, vt Ioui Saturnio ſupplicemus, ſi forte miſereatur."

Sic dixit; his autem omnibus gratam ſententiam dixit. Illico praecones quidem aquam in manus fuderunt, iuuenes autem crateras coronauerunt vino, distribueruntque inde omnibus, auſpicantes poculis. At poſtquam libaſſent, bibiſſentque, quantum voluit animus; properabant ex tentorio Agamemnonis Atridae. Illis autem multa mandata dedit Gerenius equeſter Neſtor, oculos in vnumquemque vertens, Vlyſſi autem maxime, vt eniteretur, vt flecterent eximium Pelidem. Hi autem iuerunt iux-

ta littus multum strepentis maris, permulta vota facientes terram - cingenti Neptuno, vt facile flecterent magnum animum Aeacidae. Myrmidonum vero ad tentoriaque et naues pervenerunt; illumque inuenerunt animum oblectantem cithara arguta, pulcra, affabre - facta, (superne autem argenteum iugum erat,) quam ceperat e spoliis, vrbe Eetionis euersa: hac is animum oblectabat, canebatque vtique praeclara - facinora virorum. Patroclus autem ei solus e regione sedebat tacitus, expectans Aeaci filium, quando desineret canere. Hi vero progressi sunt vlterius, praeibat autem nobilis Vlysses; steteruntque ante ipsum: attonitus autem exiliit Achilles, ipsa cum cithara, relicta sede, in qua sedebat. Eodem modo et Patroclus, postquam vidit viros, surrexit; eos autem dextra prehendens compellauit, pedibus velox Achilles:

„Saluete, sane amici viri venistis; certe aliqua magna necessitas *vrget.* Qui mihi, quamvis irato, Achiuorum gratissimi estis."

Sic fatus, vlterius duxit nobilis Achilles; et sedere fecit in sellis recubitoriis, tapetibusque purpureis: statim autem Patroclum allocutus est, qui prope aderat:

„Maiorem iam craterem, Menoetii fili, appone, meraciusque misce, poculumque para vnicuique; hi enim carissimi viri meo sunt sub tecto."

Sic dixit; Patroclus autem dilecto obsecutus est socio. At ipse vas - carnarium magnum

appoſuit in ignis ſplendore, et in *illo* tergum poſuit ouis et pinguis caprae, iniecit etiam porci ſaginati tergum abundans pinguedine. Ei autem tenebat *carnes* Automedon, ſecabatque nobilis Achilles; atque eas quidem ſcite in-minuta-diuidebat, et verubus transfigebat. Ignem autem Menoetii filius accendebat magnum, deo-ſimilis vir. Ac poſtquam ignis deflagraſſet, et flamma elanguiſſet, prunis ſtratis, *is* verua deſuper extendit: inſperſitque ſale ſacro, in fulcra eleuans. Ac poſtquam aſſauiſſet, et in menſas-coquinarias fudiſſet, Patroclus quidem panem acceptum distribuit in menſa, pulcris in caniſtris; ſed carnes distribuit Achilles. Ipſe autem e-regione ſedit Vlyſſis diuini, *ad* parietem alterum; diis autem ſacrificare iuſſit Patroclum, ſuum ſocium: is vero in ignem iecit primitias. Hi itaque ad cibos paratos appoſitos manus extenderunt. Ac poſtquam potus et cibi deſiderium exemiſſent, innuit Aiax Phoenici; animaduertit autem diuinus Vlyſſes, impletoque vino poculo, propinauit Achilli:

„Salue, Achille; epularum quidem aequalium non indigentes *ſumus*, tum in tentorio Agamemnonis Atridae, tum etiam hic nunc: adſunt enim animo-grata multa ad epulandum: atqui non *iam* conuiuii amabilis apparatus ſunt-curae: ſed valde magnam cladem, Iouis-alumne, inſpicientes, timemus; in dubio vtique, vtrum ſeruaturi ſimus an perdituri naves bonis-transtris-inſtructas, ni tu indueris fortitudinem. Prope enim naues et murum ca-

stra posuerunt Troiani superbi et e-longinquo-vocati socii, accensis ignibus multis per exercitum; neque amplius aiunt prohiberi *se* posse, quin in naues nigras inuadant. Iupiter autem ipsis Saturnius fausta signa ostendens fulgurat; Hector vero valde fortitudine oculos-truces circumferens, furit terribiliter, fretus Ioue, nec quicquam veretur homines, neque deos: ingens enim ipsum rabies subiit. Precatur autem, vt citissime appareat aurora diuina; affirmat enim nauium *se* abscissurum summa rostra, ipsasque incensurum pernicioso igne, atque Achiuos interfecturum ad ipsas, attonitos in fumo. Haec grauiter timeo in mente, ne ei minas perficiant dii; nobisque iam fatale sit perire in Troia, longe ab Argo equis-apto. Verum surge, si in animo tibi est, quamuis sero, filios Achiuorum afflictos defendere a Troianorum impetu. Ipsi *sane* tibi postea dolor erit, neque vllo modo acceptae *iam* cladis est remedium inuenire: sed longe ante considera, vt Danais arceas funestum diem. O amice, profecto tibi pater praecipiebat Peleus die illo, cum te ex Phthia Agamemnoni misit: Fili mi, fortitudinem quidem Mineruaque et Iuno dabunt, si voluerint; tu vero ingentes animos contine in pectoribus; humanitas enim melior: desine autem a contentione noxia, vt te magis honorent Argiuorum et iuuenes et senes. Sic praecipiebat senex; tu vero obliuisceris. Atqui vel etiam nunc cessa, mitteque iram tristem. Tibi vero Agamemnon digna dona dat, si

deſieris ab ira. Quod ſi *vis*, tu quidem me audi, egoque tibi recenſebo, quot tibi in tentoriis promiſerit dona Agamemnon: ſeptem igni - nunquam - admotos tripodas, decemque auri talenta, ſplendidosque lebetas viginti, duodecimque equos validos, in curſu - victores, qui praemia pedibus reportarunt. Non ſane pauper eſſet vir, cui tot contigerint, neque inops valde - pretioſi auri, quot Agamemnonis equi praemia pedibus reportarunt. Dabit item ſeptem mulieres forma - praeſtantes, operum ſcientes, Lesbias; quas, quando Lesbum bene habitatam cepiſti ipſe, delegit, quae tunc pulcritudine vincebant genus mulierum. Has quidem tibi dabit, interque *eas* erit, quam tunc abstulit filiam Briſeï: et inſuper magnum iusiurandum addet, nunquam *eius* cubile aſcendiſſe, vel cum ea rem habuiſſe, qua mos eſt, rex, et virorum et mulierum. Haec quidem ſtatim omnia aderunt; ſi vero porro vrbem magnam Priami dii dederint euertere, naves abunde auro et aere *congeſto* impleas ingreſſus, quando diuidemus praedam Achiui. Troianas porro mulieres viginti ipſe deligas, quae poſt Argiuam Helenam pulcerrimae fuerint. Quod ſi *vnquam* Argos redierimus Achaicum, vber agri, tum vero gener ei ſis; honorabit autem te aequaliter Oreſti, qui ei vnicus nutritur rerum - copia in magna. Tres autem ei ſunt filiae in domo bene conſtructa, Chryſothemis, et Laodice, et Iphianaſſa: harum, quam velis, dilectam ſine - ſponſalibus donis

ducas ad domum Pelei: ille autem dotalia - dona dabit multa valde, quot ante haec nemo ſuae dedit filiae. Septem porro tibi dabit bene - habitatas vrbes, Cardamylen, Enopenque, et Hiran herboſam, Pheraſque inclytas, et Antheam profunda - habentem prata, pulcramque Aepeam, et Pedaſum vitiferam: omnes autem prope mare *ſunt*, extimae ad Pylum arenoſam: viri autem *eas* incolunt pecudibus et bobus abundantes, qui te donis, deum tanquam, honorabunt, et tibi ſub ſceptro opulenta ſoluent tributa: haec vtique tibi praeſtabit, ſi deſieris ab ira. Quod ſi tibi Atrides quidem inuiſus eſt ex - animo admodum, ipſe et eius dona; at tu alios tamen vniuerſos - Achivos afflictos miſerare in caſtris, qui te, deum velut, honorabunt; certe enim apud ipſos valde magnam gloriam tuleris. Nunc enim Hectorem interfeceris, quum vtique valde tibi prope venerit, rabiem habens pernicioſam: quippe neminem putat ſimilem ſibi eſſe Danaorum, quos huc naues vexerunt. “

Hunc autem reſpondens allocutus eſt pedibus velox Achilles: „Nobiliſſime Laërtae fili, ſolertia pollens Vlyſſes, oportet ſane ſententiam *meam* aperte dicere, quemadmodum ſentioque, et quemadmodum euenturum erit. Vt - ne mihi obſtrepatis aſſidentes aliunde alius! Inimicus enim mihi ille aeque ac inferni portae, qui aliud quidem occultat in animo, aliud vero dicit. Sed ego dicam, vt mihi videtur eſſe optimum: neque mihi Atrei filium Agamemno-

nem perſuaſurum puto, nec alios Danaos: quippe *mihi* haud *vnquam* gratia fuit *tributa*, quod pugnaui hoſtibus cum viris aſſidue ſemper. *Vtique* aequa pars *datur* ceſſanti, ac ſi acriter quis pugnet: inque eodem honore tum ignauus, tum fortis. Occumbit aeque et iners vir, et qui multum laborauit. Nec quidquam mihi prae *aliis* ex re fuit, quod pertulerim mala animo, ſemper meam animam obiectans *periculis* pugnae. Sicut autem auis implumibus pullis affert eſcam, poſtquam ceperit; male autem ei eſt ipſi: ſic et ego multas quidem inſomnes noctes duxi, dies autem cruentos exegi pugnans, *cum* viris praelians, vxorum gratia [*Atridarum*] ipſorum. Duodecim vtique claſſe vrbes vaſtaui hominum, pedeſter vero vndecim aio per Troicum-agrum gleboſum: his ex omnibus ſupellectilem multam et pretioſam abstuli, et omnia ferens Agamemnoni dabam Atrei filio: is vero remanens apud naues veloces, accipiens, pauca diuidebat, pleraque autem retinebat; alia vero optimatibus dabat munera, et regibus. *Et* iſtis quidem *ea* firma manent; a me vero ſolo Achiuorum abstulit; habetque vxorem *meam* animo-gratam: cui condormiens oblectetur. Quid autem oportet bellare cum Troianis Argiuos? Quid vero exercitum adduxit huc congregatum Atrei filius? An non Helenae cauſa pulcrae-comis? An ſoli diligunt vxores *ſuas* articulata voce loquentium hominum Atridae? Vtique quisquis vir bonus et prudens, ſuam ipſius amat et curat:

vt et ego hanc ex animo amabam, captiuam licet exiſtentem. Nunc autem, poſtquam e manibus praemium eripuit et me fraudauit, ne me tentet probe-gnarum, neque *enim* mihi perſuadebit. Verum, o Vlyſſes, tecum et aliis regibus cogitet, *quomodo* a nauibus propellat hoſtilem ignem. Sane quidem iam permulta fecit ſine me, ac ſcilicet murum aedificavit, et duxit foſſam prope ipſum latam, magnam; inque *ea* vallos defixit; ſed ne ſic quidem poteſt vim Hectoris homicidae ſuſtinere. Dum autem ego inter Achiuos pugnabam, non voluit pugnam procul a moenibus ciere Hector, ſed quantum ad Scaeasque portas et fagum progrediebatur: ibi olim *me* ſolum *ſemel* manſit, vix autem meum effugit impetum. Nunc vero, quoniam nolo pugnare cum Hectore nobili: cras, ſacris Ioui factis et omnibus diis, oneratas bene naues poſtquam in mare deduxero, videbis, ſi volueris, et ſi tibi haec curae fuerint, bene mane Hellespontum ſuper piſcoſum nauigantes naues meas, inque *ipſis* viros remigandi cupidos; ſi autem proſperam-nauigationem dederit inclytus Neptunus, die ſane tertio Phthiam gleboſam peruenero. Sunt autem mihi permulta, quae reliqui, huc malo-fato-veniens; aliud vero hinc aurum et aes rubrum, et feminas eleganter cinctas, ſplendidumque ferrum abducam, quae quidem ſortitus ſum. Praemium autem mihi, qui dedit, ipſe per iniuriam abstulit rex Agamemnon Atrei filius. Ei omnia referto, vt mando, pa-

lam: vt et alii indignentur Achiui, si quem Danaorum adhuc sperat *se* fraudaturum, semper impudentia instructus; neque sane mihi ausit, proterue audax licet sit, faciem intueri; neque omnino cum eo consilia communicabo, neque factum *vllum.* Nam iam me decepit et offendit, neque adhuc rursus fallet verbis; satis autem ei *sit.* Verum quietus pereat: nam ei mentem ademit prouidus Iupiter. Invisa autem mihi eius dona, aestimoque eum nihili. Neque si mihi deciesque et vicies tot daret, quot et ei nunc sunt, et si alicunde alia accederent; nec quot Orchomenon adueniunt, nec quot Thebas Aegyptias, vbi plurimae in domibus opes reconditae iacent; quae et centum habent portas, duceni autem per vnamquamque viri egrediuntur cum equis et curribus: neque si mihi tot daret, quot *sunt* arenaeque puluisque: ne sic quidem iam animum meum flexerit Agamemnon, antequam totius mihi *poenas* persoluat acerbae contumeliae. Filiam autem non ducam Agamemnonis Atrei filii, ne quidem si cum aurea Venere pulcritudine certet, *manusque* operibus Mineruae oculis - caesiae par - sit, ne sic quidem eam ducam; ipse vero Achiuorum alium eligat, qui ei conueniat, et qui maior - imperio sit. Si enim porro me seruarint dii, et domum venero, Peleus tum mihi deinceps vxorem desponsabit ipse. Multae *certe* Achiuae sunt in Hellade Phthiaque, filiae principum, qui vtique vrbes tuentur: harum quam voluero, dilectam faciam vxorem. Illic

autem mihi plurimum appetit animus generoſus, ducta legitima vxore, apta coniuge, poſſeſſionibus frui, quas ſenex acquiſiuit Peleus. Non enim mihi vitae aequiparandum, ne quidem quantas *opes* aiunt Jlium poſſediſſe, bene habitatam vrbem, antehac tempore pacis, priusquam adueniſſent filii Achiuorum; nec quantas lapideum limen iaculatoris intus continet Phoebi Apollinis, Pytho in ſaxoſa. Praedando enim parabiles quidem bouesque et pingues oues, parabiles autem tripodesque, et equorum flaua capita: hominis vero anima vt redeat, neque parabilis, neque *paratu* prenſabilis, poſtquam ſemel transiuerit ſeptum dentium. Mater enim me dicit dea, Thetis argenteos - pedes - habens, duplicia fata ferre mortis ad finem: Siquidem hic manens Troianorum vrbem circa pugnauero, periit quidem mihi reditus, ſed gloria immortalis erit; ſin autem domum reuerſus fuero, dilectam in patriam terram: periit mihi gloria bona, diuturnum vero mihi aeuum erit, neque me celeriter finis mortis deprehenderit. Quin et aliis itidem ego ſuaſerim, domum nauigare: quia iam non aſſequemini excidium Jlii excelſae: valde enim ipſam late ſonans Iupiter manu ſua protegit, et animo confirmato - ſunt copiae. Sed vos quidem profecti principibus Achiuorum nuntium renuntiate, hoc enim munus eſt legatorum; vt aliud excogitent mentibus conſilium melius, quod ipſis nauesque ſeruet, et populum Achiuorum nauibus in cauis: quoniam non ipſis hoc

expeditum *eſt*, quod nunc excogitarunt, me iram fouente. Phoenix autem hic apud nos manens cubet; vt me in nauibus dilectam in patriam ſequatur cras, ſi voluerit: vi autem neutiquam eum abducam."

Sic dixit. Illi autem omnes obmutuerunt ſilentio ſermonem admirati: admodum enim vehementer recuſauerat. Tandem vero inter eos locutus eſt ſenex equûm agitator Phoenix, lacrymas cum ſuſpiriis - effundens; valde enim timebat de nauibus Achiuorum:

„Si quidem iam reditum animo, illuſtris Achilles, cogitas, neque omnino defendere a nauibus velocibus ignem vis peſtiferum; quoniam ira incidit in animum: quomodo tandem a te, care fili, hic relinquar ſolus? tecum vero me miſit ſenex equûm - agitator Peleus die illo, quando te ex Phthia Agamemnoni miſit puerum, nondum peritum omnibus - aeque - grauis belli, neque concionum, vbi et viri eminentes fiunt. Propterea me miſit, vt docerem *te* iſta omnia, verborumque orator vt eſſes, actorque rerum. Quare deinceps a te, dilecte fili, nolim relinqui; ne quidem ſi mihi promitteret deus ipſe, ſenectute abraſa, facturum me iuuenem pubeſcentem: qualis *eram*, cum primum liqui Helladem pulcris - mulieribus - abundantem, fugiens iurgia patris Amyntoris Ormeni filii, qui mihi de pellice iraſcebatur pulcra - comas, quam ipſe diligebat, et ignominia - afficiebat vxorem, matrem meam: haec autem ſemper me ſupplex - orabat *prehenſis* genibus, vt

pellici prius-miscerer, vt *adeo* odio haberet senem. Huic parui, et feci. Pater autem meus, statim sentiens, multa imprecatus est, horrendasque invocabat Diras, ne vnquam genibus suis imponeretur dilectus filius ex me genitus; dii autem ratas-fecerunt imprecationes, Iupiterque infernus, et horrenda Proserpina. Tunc mihi non amplius omnino sustinuit in praecordiis animus, patre irato, in domo versari. Certe quidem multum familiares et cognati circum-stantes ibi orantes retinebant *me* in aedibus; multasque pingues oues et flexipedes cornibus-camuris boues iugulabant; multi quoque sues florentes pinguedine assandi extendebantur per flammam Vulcani; multum etiam ex doliis vinum bibebatur senis. Per nouem autem me circa ipsum noctes dormiebant; *atque* hi quidem per vices custodias habebant; neque vnquam extinguebatur ignis, alter quidem in porticu bene-munitae aulae, alter autem in vestibulo, ante thalami fores. Sed quando tandem decima mihi aduenit nox tenebrosa, tunc ego thalami foribus solerter-iunctis effractis exiui, et transilii septum aulae facile, latens custodesque viros, famulasque mulieres. Fugi deinde procul, per Helladem spatiosam; Phthiamque perueni glebosam, matrem ouium, ad Peleum regem: is autem me lubens suscepit, et me dilexit, vt pater suum filium dilexerit vnicum, extrema-aetate-natum, amplis in possessionibus; et me diuitem fecit, multumque mihi dedit populum. Incolebam autem extre-

mam - oram Phthiae, Dolopibus imperans: et te tantum feci, *ad tantum aetatis educaui,* o diis - par Achille, ex animo diligens, quippe non volebas cum alio neque ad conuiuium ire, neque in aedibus *tuis* cibum - ſumere, ante quam te meis ego genibus impoſitum opſonioque ſatiaſſem ſecato - antea, et vinum admovens. Saepe *vtique* mihi rigaſti in pectore veſtem, vino ex ore eiecto infantia difficili. Ita tui cauſa permulta paſſus ſum, et multa laboraui; haec cogitans, quod mihi nequaquam dii prolem perficiebant ex me *ipſo;* ſed te filium, diis par Achille, adoptabam, vt a me aliquando indignum fatum propulſares. Verum, Achille, doma animum magnum; neque te oportet immiſericordem animum habere. Flecti vtique ſolent et dii ipſi, quorum tamen et maior virtus, honorque, potentiaque. Ac quidem hos ſacrificiis et votis placidis, libamineque, nidoreque, auertunt *ab ira* homines ſupplicantes, cum quis transgreſſus fuerit et peccarit. Etenim Preces ſunt Iouis filiae magni, claudaeque, rugoſaeque, ſtrabaeque oculis: quae etiam a tergo Noxam curant ſequentes: *(ſequuntur ſollicite)* Noxa vero robuſtaque eſt, et pedibus - integra; ideo omnes longe praecurrit, anteuertitque omnem per terram, laedens homines: hae vero medentur poſtmodo. Quisquis quidem reuerebitur filias Iouis, propius accedentes: hunc valde iuuant, et exaudiunt precantem; qui vero renuerit, et obſtinate recuſauerit: precantur tum quidem hae Io-

vem Saturnium adeuntes, eum vt Noxa ſimul ſequatur, quo laeſus poenas - luat. Sed, Achille, fac et tu Iouis filias ſequi honorem, qui et aliorum vtique flectit mentes fortium. Si quidem enim minime dona ferret, et alia in futurum nominaret Atrides, ſed ſemper pertinaciter iratus eſſet, non equidem te ira abiecta hortarer Argiuis auxiliari, quantumuis indigentibus: nunc vero ſimul in praeſenti multa dat, aliaque in poſterum pollicetur; viros etiam, qui ſupplicarent, *ad te* miſit praeſtantiſſimos, electos per exercitum Achaïcum, quique tibi ipſi amiciſſimi Argiuorum: horum ne tu orationem aſperneris, neque pedes; (iter *fruſtreris*). At prius, haud reprehendendum, te ira - exarſiſſe. Sic et priſcorum audiuimus laudes virorum heroum; quando aliquem vehemens ira occupaſſet, donisque placabiles erant, exorabilesque verbis. Memini hoc factum ego vetus, neutiquam recens, quale eſſet; inter vos autem narrabo omnes amicos. Curetes pugnabant et Aetoli fortiter - praelium - ſuſtinentes, circa vrbem Calydonem, et ſe mutuo interficiebant; Aetoli quidem, defendentes Calydonem amoenam; Curetes autem, vaſtare ardentes Marte. Etenim his malum aureo - ſolio - ſedens Diana excitauit irata; quod ſibi non ſacra poſt - fruges - comportatas in fecundo - loco agri Oeneus feciſſet. Alii vtique dii epulati - erant hecatombas; ſoli vero non *ſacra* fecit Iouis filiae magni, ſiue oblitus eſt, ſiue non aduertit; deuius - erat certe mul-

tum animi. Illa itaque irata, Iouis genus, sagittis - gaudens, immisit syluestrem aprum, ferum, candidis dentibus, qui damna multa patrauit, frequentans Oenei agrum; multas vtique ille alias super - alias humi prostrauit arbores altas, cum ipsis radicibus, et ipsis floribus pomorum. Hunc autem filius Oenei occidit Meleager, multis ex vrbibus venatoribus viris congregatis, et canibus; non enim domitus fuisset paucis hominibus; tantus erat, multosque adeo rogum ascendere fecit tristem. Illa vero *(Diana)* circa ipsum excitauit magnum tumultum et bellum, pro suis capite et pelle hirsuta, Curetesque inter et Aetolos magnanimos. Quamdiu igitur Meleager bellicosus pugnabat, tamdiu vtique Curetibus male erat; neque poterant moenia extra manere, multi quamuis essent. At quando iam Meleagrum subiit ira, quae et aliorum inflat in pectoribus mentem, probe licet sapientium; (nempe ille, matri suae Althaeae iratus corde, iacebat apud legitimam vxorem, pulcram Cleopatram, filiam Marpissae, pedibus - elegantis Eueni filiae, Idaeque, qui fortissimus inter terrestres fuit viros, eorum qui tunc erant; vtique contra regem sumsit arcum Phoebum Apollinem, pedibus - elegantis gratia nymphae; illam autem *(Cleopatram)* tunc in aedibus pater et veneranda mater Alcyonen vocabant cognomine, quod ipsius mater, Alcyonis luctuosae fatum habens, flebat, quando ipsam longe - iaculans rapuit Phoebus Apollo. Huic *(Cleopatrae)* is *(Meleager)*

accubabat, iram triſtem coquens, propter diras matris iratus, quae vtique diis multum dolens ſupplicabat, fraternae caedis *cauſa:* multum autem et Terram almam manibus verberabat, inuocans Plutonem et horrendam Proſerpinam, in - genua conſidens, (rigabantur autem lacrymis ſinus) vt filio darent mortem; hanc autem per - tenebras - vagans Erinnys exaudivit ex Erebo, implacabile cor habens.) Horum *(Aetolorum)* vero *tum* confeſtim ad portas tumultus et ſtrepitus excitabatur, turribus percuſſis; illum autem ſupplices orabant ſenes Aetolorum, mittebantque deorum ſacerdotes lectiſſimos, vt - exiret et propulſaret *hoſtes*, polliciti magnum donum: vbi *ſcilicet* pinguiſſimus *erat* ager Calydonis amoenae, ibi eum iuſſerunt praedium perpulcrum eligere, quinquaginta iugerum: dimidium quidem, vitiferi ſoli; dimidium autem, non conſiti arabilis agri ſeparatum - accipere. Multum item eum obſecrabat ſenex - equûm - agitator Oeneus, limine conſcenſo altum - tectum - habentis thalami, quatiens conglutinatos aſſeres, ſuppliciter - orans filium; multum etiam eum ſorores et veneranda mater orabant; ille autem magis recuſabat; multum et ſocii, qui ei cariſſimi et amiciſſimi erant omnium: ſed ne ſic *quidem* eius animum in pectore flectebant, antequam iam thalamus frequenter percuteretur, ipſique turres conſcenderent Curetes, et incenderent magnam vrbem. Tum vero demum Meleagrum eleganter - cincta vxor orabat lugens, et ei recen-

ſuit omnia mala, quaecunque hominibus contingunt, quorum vrbs capta fuerit: viros quidem occidunt, vrbem autem ignis in cineres redigit; liberosque alii abducunt, et profunde ſuccinctas mulieres. Huius autem *tum* motus eſt animus audientis ſaeua facta; perrexitque ire, corporeque arma induit collucentia. Sic ille quidem *ab* Aetolis propulſauit malum diem, obſecutus ſuo animo: ei autem non deinceps dona perſoluerunt multaque et pulcra; malum tamen depulit etiam ſic. Atqui tu ne mihi iſta cogites in animo, neque te deus iſtuc vertat, amice; peius autem eſſet nauibus *demum* incenſis *te* ferre auxilium; ſed *nunc* accepta conditione donorum veni: aeque enim te ac deum honorabunt Achiui. Quod ſi *tandem* ſine donis pugnam viros - perdentem inieris, non tum aeque *in* honore eris, bellum quamuis propulſaueris."

Hunc autem reſpondens allocutus eſt pedibus velox Achilles: „Phoenix, pater, ſenex, Iouis alumne, minime mihi hoc opus *eſt* honore: puto enim *me* honoratum fore Iouis voluntate, qui *honor* me conſequetur apud naues recuruas, dum ſpiritus in pectore maneat, et mihi mea genua moueantur. Aliud autem tibi dicam, tu vero in animo reconde tuo: ne mihi turba animum, flens et moerens, Atridae heroi gratificans; neutiquam te conuenit iſtum amare, vt ne mihi odio ſis *te nunc* amanti; decet te mecum eum laedere, qui me laedat: aequaliter mecum regna, et dimidium ſortire honoris.

Iſti autem renuntiabunt; tu vero hic cubato remanens lecto in molli; ſimul autem atque aurora illuxerit, conſultabimus, vtrum redeamus ad noſtra, an maneamus.“

Dixit, et Patroclo ille ſuperciliis annuit tacite, Phoenici vt ſterneret denſum lectum, vt citiſſime e tentorio de reditu cogitarent. Inter hos autem Aiax deo - par Telamonius verba fecit: „Nobiliſſime Laërtae fili, ſolertia - pollens Vlyſſe, abeamus; non enim mihi videtur ſermonis *noſtri* exitus hac quidem via effici; renuntiare autem citiſſime oportet reſponſum Danais, etiamſi non laetum ſit, qui vtique nunc ſedent expectantes; at Achilles trucem in pectoribus repoſuit ſuperbum animum, durus; neque rationem - habet amicitiae ſodalium illius, qua eum apud naues honorabamus ſupra caeteros; immiſericors; atqui aliquis etiam pro fratris caede pretium, vel pro ſuo filio accipit occiſo; et is quidem *qui interfecerit, in ſua* ciuitate manet ibi, multis perſolutis; et alterius ſedatur cor et animus generoſus, pretio accepto: tibi vero, *o Achille,* implacabilemque durumque animum in pectore dii poſuerunt, gratia puellae vnius; nunc vero tibi ſeptem praebemus eximie praeſtantiſſimas, aliaque multa praeter has. Tu vero propitium indue *tibi* animum: reuerere etiam *tuam* domum: ſub tecto enim tuo ſumus ex coetu Danaorum, ſtudemusque tibi ſupra alios cariſſimique eſſe et amiciſſimi *omnium*, quotquot *ſunt* Achiui.“

Hunc autem respondens allocutus est pedibus velox Achilles: „Aiax nobilissime, Telamonie, princeps populorum, omnia fere mihi ex animo visus es dixisse: sed mihi tumet cor ira, quoties illius recordor, qui me inhonorum inter Argiuos fecit Atrei filius, tanquam aliquem contemtibilem inquilinum. Sed vos abite, et nuntium renuntiate: non enim ante de pugna cogitabo sanguinolenta, quam filius Priami bellicosi, Hector nobilis, Myrmidonum ad tentoriaque et naues venerit, caedens Argiuos, incendatque igne naues. Circa vero meum tentorium et nauem nigram Hectorem, quantumuis ardentem, a pugna destiturum puto.“

Sic dixit. Illi vero vnusquisque, accepto poculo duplice - rotundo, libatione facta, ad naues redierunt; praeibat autem Vlysses. Patroclus vero sociis et ancillis imperauit, Phoenici sternere densum *stragulis* lectum quam celerrime: illae autem obedientes strauerunt lectum, vt imperauit, pellesque ouillas, stragulamque - tinctam, linique subtilem florem; ibi senex cubuit, et auroram diuinam expectabat. Porro Achilles dormiit in recessu tentorii bene compacti; huic autem accubuit mulier, quam e Lesbo duxerat, Phorbantis filia, Diomede pulcra genas. Patroclus autem ex - altera parte cubuit: iuxta item et ipsum Iphis eleganter - cincta, quam ei dederat nobilis Achilles, Scyron cum - cepisset altam, Enyei vrbem.

Illi vero postquam ad tentoria Atrei filii venissent, eos quidem aureis poculis filii Achi-

vórum excipiebant aliunde alius aſſurgentes, interrogabantque; primus autem interrogauit rex virorum Agamemnôn:

„Dic age mihi, laudatiſſime Vlyſſes, ingens gloria Achiuorum; vtrumne vult a nauibus propulſare hoſtilem ignem, an recuſauit, iraque adhuc tenet ſuperbum animum?"

Hunc autem allocutus eſt laborioſus nobilis Vlyſſes: „Atrida glorioſiſſime, rex virorum, Agamemnon, ille quidem non vult reſtinguere iram, ſed adhuc magis impletur ira; te autem aſpernatur et tua dona. Ipſum te conſultare vna cum Argiuis iubet, quomodo nauesque ſerues et exercitum Achiuorum; ipſe vero minatus eſt, ſimul atque aurora illuxerit, naues bonis - tranſtris - inſtructas in mare deducturum vtrinque - remis - actas; atque etiam aliis dixit ſe ſuadere, domum vt nauigent: quia iam non *(inquit)* aſſequemini excidium Jlii excelſae: valde enim ipſam late - ſonans Iupiter manu ſua protegit, et animo - confirmato ſunt copiae. Sic dixit. Adſunt *autem* et hi, vt haec dicant, qui me ſecuti ſunt, Aiax et praecones duo, prudentes ambo. Phoenix vero illic ſenex cubauit: ſic enim *ille* iuſſit, vt ſe in nauibus dilectam in patriam ſequatur cras, ſi voluerit; vi autem neutiquam eum abducet."

Sic dixit. Illi autem omnes obmutuerunt ſilentio, ſermonem admirati; admodum enim aſpere dixerat. Diu autem muti erant triſtes filii Achiuorum; tandem vero inter eos locutus eſt pugna ſtrenuus Diomedes:

„Atrida, glorioſiſſime, rex virorum, Agamemnon, vtinam non oraſſes eximium Pelei filium, infinita dona dans: is vtique inſolens eſt etiam alioqui, nunc vero eum multo magis in inſolentiam conieciſti. Sed illum quidem miſſum-faciamus, ſiue abeat, ſiue maneat; tunc vero rurſum pugnabit, quando ipſum animus in pectoribus iuſſerit, et deus incitauerit. Sed agite, ſicut ego dixero, obſequamur omnes: nunc quidem cubitum ite, refecti veſtrum cor cibo et vino; hoc enim robur eſt et vis; at poſtquam illuxerit pulcra roſea-digitos aurora, ocyus ante naues ſiſte copiasque-pedeſtres et equeſtres adhortans; quin et ipſe inter primos pugna."

Sic dixit. Omnes autem aſſenſi ſunt reges, orationem admirati Diomedis equûm-domitoris; et tunc porro libatione-facta iuerunt ad *ſuum* tentorium vnusquisque. Ibi cubuerunt, et ſomni donum ceperunt.

ILIADIS

LIBER X.

Caeteri quidem ad naues principes vniuerſorum Achiuorum dormiebant per totam noctem, molli domiti ſomno: at non Atrei filium Agamemnonem, paſtorem populorum, ſomnus tenebat dulcis, multa animo voluentem. Vt vero, cum fulgurat maritus Iunonis pulcrae comas, parans vel multum imbrem immenſum, vel grandinem, vel niues, quando nix alba reddit arua, vel alicubi pugnae magnam aciem amarae; ſic crebro in pectoribus ſuſpirabat Agamemnon, imo ex corde; tremebant autem ei praecordia intus. Nempe, quoties in campum Troianum aſpiceret, mirabatur ignes multos, qui ardebant ante Jlium, tibiarum fiſtularumque ſonum, tumultumque hominum; verum quoties in nauesque aſpiceret et exercitum Achiuorum, multos ex capite radicitus vellebat capillos ſuperne exiſtenti Ioui; valde autem gemebat generoſum cor. Illa vero ei in animo optima viſa eſt ſententia, Neſtorem primum Nelei filium adire virorum, ſi quod cum eo conſilium bonum ſtruere poſſet, quod mala depulſurum ab omnibus Danais eſſet. Erectus

igitur induit circa pectora tunicam, pedibusque ſub nitidis ligauit pulcros calceos: deinde autem ſanguine infectam circumdedit *ſibi* pellem leonis fului, magni, talarem: ſumſitque haſtam. Eodem autem modo Menelaum tenebat tremor; neque enim illi ſomnus in palpebris inſidebat, ne quid paterentur *infortunii* Argiui, qui vtique ſui gratia longum per mare venerant ad Troiam, bellum audax molientes. Pelle pardi quidem primum tergum latum texit varia; tum galeam capiti ſublatam impoſuit aeream; haſtamque cepit manu robuſta; perrexit autem ire excitatum ſuum fratrem, qui ſummum cunctos in Argiuos imperium habebat, deusque veluti honorabatur a populo. Hunc autem inuenit circum humeros ponentem arma pulcra, nauis ad puppim: huic autem gratus fuit veniens. Hunc prior allocutus eſt pugna - ſtrenuus Menelaus: „Quid ita, venerande frater, arma induis? an aliquem ſociorum hortari - vis, qui Troianos exploret? at perquam vehementer timeo, ne nullus tibi promittat hoc officium, vt hoſtes ſpeculetur ſolus accedens noctem per placidam; admodum aliquis audax - animo fuerit.“

Hunc autem reſpondens allocutus eſt rex Agamemnon: „Opus - *eſt* conſilio mihi et tibi, Iouis - alumne o Menelae, prudenti, quod eximat - periculo et ſeruet Argiuos et naues: quandoquidem Iouis mutatus eſt animus. Hectoreis ſane magis animum adiecit ſacris; nondum enim vidi, nec audiui, qui diceret,

virum vnum tot ardua vno die molitum eſſe, quot Hector fecit Ioui carus in filios Achiuorum, talis cum ſit, neque deae filius dilectus, neque dei. Res vtique geſſit, quas puto curae fore Argiuis diu et *in* longum *tempus;* tot enim mala ſtruxit Achiuis. Sed i nunc, Aiacem et Idomeneum voca, cito currens ad naues; ego vero ad Neſtorem nobilem vado, et hortabor vt ſurgat: ſi velit ire ad cuſtodum ſacrum agmen, et conſilium dare. Illum enim potiſſimum audient; eius enim filius praeeſt cuſtodibus, et Idomenei armiger Meriones: his enim commiſimus maxime."

„Huic autem reſpondit deinde pugna - ſtrenuus Menelaus: Quomodo igitur mihi verbis mandas, et iubes? ibine *vt* maneam cum illis, praeſtolans donec veneris; an recurram ad te, quum diligenter illis mandauero?"

Hunc autem rurſus allocutus eſt rex virorum Agamemnon: „Ibi mane, ne forte aberremus alter ab altero euntes; multae enim per caſtra ſunt viae. Clama autem, qua iueris, et vigilare iube, a - patre *et* ſtirpe *ſua* compellans virum quemque, omnes honorifice - nominans; neque ſuperbias animo; quin et nos etiam ipſi laboremus: ita nimirum nobis Iupiter naſcentibus iniecit calamitatem grauem."

Sic fatus, dimiſit fratrem, poſtquam diligenter mandauerat. Atque ipſe perrexit proinde ire ad Neſtorem, paſtorem populorum. Hunc autem inuenit apud tentorium et nauem nigram, lecto in molli; iuxta autem arma varia iacebant,

scutum, et duae hastae, splendidaque galea; prope quoque balteus iacebat artificio - vario factus, quo senex cingebatur, quando ad pugnam viros - perdentem armaretur, copias ducens; quoniam nondum indulgebat senectuti tristi. Erectus autem in cubitum, capiteque leuato, Atridem allocutus est, et interrogabat verbis:

„Quisnam ita propter naues per castra vadis solus, noctem per tenebrosam, quando dormiunt mortales caeteri? Num aliquem custodum quaerens, an aliquem sodalium? Loquere, neque tacitus ad me accede; quid tibi opus est?“

Huic autem respondit deinde rex virorum Agamemnon: „O Nestor Nelei fili, ingens gloria Achiuorum, agnosces Atrei filium Agamemnonem, quem supra omnes Iupiter coniecit in labores perpetuo, quoad spiritus in pectore maneat, et mihi mea genua moueantur. Erro ita, quoniam non mihi in oculis dulcis somnus insidet, sed curae est bellum et clades Achiuorum. Vehementer enim de Danais timeo, neque mihi cor firmum, sed mentis - sum - attonitae; cor autem mihi extra pectora subsilit, tremunt vero subtus pulcra membra. Enimuero siquid agere - cogitas, (nam neque te sane somnus capit,) age ad custodes descendamus, vt videamus, ne illi labore defessi, et somno *domiti*, obdormiant, et excubiarum prorsus obliti sint. Hostes autem prope sedent, neque scimus, an forte etiam per noctis - opportunitatem in - animo - habeant pugnare.“

Huic autem reſpondit deinde Gerenius equeſter Neſtor: „Atrei fili, glorioſiſſime, rex virorum Agamemnon, non ſane Hectori omnia cogitata prouidus Iupiter perficiet, quae fortaſſe nunc ſperat; ſed ipſum credo curis laboraturum et pluribus, ſi modo Achilles ab ira graui conuerterit ſuum cor. Te vero libenter ſequar ego; inſuper et excitemus alios, et Tydei filium, haſta-inclytum, et Vlyſſem, et Aiacem *Oilei* velocem, et Phylei fortem filium. Quin ſi quis et hos adiens vocaret, deoque-parem Aiacem *Telamonis filium*, et Idomeneum regem; horum enim naues abſunt longiſſime, neque valde prope. At carum licet exiſtentem et venerandum Menelaum obiurgabo, etiamſi mihi ſuccenſeas, neque celabo; quoniam ita dormit, tibique ſoli permiſit operam enixe-navare: nunc debuerat apud omnes principes eniti ſuppliciter orans; neceſſitas enim vrget non iam tolerabilis."

Hunc autem rurſus allocutus eſt rex virorum Agamemnon: „O ſenex, alias quidem te *eum* etiam accuſare iubeo; ſaepe enim ceſſat, nec vult vires-exſerere, (non vtique pigritiae cedens, neque inſipientiae mentis; ſed me reſpiciens, et expectans dum ego incipiam;) nunc autem me prior multo ſurrexit, et mihi adſtitit; *atque* eum quidem ego praemiſi, vocatum quos tu quaeris. Verum eamus: illos vtique inueniemus ante portas inter cuſtodes; ibi enim eos monui, vt congregarentur."

Huic autem reſpondit deinde Gerenius equeſter Neſtor: „Ita nemo ei ſuccenſebit, neque non obſequetur Argiuorum, quando aliquem hortetur et incitet.“

Sic locutus, induit circa pectus tunicam, pedibusque ſub nitidis ligauit pulcros calceos, circum autem laenam fibula - connexuit puniceam, duplicem, amplam; criſpa autem ſuper *eam* floreſcebat lanugo. Sumſit dein validam haſtam praefixam acuto aere, perrexitque ire ad naues Achiuorum aere - loricatorum primum; deinde Vlyſſem, Ioui conſilio parem, e ſomno excitauit Gerenius equeſter Neſtor vociferans. Illi autem continuo ad animum acceſſit vox; exiuitque e tentorio, et ipſos ſermone allocutus eſt:

„Cur ſic prope naues per caſtra ſoli erratis, noctem per dulcem? *quid eſt* quod iam neceſſitas adeo vrgeat?“

Huic autem reſpondit deinde Gerenius equeſter Neſtor: „Nobiliſſime Laërtae fili, ſolertia pollens Vlyſſe, ne indigneris: tantus enim dolor oppreſſit Achiuos. Sed ſequere, vt et alium excitemus, quemcunque conuenit conſilia agitare, vel fugiendi, vel pugnandi.“

Sic dixit; in tentorium vero reuerſus conſilio abundans Vlyſſes, varium circa humeros ſcutum poſuit, ſecutusque eſt eos. Iuerunt porro ad Tydei filium, Diomedem; eumque inuenerunt extra pro tentorio cum armis; circumque ſocii dormiebant; ſub capitibus autem habebant clypeos; haſtae vero ipſis erectae in cuſpide -

poſteriorè fixae erant; longeque aes ſplendebat, velut fulgur patris Iouis; caeterum ipſe heros dormiebat; ſubſtrataque erat pellis bouis agreſtis; at ſub capite tapes extenſus erat ſplendidus. Hunc iuxta ſtans excitauit Gerenius eques Neſtor, calce pedis mouens, vrſitque, obiurgauitque aperte:

„Surge, Tydei fili, cur per - totam - noctem ſomnum ſuauem carpis? Non audis, vt Troiani in tumulo campi ſedent prope naues, exiguum autem iam ſpatium distinet?“

Sic dixit: ille vero e ſomno valde celeriter exiluit, et ipſum compellans verbis alatis allocutus eſt:

„Moleſtus nimium es, ſenex; tu quidem a labore nunquam ceſſas. An non et alii ſunt iuniores filii Achiuorum, qui vtique vnumquemque excitent regum, quaquauerſum obeuntes? tu vero nulla - arte - a - labore - reuocabilis es, ſenex.“

Hunc autem rurſus allocutus eſt Gerenius eques Neſtor: „Sane haec omnia, amice, recte dixiſti: ſunt quidem mihi filii eximii, ſunt et copiae etiam multae, quarum aliquis vocare poſſet: verum valde magna neceſſitas oppreſſit Achiuos; nunc enim ſane *res* omnibus in nouaculae ſita eſt acie, vtrum valde triſte exitium *futurum ſit* Achiuis, an vita. Verum i nunc, Aiacem *Oilei* velocem, et Phylei filium, *Megetem*, excita; tu enim es iunior; ſi mei miſereris.“

Sic dixit. Is vero circum humeros induit pellem leonis fului, magni, talarem; cepitque hastam, perrexitque ire; illosque illinc excitatos duxit heros.

Quum vero iam ad custodes congregatos peruenissent: neque itidem dormientes custodum duces inuenerunt; sed vigilanter cum armis sedebant omnes. Sicut nimirum canes circum oues difficilem - custodiam - agunt in caula, feram audientes ferocem, quae per syluam veniat de montibus; multus autem strepitus super eam virorum *est* atque canum, atque ipsis somnus periit: sic horum suauis somnus a palpebris perierat, noctem excubias - agentibus tristem; ad campum enim semper conuersi erant, siquando Troianos audirent inuadentes. Hos autem senex gauisus est conspicatus, confirmauitque oratione; et ipsos compellans, verbis alatis allocutus est:

„Ita nunc, cari filii, excubias - agite, neque quenquam somnus capiat; ne gaudium fiamus hostibus.“

Sic locutus, fossam transiit; atque simul sequebantur Argiuorum reges, quotquot vocati - erant ad consilium. Cum his autem Meriones, et Nestoris clarus filius, inerunt: ipsi enim *eos* vocabant, vt simul consultarent. Fossam itaque transgressi depressam, consederunt in puro, vbi vtique cadaueribus vacuum apparebat spatium occisorum: vnde rursus conuersus fuerat impetuosus Hector, postquam multos - perdidisset Argiuos, cum tandem nox obtegeret.

Ibi conſidentes, ſermones inuicem habebant. His autem loqui coepit Gerenius eques Neſtor:

„O amici, an non iam aliquis vir confiſus erit ſuo ipſius animo audaci, vt ad Troianos magnanimos eat? ſi quem forte hoſtium capiat in extremis - caſtris - errantem, vel aliquem forte etiam ſermonem inter Troianos audiat, quae vtique conſultent inter ſe: vtrum in - animo habeant iſtic manere apud naues procul, an ad vrbem retro reuerſuri ſint, quandoquidem domuerunt ſcilicet Achiuos. Haec omnia *fortaſſe* audiat, et rurſum ad nos redeat incolumis; magna certe ei ſub coelo gloria eſſet vniuerſos apud homines; et ei praemium erit egregium. Quotquot enim nauibus imperant principes, horum omnium ei ſinguli ouem dabunt nigram, feminam, agnum-vbere alentem: cui quidem poſſeſſio nulla ſimilis; ſemperque in conuiuiis et epulis aderit."

Sic dixit: illi vero omnes obmutuerunt ſilentio. Inter hos autem et locutus eſt pugna ſtrenuus Diomedes:

„Neſtor, me mouet cor et animus generoſus virorum hoſtium ingredi caſtra, prope exiſtentia, Troianorum; ſed ſi quis me vir ſimul ſequatur et alius, magis (*maior*) fiducia, et plus audaciae erit. Duobus quippe ſimul euntibus, etiam alter ante alterum animaduertit, quomodo commodum ſit: ſolus vero *vnus*, etiamſi animaduerterit, tamen ei tardiorque animus, debiliusque conſilium."

Sic dixit. Ac quidem volebant Diomedem multi ſequi; volebant Aiaces duo, famuli Martis; volebat Meriones; valde autem volebat Neſtoris filius; volebat et Atrides, haſta-inclytus Menelaus; volebat et fortis Vlyſſes penetrare in caſtra Troianorum; ſemper enim ei in praecordiis animus audebat. Inter hos autem et locutus eſt rex virorum Agamemnon:

„Tydei fili, Diomedes, meo cariſſime animo, eum quidem ſane ſocium eliges, quem volueris, eorum qui adſunt fortiſſimum, quandoquidem promti-ſunt multi. Neque tu reueritus tuo animo, fortiorem quidem relinquas, tuque *adeo* deteriorem comitem-eligas, pudori cedens, ad genus reſpiciens; ne quidem ſi imperio maior ſit.“

Sic dixit; timuit videlicet de flauo Menelao. Inter eos autem rurſus locutus eſt pugna ſtrenuus Diomedes:

„Si quidem reuera ſocium iubetis me ipſum eligere, quomodo tunc Vlyſſis ego diuini obliuiſcar, cuius eximie quidem propenſum cor, et animus fortis *eſt* in omnibus laboribus; amatque ipſum Pallas Minerua? Eo certe comitante, etiam ex igne ardenti ambo redierimus; quoniam eſt admodum peritus conſilii.“

Hunc autem viciſſim allocutus eſt laborioſus nobilis Vlyſſes: „Tydei fili, neque me admodum lauda, neque quicquam vitupera; ſcientes enim haec inter Argiuos loqueris. Sed eamus; valde enim nox praecipitat, propeque aurora; ſtellae vtique multum proceſſerunt; praeteriitque

maior noctis portio duarum partium, tertia autem adhuc pars reliqua eſt."

Sic locuti, armis horrendis induerunt *ſe.* Tydei filio quidem dedit bellator - ſtrenuus Thraſymedes enſem ancipitem, (ſuus quippe apud naues relictus erat,) et ſcutum; circumque ei galeam capiti impoſuit taurinam, et clauis carentem, et criſta, quae *cataetyx* vocatur; tuetur autem caput pubeſcentium iuuenum. Meriones porro Vlyſſi dedit arcum, atque pharetram, et enſem, circumque ei galeam capiti impoſuit ex pelle factam; multis autem intus coriis illigata erat firmiter; extrinſecus autem candidi dentes albos - dentes - habentis apri frequentes muniebant hinc atque illinc, bene et ſcite; in media autem pileus *lana compacta* aptatus erat: hanc *galeam* quondam ex Eleone Amyntoris, Hormeni filii, ademerat Autolycus, ſolidam domum quum perfregiſſet; *in* Scandia autem dedit Cytherio Amphidamanti; Amphidamas vero Molo dedit hoſpitale - munus vt eſſet; hic autem Merioni dedit ſuo filio geſtandam; ac tunc Vlyſſis texit caput circumpoſita. Hi itaque, poſtquam armis horrendis induerant *ſe,* perrexerunt ire; reliquerunt vero illic omnes optimates. His porro dextram miſit ardeolam prope viam Pallas Minerua; ii tamen eam non viderunt oculis noctem propter tenebroſam, ſed clangentem audierunt. Gauiſus eſt autem de aue Vlyſſes, et precatus eſt Mineruam:

„Audi me, Aegiochi Iouis filia, quae mihi ſemper in omnibus laboribus adſtas, neque te lateo, quum moueo me; nunc rurſus maxime me dilige, Minerua; da autem rurſus ad naues *nos* gloria - onuſtos reuerti, patrato magno facinore, quod quidem Troianis angori fuerit.“

Secundus deinde precatus eſt pugna ſtrenuus Diomedes: „Audi nunc et me, Iouis filia, indomita; comitare me, ſicut quum patrem comitabaris Tydeum nobilem ad Thebas, quando vtique pro Achiuis legatus iuit; nempe ad Aſopum reliquerat aere - loricatos Achiuos; at ipſe placidam orationem ferebat Cadmeis illuc; ſed rediens valde ardua edidit facinora, te fauente, magna dea, quando ei beneuola adſtares. Sic nunc mihi lubens adſta, et me ſerva. Tibi vero dein ego ſacrificabo iuuencam anniculam, lata - fronte, indomitam, quam nondum ſub iugum duxit vir: hanc tibi ego ſacrificabo, auro cornibus circumfuſo.“

Sic dixerunt precantes; eosque audiuit Pallas Minerua. Hi autem poſtquam precati ſunt Iouis filiam magni, perrexerunt ire, veluti leones duo, per noctem nigram, per caedes, per cadauera, perque arma, et atrum cruorem.

Nec vero Troianos fortes ſiuit Hector dormire, ſed conuocauit omnes optimates, quot erant Troianorum ductores, atque principes: his ille conuocatis, ſolers ſtruebat conſilium:

„Ecquis mihi hoc opus pollicitus perfecerit, praemium ob magnum? merces vtique ei ſufficiens erit; dabo enim currumque, duosque arduos ceruicibus equos, qui quidem praeſtantiſſimi fuerint veloces apud naues Achiuorum: quicunque auſus fuerit, (ſibi etiam ipſi gloriam reportauerit) naues veloces prope accedere, et cognoſcere, vtrum cuſtodiantur naues veloces, ſicut antea; an iam manibus ſub noſtris domiti, de fuga conſilium - agitent inter ſe, neque velint noctu excubias - agere, labore fatigati graui."

Sic dixit. Illi vero omnes obmutuerunt ſilentio. Erat autem quidam inter Troianos Dolon, Eumedis filius, praeconis diuini, diues - auri, diues - aeris; qui ſpecie quidem erat turpis, ſed pedibus - velox; atque is ſolus erat inter quinque ſorores; qui vtique tunc Troianisque et Hectori dixit adſtans:

„Hector, me impellit cor et animus fortis ad naues veloces prope accedere, atque cognoſcere. Verum age, mihi ſceptrum attolle, et mihi iura; certe equosque, et currus varios aere, daturum, qui ferunt eximium Pelei filium; tibi autem ego non vanus ſpeculator ero, neque *tuam de me* fruſtrabor opinionem. Eousque enim in caſtra penetrabo, donec venero *ad* nauem Agamemnoniam, vbi fortaſſe erunt principes conſilia agitantes vel fugiendi, vel pugnandi."

Sic dixit. Ille vero in manibus ſceptrum poſuit, et ei iurauit: „Sciat nunc Iupiter ipſe,

330 altitonans maritus Iunonis, non sane istis equis vir vehetur alius Troianorum; sed te asseuero perpetuo *iis* gauisurum."

Sic dixit, et sane periurium iurauit; eum tamen incitauit. Protinus vero *ille* circa humeros posuit curuos arcus: induitque exterius 335 pellem cani lupi, capitique imposuit viuerrae-pelle-munitam galeam; cepitque acutum iaculum; perrexitque ire ad naues ab exercitu; neque tamen erat venturus a nauibus retro, vt Hectori nuncium referret. Quum autem iam equorumque et virorum reliquerat coetum, ibat per viam acer. Hunc autem animaduertit 340 accedentem nobilis Vlysses, Diomedemque allocutus est:

„Iste sane, o Diomedes, a castris venit vir, haud scio an nauibus explorator nostris, an aliquod spoliaturus cadauerum mortuorum. Verum sinamus ipsum primum praeterire *nos* per 345 campum paululum; deinde vero ipsum insequentes capiamus celeriter: sin nos praeuerterit pedibus, semper ipsum naues versus a castris compelle hasta impetens, ne forte vrbem versus effugiat."

Sic itaque loquuti, extra viam inter cadauera 350 reclinati sunt: ille vero celeriter praetercurrit imprudentia. Sed cum iam abesset, quantum sulci sunt mularum; (hae enim bobus praestantiores sunt *ad* trahendum in nouali alto compactile aratrum:) illi quidem accurrebant; 355 hic vero [illegible] strepitu audito; putabat enim anim[illegible] reuocarent, socios ex Troianis,

venire rursus Hectore iubente. Sed quando iam aberant hastae - iactum, vel etiam minus, sensit viros hostiles, velociaque genua mouit, vt fugeret; illi autem confestim ad insequendum incurrerunt. Ac veluti quum asperis dentibus duo canes, periti venationis, aut hinnulum, aut leporem, vrgent constanter semper locum per syluosum; ille autem praecurrit clamans: sic hunc Tydei filius, atque vrbium - vastator Vlysses, a suis cum interclusissent, persequebantur constanter semper. Sed quando iam mox esset appropinquaturus custodibus fugiens ad naues, iam tum robur iniecit Minerua Tydei filio; vt ne quis Achiuorum aere - loricatorum prior gloriaretur vulnerasse, ipse vero secundus veniret; hasta itaque impetens allocutus est *eum* fortis Diomedes:

„Vel mane, vel te hasta assequar; neque te puto diu mea a manu effugiturum certam mortem.“

Dixit, et hastam emisit; volens autem aberrauit ab homine; dexterumque supra humerum bene - politae - hastae cuspis in terra fixa est; ille autem constitit, trepidauitque, crepitans dentibus (stridor vtique per os fiebat dentium,) pallidus prae timore: ii vero anhelantes assecuti sunt. Manibusque prehenderunt; ille autem lacrymans dixit:

„Viuum *me* capite, at ego me redimam: est enim *mihi* intus aesque, aurumque, et artificio multo - elaboratum ferrum: ex his vobis donabit pater infinita - dona - ob - liberationem,

ſi me viuum *eſſe* audiuerit apud naues Achivorum.“

Hunc autem reſpondens allocutus eſt conſilio - abundans Vlyſſes: „Conſide, neque omnino tibi mors obuerſetur animo; ſed age, mihi hoc dic, et vere narra: Quonam ſic ad naues a caſtris vadis ſolus, noctem per tenebroſam, quando dormiunt mortales caeteri? an aliquod ſpoliaturus cadauerum mortuorum? an te Hector praemiſit ſpeculatum ſingula naves ad cauas? an te ipſum animus impulit?“

Huic autem reſpondit deinde Dolon, ſubtusque tremebant membra: „Multo me *meo* cum damno, praeter voluntatem, induxit Hector; qui mihi Pelidae praeclari ſolidos - vngulis equos daturum annuit, et currus varios aere; iuſſit autem me euntem, celerem per noctem nigram, ad hoſtes prope accedere, et cognoſcere, vtrumne cuſtodiantur naues veloces, ſicut antea; an iam manibus noſtris domiti, *de* fuga conſilium agitetis inter vos, neque velitis noctu excubias agere, labore fatigati graui.“

Hunc autem ſubridens allocutus eſt conſiliis-abundans Vlyſſes: „Sane tibi magna dona appetebat animus, equos Aeacidae bellicoſi; atqui hi difficiles *ſunt* viris mortalibus domitu, et equitatu, alii vtique, quam Achilli, quem immortalis peperit mater. Verum age mihi hoc dic, et vera narra: Vbi nunc huc profectus reliquiſti Hectorem, paſtorem populorum? vbi vero ei arma iacent Martia? vbi vero ei equi?

.. quomodo item aliorum Troum excubiaeque ε contubernia? quaeque consultent inter se narra; vtrumne in animo habeant illic mane re secus naues procul, an ad vrbem reditu sint, quandoquidem domuerunt scilicet Achiuos.'

Hunc autem rursus allocutus est Dolon, Eu medis filius: „Atqui ego tibi haec valde ver narrabo; Hector quidem cum iis, qui cons liarii sunt, consilia agitat, diuini ad sepulcru Jli, seorsum a strepitu; excubias vero qu quaeris, heros, nullae certae seruant castr neque custodiunt. Quotquot enim Troiano rum ignis *sunt* foci, *ii*, quibus necesse, l vtique vigilant, excubiasque agere hortantu inter-se: at contra e-multis-locis-con vocati socii dormiunt; Troianis enim permi tunt custodias; non enim ipsis liberi prop sedent, neque vxores."

Hunc autem respondens allocutus est cons liis-abundans Vlysses: „At enim quomod nunc, Troianis-permisti equûm-domitorib dormiunt, an seorsum? expone mihi, vt sciam.

Huic autem respondit deinde Dolon, Eum dis filius: „Ego vero tibi etiam haec val vere narrabo: Ad mare quidem Cares et Pae nes curuis-arcubus-armati, et Leleges, Caucones, nobilesque Pelasgi; ad Thymbra vero obtinent Lycii, Mysique feroces, et Phr ges equûm-domitores, et Maeones bellatores curules. Sed cur me haec percontamini si gula? Si enim iam cupitis Troianorum pen trare in castra, Thraces hi seorsum *sunt* no

aduenae, extremi omnium; inter ipsos autem Rhesus rex, filius Eionei; cuius equidem pulcerrimos equos vidi, atque maximos; candidiores *vtique sunt* niue, cursu autem ventis pares; currus vero ei auroque et argento scite elaboratus est; arma autem aurea, suspicienda, mirabile visu, venit habens: quae quidem neutiquam mortalibus conuenit viris ferre, sed immortalibus diis. At me nunc quidem nauibus admouete velocibus, aut me ligatum relinquite hic rigido in vinculo, donec redieritis, et experti fueritis de me, vtrum secundum veritatem dixerim vobis, an etiam secus."

Illum autem torue intuens allocutus est fortis Diomedes: „Ne, quaeso, mihi effugium, Dolon, meditere animo, bona quamuis nunciasti, quum venisti manus in nostras; si enim te nunc pretio accepto liberauerimus, aut dimiserimus, certe et posthac venies celeres ad naues Achiuorum, aut speculaturus, aut aperte pugnans: sin autem meis manibus domitus vitam amiseris, non amplius posthac tu nocumentum vnquam eris Argiuis."

Dixit, et ille quidem eum erat mento manu crassa prehenso supplex precaturus: is autem ceruicem mediam percussit, ense insurgens, et ambos incidit neruos: loquentisque adeo illius caput pulueribus mistum est. Eius autem viuerrae pelle munitam galeam a capite detraxerunt, et pellem lupinam, et arcus resilientes, et hastam longam: et haec quidem Mineruae praedatrici nobilis Vlysses in altum

ſuſtulit manu, et precans verbum dixit: „Gaude, dea, hisce; te enim primam in Olympo omnium immortalium inuocabimus; ſed et inſuper deduc *nos* ad Thracum virorum equosque et contubernia.“

Sic dixit, et *iſta* a ſe in altum ſublata poſuit ſuper myricam; conſpicuumque ſignum appoſuit, conuellens arundines, myricaeque late-frondentes ramos; ne laterent *eos* redeuntes, celerem per noctem nigram. Ipſi autem progreſſi ſunt vlterius, perque arma, et atrum cruorem: ſtatimque ad Thracum virorum ordines peruenerunt euntes. Illi autem dormiebant labore fatigati, armaque illis pulcra iuxta ipſos humi iacebant, ſcite et compoſite triplici-ordine; et ad eorum ſingulos biiuges equi. Rheſus autem in medio dormiebat; iuxtaque ipſum veloces equi, ex orbili-ad-currum-fixo extremo, loris ligati erant. Hunc autem Vlyſſes prior conſpicatus, Diomedi oſtendit:

„Is tibi, Diomedes, vir; ii vero tibi equi, quos nobis ſignificauit Dolon, quem occidimus nos. Verum age, profer validum robur: neque omnino te oportet ſtare otioſe cum armis; ſed ſolue equos: aut tu viros occide, eruntque curae mihi equi.“

Sic dixit. Illi autem inſpirauit robur caeſia-oculis Minerua: interficiebatque circumquaque, horumque gemitus ortus eſt foedus enſe percuſſorum, rubeſcebatque ſanguine terra. Velvti autem leo pecudibus incuſtoditis ſuperueniens,

capris, vel ouibus, mala machinans irruit: sic quidem Thracas viros inuadebat Tydei filius, donec duodecim interfecisset. At abundans - consiliis Vlysses, quemcunque Tydides ense percussisset adstans, hunc Vlysses pone prehensum pede extrahebat, haec cogitans animo, vt pulcri iubis equi facile transirent, neque tremerent animo supra cadauera gradientes; insueti erant enim adhuc eorum. Sed quando iam regem assecutus esset Tydei filius, hunc decimum - tertium dulci anima priuauit, suspirantem: malum enim somnium capiti adstitit illa nocte, Oenidae filius, per consilium Minervae. Interea autem fortis Vlysses soluebat solidos - vngulis equos; colligauitque loris, et eduxit e turba arcu percutiens, quia non scuticam splendidam varia ex sella - *currus* memor - fuerat manibus sumere: sibilauit autem dein, significans Diomedi nobili. At is anxie *secum* cogitabat manens, quid audacius patraret; an ipse currum prehensum, vbi varia arma iacebant, temone extraheret, exportaretue in altum sublatum; an adhuc plurium Thracum animam eriperet. Dun ille haec volvebat mente, interim Minerua prope adstans allocuta est Diomedem nobilem:

„Reditus iam memento, magnanimi Tydei fili, naues ad cauas, ne et fugatus - abeas; ne forte quis etiam Troianos excitet deus alius.“

Sic dixit: Ille vero sensit deae vocem locutae; confestimque equos conscendit; verbera-

bat autem Vlyſſes arcu; hique volabant celeres ad naues Achiuorum.

Neque *vero* caecam ſpeculationem habebat argenteum - arcum - gerens Apollo. Vt vidit Mineruam Tydei filium comitantem, ei iraſcens Troianorum ingreſſus eſt ingentem exercitum; excitauitque Thracum conſiliarium Hippocoontem, Rheſi conſobrinum fortem. Hic vero e ſomno exiliens, vt vidit locum vacuum, vbi ſteterunt veloces equi, viroſque palpitantes inter foedas ſtrages, tum vero eiulauitque, carumque inclamauit ſodalem. Troum autem clangorque et immenſus ortus eſt tumultus concurſantium ſimul; ſpectabantque admirabundi ardua facinora, quibus viri patratis redierant cauas ad naues.

Illi vero cum *eo* perueniſſent, vbi ſpeculatorem Hectoris occiderant; tunc Vlyſſes quidem cohibuit, Ioui carus, veloces equos; Tydides vero in terram deſiliens, ſpolia cruenta in manibus Vlyſſi poſuit, conſcenditque equos, tumque percuſſit equos, ii autem non inuiti volabant naues ad cauas: illac enim *ire* gratum erat animo. Neſtor autem primus ſonitum audiit, dixitque:

„O amici, Argiuorum ductores et principes, mentiar, an verum dicam? iubet autem me animus: equorum me pedibus - velocium circum ſonitus aures ferit. Vtinam ſane Vlyſſesque et fortiſſimus Diomedes huc protinus a Troianis agant ſolidos - vngulis equos. Sed grauiter ti-

meo mente, ne quid *mali* passi sint Argiuorum illi fortissimi a Troianorum turba."

540 Nondum totus dictus erat sermo, quum ad-
venerunt ipsi. Et illi quidem descenderunt in
terram; hi vero gauisi dextris salutabant, ver-
bisque blandis. Primus autem interrogabat
Gerenius equester Nestor:
„Dic age mihi, o laudatissime Vlysse, ingens
545 gloria Achiuorum, quomodo hos equos cepe-
ritis: penetrantesne in castra Troianorum?
an aliquis illos praebuit deus obuius? *vtique*
perquam radiis similes *sunt* solis. Semper equi-
dem Troianis intersum *pugna;* neque vllo mo-
do aio manere *me* apud naues, senex licet
550 sim bellator: attamen nondum tales equos vi-
di, neque animaduerti; sed aliquem vobis pu-
to dedisse deum obuium factum: ambos enim
vos diligit nubes - cogens Iupiter, filiaque Ae-
giochi Iouis, caesia - oculis Minerua."
Hunc autem respondens allocutus est consi-
555 liis - abundans Vlysses: „O Nestor Nelei fili,
ingens gloria Achiuorum; facile deus quidem
volens etiam meliores, quam *sunt* hi, equos
donauerit, quoniam multo potentiores sunt *dii.*
Equi autem hi, senex, nuper - aduenerunt, de
quibus quaeris, Threicii: nempe ipsorum re-
560 gem strenuus Diomedes occidit, iuxtaque so-
cios duodecim omnes principes; decimum ter-
tium *autem* speculatorem interfecimus prope na-
ves, quem scilicet, vt explorator exercitus es-
set nostri, Hector miserat et alii Troiani illu-
stres."

Sic fatus foſſam tranſcendere fecit ſolidos-vngulis equos, gaudio exultans; vnaque caeteri ibant gaudentes Achiui. Quum autem *ad* Tydidae tentorium bene-ſtructum perueniſſent, equos quidem alligarunt ſcite-ſectis loris praeſepe ad equinum; vbi videlicet Diomedis equi ſtabant veloces-pedibus, dulce triticum edentes. Nauis autem in puppi ſpolia cruenta Dolonis poſuit Vlyſſes, dum ſacrum parare poſſent Mineruae. Ipſi interea ſudorem multum abluebant mari, ingreſſi; cruraque, et ceruicem, circumque femora. Verum, poſtquam ipſis vnda maris ſudorem multum abluiſſet a corpore, et recreati eſſent ſuo corde, in ſolia-balneatoria ingreſſi bene-polita, lauarunt. Quum autem lauiſſent, et vnxiſſent ſe pingui oleo, ientaculo aſſidebant; e cratere vero, Mineruae, pleno hauſtum libabant dulce vinum.



ILIADIS

LIBER XI.

Aurora autem e lectis, a pulcro Tithono, surgebat, vt immortalibus lucem ferret atque mortalibus: Iupiter vero Discordiam misit celeres ad naues Achiuorum luctuosam, belli signum in manibus gestantem. Stetit autem *ea* in Vlyssis ingenti naui nigra, quae in medio erat; vt vox exaudiri posset in vtramque partem, et ad Aiacis tentoria Telamonii, et ad Achillis: qui *duo* vtique ad extremas partes naues aequales subduxerant, virtute freti et robore manuum. Illic stans clamauit dea altumque horrendumque, intentissima - voce Achiuis, magnumque robur immisit cuique in cor, vt indesinenter bellarent et pugnarent. His autem statim bellum dulcius factum est, quam redire in nauibus cauis dilectam in patriam terram. Atrides porro clamauit, et accingi iussit Argiuos; ipse quoque induit splendidum aes. Ocreas quidem primum circa tibias posuit pulcras, argenteis fibulis apte - iunctas; tum deinde thoracem circa pectora induebat, quem olim ei Cinyras dedit, hospitale munus vt esset. Audiebatur enim ad - Cyprum - vsque magna fama, quod Achiui ad Troiam nauibus nauiga-

turi eſſent: quamobrem ei hunc dedit, gratificans regi. Ac huius quidem decem virgae erant nigri cyani, duodecim autem auri, et viginti ſtanni: caerulei item dracones ſurgebant ad collum tres, ab vtraque parte iridibus ſimiles, quas vtique Saturnius in nube ſixit, ſignum articulate - loquentibus hominibus. Circa humeros dein iecit enſem; in eo vero clavi aurei collucebant; at circum vagina erat argentea, aureis loris apta. Suſtulit autem, totum - hominem - operiens, varium ſcutum, validum, pulcrum, circum quod orbes decem aerei erant; inque eo circuli erant viginti, ex ſtanno candidi, et in mediis erat *vnus* ex nigro cyano. In eo autem Gorgon trux oculis circumducta erat horrendum aſpiciens, et circum Terrorque, et Fuga. Ex eo autem argenteum lorum erat; et in eo caeruleus ſinuabatur draco, capitaque ei erant tria circumflectentia, vna ceruice enata. Capiti vero clauis - vtrimque - ornatam galeam impoſuit, quatuor - conos - habentem, ſetis - equinis - comantem; horrendum autem criſta deſuper nutabat. Sumſit dein validas haſtas duas, munitas aere, acutas; longe autem aes ab ipſis *ad* coelum vsque ſplendebat; inſuperque ſonitum ediderunt Minervaque et Iuno, honorantes regem diuitis - auro Mycenes. Aurigae tum porro ſuo praecipiebat vnusquisque equos bene ex ordine tenere illic ad foſſam; ipſi vero pedites, cum armis, armati alacres - ruebant; immenſus vero clamor ortus eſt inde a mane. Priores au-

tem ſteterunt cum curruum agitatoribus ad foſſam inſtructi; hi tamen paululum poſt ſequebantur; inter eos autem tumultum concitauit pernicioſum Saturnius, et ex alto demiſit rores ſanguine madidos ex aethere, quod eſſet multa fortia capita Orco miſſurus.

Troes vero ex - altera - parte *aciem inſtruebant* ſuper tumulo campi, Hectoremque circa magnum, et eximium Polydamantem, Aeneamque, qui inter Troianos, deus veluti, honorabatur a populo; tresque Antenoridas, Polybum, et Agenora nobilem, iuuenemque Acamantem, ſimilem immortalibus. Hector vero inter primos ferebat clypeum vndique aequalem. Qualis autem ex nubibus apparet exitialis ſtella, *modo* collucens, modo autem iterum ſubit nubes opacas: ſic Hector modo quidem inter primos apparebat, modo autem inter extremos, imperans. Totus vero aere ſplendebat, veluti fulgur patris Iouis Aegiochi.

Quemadmodum autem meſſores oppoſiti inuicem ſegetem *recto ſulco* metunt, viri locupletis per aruum, tritici, vel hordei; manipuli vero crebri cadunt; ſic Troiani et Achiui in ſe inuicem inſilientes caedebant; neutrique recordabantur pernicioſae fugae: aequalia autem in pugna capita ferebant; ipſi vero, lupi veluti, ruebant: Discordia vtique gaudebat luctuoſa aſpiciens: ſola enim deorum aderat pugnantibus; at alii non ipſis aderant dii, ſed quieti ſuis in aedibus ſedebant; vbi ſingulis domus pulcrae aedificatae erant, per iuga Olym-

pi. Omnes autem accuſabant atras nubes - cogentem Saturnium, eo quod Troianis volebat victoriam praebere. Eorum quidem vtique nullam - habebat - rationem pater: ſed, ſecedens, ab aliis ſeorſum ſedebat, gloria exultans; inſpiciens Troianorumque vrbem et naues Achiuorum, aerisque fulgorem, interimentesque, intereuntesque.

Ac quamdiu quidem tempus matutinum erat et creſcebat ſacra dies, tamdiu valde vtrosque tela attingebant, cadebatque populus. Quo tempore vero lignator apparat prandium montis in ſaltibus, poſtquam ſatiauit manus caedendo arbores altas, ſatiasque eius cepit animum, cibique - dulcis circum praecordia deſiderium inceſſit: tunc ſua virtute Danai perfregerunt phalanges, adhortantes ſocios per ordines. Agamemnon vero primus exiliit; interfecitque virum Bianorem, paſtorem populorum, ipſum, deinde vero et ſocium Oileum agitatorem - equorum. Nempe hic ab equis deſiliens, aduerſus ſtetit; hunc autem recta irruentem in fronte acuta haſta percuſſit, neque galea haſtam ei morata eſt aere - grauis, ſed per ipſam penetrauit et os, cerebrumque intus totum foedatum eſt; domuitque ipſum irruentem. Et hos quidem reliquit illic rex virorum Agamemnon pectora formoſa - nudatos, quum exutas - abstuliſſet tunicas; ipſe vero iuit Iſumque et Antiphum interfecturus, filios duos Priami, nothum et legitimum, ambos

in vno curru ſtantes: nothus quidem aurigabatur, Antiphus autem pugnabat inclytus: quos olim Achilles Idae in iugis ligauit teneris viminibus, paſcentes apud oues nactus, et liberauit pretio. Iam vero Atrides late imperans Agamemnon *horum* alterum quidem ſupra mammam ad pectus percuſſit haſta; Antiphum autem ad aurem feriit enſe, deiecitque a curru. Feſtinans vero iis detrahebat arma pulcra, agnoſcens: etenim ipſos antea apud naues celeres viderat, quando *eos* ex Ida duxerat pedibus velox Achilles. Sicut autem leo ceruae velocis parvulos hinnulos facile confringit, correptos validis dentibus, veniens ad luſtrum, teneramque ipſis animam aufert; illa vero, quamuis adſit valde prope, non poteſt ipſis opitulari; illam enim ipſam tremor vehemens ſubit; confeſtimque fugit per querceta denſa et ſyluam feſtinans, ſudans, violentae ferae propter impetum: ſic illis nemo potuit arcere perniciem ex Troianis, ſed et ipſi ab Argiuis pellebantur. Porro *Agamemnon* Piſandrumque et Hippolochum fortem, filios Antimachi bellicoſi, qui potiſſimum, auro ab Alexandro accepto, ſplendidis *ſcilicet* donis, non ſinebat *Troianos* Helenam reddere flauo Menelao; huius vtique duos filios cepit rex Agamemnon, in vno curru ſtantes, ſimulque agebant veloces equos: nam iis ex manibus fugerant habenae artificio factae, atque eo turbati ſunt: itaque *in eos* contra ruit, ceu leo, Atrides. Ii vero a curru ſupplices orabant:

„Viuos - cape, Atrei fili, tuque digna accipe pretia - liberationis: multae vtique in Antimachi aedibus opes reconditae - iacent, aesque, aurumque, varioque - artificio elaboratum ferrum: ex his tibi donauerit pater infinita dona, ſi nos viuos audierit apud naues Achiuorum."

Sic hi flentes allocuti ſunt regem blandis verbis; non blandam vero vocem audiuerunt:

„Si ergo Antimachi bellicoſi filii eſtis, qui quondam in Troianorum concione Menelaum iubebat, legatum profectum cum diuino Vlyſſe, illic interficere, neque dimittere rurſum ad Achiuos: nunc certe patris indignam luetis iniuriam."

Dixit, et Piſandrum quidem ab equis deiecit humi, haſta percuſſum ad pectus; atque ille ſupinus ſolo alliſus eſt. Hippolochus autem deſiliit, quem porro humi interſecit, manibus gladio abſciſſis, et ceruice amputata; mortariumque tanquam, proiecit voluendum per turbam. *Atque* hos quidem reliquit; ipſe vero, vbi plurimae turbabantur phalanges, illuc irruebat. Simulque alii bene - ocreati Achiui. Pedites quidem pedites interficiebant, fugientes neceſſitate, equites vero equites, (ſub ipſis autem excitatus eſt puluis e campo, quem excitabant graue - ſtrepentes pedes equorum,) aere caedentes. At rex Agamemnon ſemper caedendo inſequebatur, Argiuos adhortans. Vt vero cum ignis vaſtans in incaeduam inciderit ſyluam, et quoquouerſus contorquens ventus

differt, rami autem cum ſtirpibus cadunt impulſi ignis impetu: ſic ſub Atrida Agamemnone cadebant capita Troianorum fugientium, multique arduis - ceruicibus equi vacuos currus cum ſtrepitu - rapiebant per aciei ordines, aurigas deſiderantes eximios: illi vero in terra iacebant, vulturibus longe gratiores, quam vxoribus.

Hectorem vero extra tela ſubduxit Iupiter, extraque puluerem, extraque caedem, extraque ſanguinem, extraque tumultum; Atrei filius autem inſequebatur, vehementer Danaos adhortans. *Troës* autem ad Jli ſepulcrum veteris Dardani filii, medium per - campum iuxta caprificum ruebant, cupidi vrbis *adeundae:* at clamans ſequebatur vsque Atrei filius, cruore autem puluerulento foedabatur manus inuictas. Quum autem iam ad Scaeasque portas et fagum veniſſent: ibi tandem conſtiterunt, et alii alios expectabant. Alii vero adhuc per - medium campum fugiebant, boues tanquam, quas leo territas - fugauit, aggreſſus nocte intempeſta, omnes; vni autem *alicui* apparet certum exitium: huius nempe ceruicem frangit, corripiens *eam* validis dentibus primum; deinde etiam et ſanguinem et viſcera omnia haurit: ſic hos Atrei filius inſequebatur rex Agamemnon, ſemper occidens poſtremum; illi autem fugiebant. Multi vero pronique et ſupini excidebant curribus, Atrei filii ſub manibus: ſupra modum enim ante alios haſta furebat. At, cum iam forte eſſet ad vrbem

altumque murum peruenturus, tum vero pater hominumque deûmque Idae in cacuminibus reſedit abundantis - ſcatebris, de caelo delapſus; tenebatque fulgur in manibus; Irin autem excitauit aureas - alas habentem, nunciaturam:

„Vade age, Iri velox, hoc Hectori verbum dic: Quamdiu quidem videat Agamemnonem, paſtorem populorum, furibunde ruentem inter primos pugnatores, perdentem ordines virorum, tamdiu *ipſe quidem* pedem referat, caeteras autem copias hortetur pugnare cum hoſtibus per aſperum praelium. Sed poſtquam *iſte* vel haſta percuſſus, vel ictus ſagitta, in currum ſaliet, tunc ei robur immittam vt caedat *Achiuos*, donec ad naues bonis - transtris - inſtructas peruenerit, occideritque ſol, et tenebrae ſacrae ſuperuenerint.“

Sic dixit. Nec non obſecuta eſt pedibus - ventoſa velox Iris; deſcendit autem de Idaeis montibus Jlium verſus ſacram; inuenitque filium Priami bellicoſi Hectorem nobilem, ſtantem inque equis et curribus bene - compactis; prope vero adſtans allocuta eſt pedibus velox Iris:

„Hector, fili Priami, Ioui conſilio par, Iupiter me pater miſit tibi, vt haec loquerer: Quamdiu quidem videas Agamemnonem, paſtorem populorum, furibunde - ruentem inter primos - pugnatores, perdentem ordines virorum, tamdiu cede pugna, caeteras autem copias hortare pugnare cum hoſtibus per aſperum praelium. Sed, poſtquam *iſte*, vel haſta percuſſus,

vel ictus ſagitta, in currum ſaliet, tunc tibi victoriam dabit vt caedas *Achiuos*, donec ad naues bonis transtris - inſtructas perueneris, occideritque ſol, et tenebrae ſacrae ſuperuenerint.“

Illa quidem ſic locuta abiit pedibus velox Iris; Hector autem de curribus cum armis deſiliit in terram, vibransque acutas haſtas per exercitum ibat quoquouerſum, concitans ad pugnandum; ſuſcitauitque praelium graue. Illi vero conuerſi ſunt *a fuga*, et aduerſi ſteterunt Achiuis. Argiui etiam ex altera parte corroborarunt phalanges; reſtitutumque eſt praelium; ſteteruntque aduerſi. Agamemnon autem primus irruit; cupiit enim longe pugnare ante omnes.

Dicite nunc mihi, Muſae, coeleſtes domos tenentes, quisnam tum primum Agamemnoni obuius venerit, ſeu ipſorum Troianorum, ſeu inclytorum ſociorum. Iphidamas Antenoris filius, fortisque, magnusque, qui fuit educatus Thracia gleboſa, matre ouium; Ciſſeus hunc educauit domi paruulum exiſtentem auus - maternus, qui genuit Theano genis - pulcram. At poſtquam pubertatis glorioſae peruenit ad menſuram, illic eum detinuit; deditque ipſe filiam ſuam. Vt autem duxerat, ex *ipſo ſtatim* thalamo audito Achiuorum *aduentu* venit cum duodecim nauibus recuruis, quae eum ſequebantur. Has quidem deinde in Percope reliquit naues aequales; at ipſe pedeſtri - itinere profectus, ad Jlium venerat. Qui vtique nunc Atrei filio Agamemnoni obuius venit.

Quum autem iam prope erant alter in alterum vadentes, Atrei quidem ſilius aberrauit, eiusque auerſa eſt haſta. Iphidamas autem ad zonam, thoracem ſubter, *eum* percuſſit; et ipſe valde - connixus - impreſſit, robuſta manu fretus; neque perforauit balteum omni - artificio - varium, ſed longe ante argento occurrens, plumbum tanquam, retuſa eſt cuſpis. Et hanc quidem manu prehenſam late - dominans Agamemnon trahebat ad ſe, exaſperatus, veluti leo; et ex manu *eius* euulſit; eique enſe percuſſit ceruicem, ſoluitque membra. Sic is quidem illic lapſus dormiuit aereum ſomnum, miſerandus, procul a legitima vxore, ciuibus auxilians, quam - virginem - duxerat, cuius nondum vſum habuerat, multa autem dederat: primum centum boues dedit, deinde autem mille promiſit capras ſimul et boues, quae ei multae - admodum paſcebantur. Tum ſane Atrei filius Agamemnon *eum* interfectum - ſpoliauit; abiitque ferens per turbam Achiuorum arma pulcra.

Hunc autem vt vidit Coon, clarus inter homines, maior - natu Antenoris filius, vehemens eum dolor oculos cooperuit, *ob* fratrem proſtratum; ſtetit itaque a latere cum haſta, latens Agamemnona nobilem, percuſſitque ei brachium medium, cubitum infra, in contrariam vero partem perrupit ſplendidae haſtae cuſpis. Cohorruit vero tum rex virorum Agamemnon; at ne ſic quidem ceſſauit a pugna, atque praelio; ſed irruit in Coonem, tenens ventis - auctam *et firmatam* haſtam. Ille qui-

dem Iphidamantem fratrem et eodem-patre-natum trahebat pede feſtinans, et inclamabat quosque fortiſſimos; illum autem trahentem per turbam, ſub clypeo vmbone-munito, vulnerauit (*Agamemnon*) haſtili aerato, ſoluitque membra; eiusque ſuper Iphidamante caput abſcidit aſtans. *Ita* illic Antenoris filii ſub Atrei filio rege fato expleto, deſcenderunt in domum Orci. Sed hic aliorum obibat ordines virorum, haſtaque, enſeque, magnisque ſaxis, quamdiu ei ſanguis adhuc calidus exiliebat e vulnere: at, poſtquam vulnus quidem ſiccatum eſt, ceſſauitque ſanguis, acuti dolores ſubierunt robur Atrei filii. Vt vero cum parturientem tenet telum *doloris* acutum mulierem, acerbum, quod immittunt partuum praeſides Ilithyiae, Iunonis filiae, amarorum dolorum arbitrae: ſic acuti dolores ſubierunt robur Atrei filii. In currum igitur inſiliit, et aurigae praecepit naues ad cauas currum-agere; cruciabatur enim corde. Clamauit autem intentiſſima-voce Danais vociferans:

„O amici, Argiuorum ductores, et principes, vos quidem nunc a nauibus arcete pontum-transeuntibus praelium graue; quoniam non me prouidus Iupiter permiſit cum Troianis per-totam-diem pugnare.“

Sic dixit: Auriga autem flagellabat iubis-pulcros equos naues verſus cauas; ii autem non inuiti volabant; ſpumabantque pectoribus; aſpergebanturque ſubtus puluere, laborantem regem a praelio ſeorſum ferentes. He-

ctor vero, vt vidit Agamemnonem abeuntem, Troianosque et Lycios hortabatur, alte vociferans:

„Troiani, et Lycii, et Dardani cominus-pugnantes, viri eſtote, amici, et mementote impetuoſae fortitudinis. Abiit vir ille fortiſſimus, mihique magnam gloriam dedit Iupiter Saturnius: ſed recta impellite ſolidos-vngulis equos in fortes Danaos, vt ampliorem gloriam referatis.“

Sic locutus, concitauit robur et animum cuiusque. Vt vero cum aliquis venator canes candidis-dentibus inſtiget in ſylueſtrem ſuem aprum, vel leonem: ſic in Achiuos inſtigabat Troianos magnanimos Hector Priamides, hominum-perniciei par Marti; ipſe autem inter primos, magnos animos habens, gradiebatur, irruebatque in praelium, deſuper-flanti ſimilis procellae, quae vtique deſiliens ferrugineum pontum concitat.

Tunc quem primum, quem vero vltimum interfecit Hector Priamides, quando ei Iupiter gloriam dedit? Aſſaeum quidem primum, et Autonoum, et Opitem, et Dolopem Clyti filium, et Opheltium, et Agelaum, Aeſymnumque, Orumque, et Hipponoum fortiter-praelium-ſuſtinentem: hos quidem ille principes Danaorum interfecit; at deinde plebem: velvti quum Zephyrus nubes agitet velocis Noti ingenti vortice-imbrifero verberans; creber autem tumidus fluctus voluitur, in altum vero ſpuma ſpargitur venti multiuago flatu: ſic

vtique crebra capita ab Hectore necabantur plebis. Tum vero exitium fuiſſet, et ineluctabile - malum afferentia facinora edita fuiſſent, et ſane ad naues pulſi eſſent fugientes Achiui, niſi Tydei filium Diomedem hortatus fuiſſet Vlyſſes:

„Tydei fili, quid paſſi obliuiſcimur impetuoſae fortitudinis? Verum age, huc *adſis*, amice; prope me ſta: certe enim probrum erit ſi naues ceperit pugnam-expedite-ciens Hector.“

Eum autem reſpondens allocutus eſt fortis Diomedes: Certe ego manebo et ſuſtinebo; ſed parum noſtri erit vſus; quoniam nubes-cogens Iupiter Troianis vtique mauult dare victoriam, quam nobis.“

Dixit, et Thymbraeum quidem ab equis deiecit in terram, haſta percuſſum mammam ſiniſtram; Vlyſſes vero deo-parem famulum Molionem regis. Atque hos quidem deinde miſſos-fecerunt, quando a pugna ceſſare-fecerant; ipſi autem per turbam euntes turbabant, ſicut quando apri duo in canes venaticos magnanimi irruunt: ſic hi perdebant Troianos cum-impetu conuerſi a fuga; atque Achiui laete a fugiendo Hectorem nobilem reſpirabant. Tunc *iidem* ceperunt currumque et viros, plebis fortiſſimos, filios duos Meropis Percoſii, qui ſupra omnes norat vaticinandi-artes, neque ſuos filios ſinebat proficiſci ad bellum viros perdens: illi vero ei neutiquam paruerunt: fata enim ducebant nigrae mortis. Hos quidem Tydei filius haſta-inclytus Diomedes,

anima et vita priuatos, inclytis armis ſpoliauit: Hippodamum vero Vlyſſes et Hyperochum interfecit. Tunc illis aequatam pugnam intendit Saturnius, ex Ida deſpiciens; hi vero ſeſe invicem occidebant. Ac quidem Tydei filius Agaſtrophum vulnerauit haſta Paeonis filium heroëm, ad coxam; non enim ei equi prope erant ad effugiendum; deuius vtique valde fuerat animi; hos enim famulus ſeorſum tenebat; ipſe autem pedes ruebat per primos - pugnatores, donec ſuam perdidit animam. Hector vero illico animaduertit per ordines, concitusque ferebatur in ipſos cum clangore; ſimulque Troianorum ſequebantur phalanges. Illum autem conſpicatus cohorruit pugna ſtrenuus Diomedes, ſtatimque Vlyſſem allocutus eſt prope ſtantem:

„In nos pernicies voluitur, furibundus Hector: verum age quaeſo ſtemus, et arceamus ſuſtinentes.“

Dixit, et vibratam emiſit praelongam haſtam, et percuſſit; neque aberrauit collimans in caput ſummam iuxta galeam; excuſſum autem eſt ab aere aes, neque peruenit ad cutem pulcram: prohibuit enim galea triplex oblonga, quam ei dedit Phoebus Apollo. Hector vero velociter procul recurrit, recepitque ſe in turbam; conſtititque in genua lapſus, et ſuſtentauit ſe manu robuſta *in* terra; oculos vero nigra nox cooperuit, dum vero Tydei filius ad *petendam* haſtam ibat, quam emiſerat, longe per primos - pugnatores, vbi ei defixa fuerat in ter-

ram: interea Hector rediit ad se, et, rursus in currum insiliens, egit in turbam, et euitavit mortem nigram. Hasta autem irruens allocutus est fortis Diomedes:

„Vtique nunc effugisti mortem, canis; certe tibi prope venit malum; iam *autem* denuo te eripuit Phoebus Apollo, cui soles vota facere, cum proficisceris in stridorem iaculorum; at tandem *sane* te conficiam, quum in posterum occurrero, si forte aliquis et mihi deorum adiutor est. Nunc interim alios persequar, quemcunque deprehendere potuero.“ Dixit, et Paeonis filium hasta inclytum interfectum - spoliabat.

At Alexander, Helenae maritus comas - pulcrae, in Tydei filium arcus tendebat pastorem populorum, columnae acclinis, viri - defuncti ad sepulcrum, Jli Dardanidae, prisci senis honorati. Ille quidem thoracem Agastrophi fortis detrahebat a pectore ornatu multum - vario insignem, clypeumque ab humeris, et cassidem grauem: hic vero arcus cornu traxit, et percussit, (nec ei irritum telum effugit manu,) plantam dextri pedis; penitus vero sagitta in terram defixa est. Hic autem valde suauiter ridens, ex insidiis exiliit, et glorians verbum dixit:

„Vulneratus es, nec irritum telum effugit; vtinam tibi, imum in ile iaculatus, vitam eripuissem! sic enim Troiani respirassent a *belli* calamitate, qui vtique te horrent, leonem velvt balantes caprae.“

Hunc autem non expauefactus allocutus eſt fortis Diomedes: „Sagittarie, conuitiator, coma *in cincinnos flexa* conſpicue, puellarum - ſpeculator - callide: ſi quidem aperte contra cum armis congredereris: non vtique tibi profuturus eſſet arcus et crebrae ſagittae. Nunc vero, poſtquam me perſtrinxiſti plantam pedis, gloriaris inaniter. Pro nihilo habeo; perinde, ac ſi me mulier percuſſiſſet, aut puer inſipiens. Leue enim *eſt* telum viri imbellis, nullius pretii. Certe aliter a me, etiam ſi vel paululum attigerit, acutum telum exit, et *virum* exanimem ſtatim reddit; ac illius vxoris quidem ambae laceratae ſunt genae, liberique orbi; ipſe autem ſanguine terram rubefaciens putreſcit; alites vero circum plures *ſunt*, quam mulieres.“

Sic dixit: Hunc autem Vlyſſes haſta inclytus prope veniens ſtetit ante; is vero a tergo conſidens, telum velox ex pede traxit; dolor autem per corpus venit grauis. In currum itaque conſcendit, et aurigae praecepit naues verſus cauas agere *currum:* dolebat enim corde. Solus autem relictus eſt Vlyſſes haſta - inclytus, neque quisquam apud ipſum Argiuorum manebat; quoniam timor ceperat omnes. Ingemiſcens itaque dixit ad ſuum magnum animum:

„Hei mihi! ego, quid mihi eueniet? ingens quidem malum, ſi fugero, multitudinem metuens; illud autem peius, ſi interceptus fuero ſolus: caeteros quippe Danaos in fugam vertit Saturnius. Sed cur mihi haec meus disſerit animus? noui enim, quod ignaui quidem re-

cedunt a pugna; qui vero ſtrenuus eſt in praelio, hunc omnino oportet ſtare conſtanter, ſiue feriatur, ſiue feriat alium.“

Dum is haec verſabat in mente et in animo, interim Trouum ordines ſuperuenerunt clypeatorum; concluſeruntque in medio, intra ſe peſtem collocantes. Vt vero cum in aprum vndique canes florenteſque - aetate iuuenes incitate feruntur, ille vero prodit alto ex fruticeto, acuens album dentem in incuruis malis; vndique autem *in eum* impetum faciunt; ſtridorque dentium ſuboritur: ii autem ſuſtinent protinus, horrendum licet exiſtentem: ſic ſane tum vndique in Vlyſſem, Ioui carum, incitate - ferebantur Troiani; ille vero primum quidem egregium Deiopitem vulnerauit ſuper humerum, inſiliens acuta haſta; deinde vero Thoonem et Ennomum interfecit; Cherſidamantemque deinceps, ab equis deſilientem, haſta, ad vmbilicum, ſed clypeo vmbone - munito, vulnerauit; ille vero, in puluere delapſus, prehendit terram palma. *Atque* hos quidem miſſos - fecit; Hippaſi vero filium Charopem vulnerauit haſta, germanum - fratrem generoſi Soci. Huic autem auxiliaturus Socus venit, par - deo vir; ſtetitque, valde prope cum acceſſiſſet, et eum ſermone allocutus eſt:

„O Vlyſſe clariſſime, dolorum inſatiabilis, atque laboris, hodie vel duobus gloriabere ſuper Hippaſi filiis, talibus viris interfectis, et armis ſpoliatis; vel *tu* mea haſta percuſſus animam perdes.“

Sic locutus, percuſſit in clypeo vndique aequali: per clypeum quidem penetrauit lucidum rapida haſta, et per thoracem affabre-factum infixa eſt; omnemque a coſtis cutem abstulit; neque tamen ſiuit Pallas Minerua ſubire viſcera viri. Senſit autem Vlyſſes, quod ſibi nequaquam telum lethale venerat; retroque cedens Socum ſermone allocutus eſt:

„Vah! miſer, certe omnino iam te aſſequitur graue exitium, *tu* quidem me ceſſare feciſti, ne cum Troianis *amplius* pugnem; tibi vero ego hic aio caedem et mortem nigram die hoc fore; meaque haſta domitum, gloriam mihi daturum, animam Plutoni equis-inſigni.“

Dixit; et ille quidem in-fugam retro conuerſo gradu abibat; ei autem conuerſo, tergo haſtam infixit humerorum in medio, perque pectora traiecit. Fragorem autem edidit cadens; inſultauitque *illi* nobilis Vlyſſes:

„O Soce, Hippaſi fili bellicoſi equûm-domitoris, occupauit te terminus mortis depre-henſum, nec effugiſti. Vah! miſer, non quidem tibi pater et veneranda mater oculos comprimeent mortuo videlicet, ſed alites cruda-vorantes te diripient, circum alis crebris verberatum: ſed vbi *ego* mortuus fuero, iuſta-facient mihi generoſi Achiui.“

Sic fatus, Soci bellicoſi validam haſtam eque cute *ſua* traxit, et clypeo vmbone-munito; ſanguis autem ei extracta haſta erumpebat, angebatque *illi* animum. Troiani vero magnanimi poſtquam viderunt ſanguinem Vlyſſis,

cohortantes se per turbam in ipsum omnes iuerunt. Verum is retrocedebat, inclamabatque socios. Ter quidem tum clamauit, quantum caput capiebat viri; ter autem audiuit clamantem bellicosus Menelaus; confestimque Aiacem allocutus est prope stantem:

,, Aiax nobilissime, Telamonie, princeps populorum, circa me Vlyssis magnanimi venit clamor, ei similis, ac si eum violenter - vrgerent solum stantem Troiani interclusum in acri pugna. Quare eamus per turbam; opitulari enim melius. Timeo, ne quid patiatur *mali* inter Troianos solus relictus, strenuus cum sit, magnum autem desiderium Danaos subeat. "

Sic fatus, ipse quidem praeibat, ille vero vna sequebatur par - deo vir. Inuenerunt deinde Vlyssem, Ioui carum; circa vero ipsum Troiani simul ibant, sicut perquam - auidi - caedis thoës in montibus circa ceruum cornutum vulneratum, quem vtique vulnerarit vir sagitta a neruo *missa;* ac illum quidem euadit pedibus fugiens, quamdiu sanguis tepidus, et genua mouentur: sed postquam hunc domuerit velox sagitta, cruda - vorantes eum thoës in montibus dilaniando - vorant, in nemore vmbroso; leonem autem adducit fortuna exitialem: tunc thoës quidem diffugiunt, atque ille *eo* vescitur: sic tunc circa Vlyssem bellicosum versutum Troiani confluxerunt multique et fortes: sed ille heros ruens sua hasta propulsabat

crudelem diem. *Aiax* vero prope acceſſit, ferens ſcutum, velut turrim; ſtetitque iuxta; Troiani autem perterrefacti diffugerunt alio alius. *Atque* hunc quidem Menelaus Mauortius eduxit e turba manu tenens, donec famulus prope egiſſet equos. Aiax autem Troianis inſiliens interfecit Doryclum Priami filium, nothum; deinde vero Pandocum vulnerauit; vulnerauit et Lyſandrum, et Pyraſum, et Pylartem. Vt vero cum inundans flumen in campum decurrit torrens de montibus, vrgente Iouis imbre, multasque quercus aridas, multasque larices ſecum - rapit, multumque limum in mare proiicit: ſic inſequebatur turbans per campum tunc illuſtris Aiax, concidens equosque et viros. Necdum Hector audierat; quippe pugnae in ſiniſtra - parte praeliabatur totius, ripas iuxta fluvii Scamandri; vbi maxime virorum cadebant capita, clamorque immenſus exortus erat, Neſtoremque circa magnum, et Mauortium Idomeneum. Hector vtique inter hos verſabatur, ardua patrans haſtaque, curulique virtute; iuuenumque vaſtabat phalanges. Necdum *tamen* ceſſiſſent de loco nobiles Achiui, niſi Alexander, Helenae maritus comas - pulcrae, ceſſare - feciſſet a ſtrenue pugnando Machaonem paſtorem populorum, ſagitta tres - hamos - habente percuſſum ad dextrum humerum. De hoc nempe pertimuerunt robur ſpirantes Achiui, ne forte eum, pugna inclinata, interficerent. Statim autem Idomeneus allocutus eſt Neſtorem nobilem:

„O Neſtor Nelei fili, magna gloria Achiuorum, age, tuos currus conſcende, iuxtaque Machaon aſcendat, adque naues celerrime dirige ſolidos-vngulis equos: medicus enim vir multis aequiparandus aliis, ſagittisque excidendis, mitibusque pharmacis inſpergendis."

Sic dixit; neque non-obſecutus eſt Gerenius eques Neſtor. Statim autem ſuos currus conſcendit; iuxtaque Machaon aſcendit, Aeſculapii filius eximii medici. Scutica autem verberabat equos; hi vero non inuiti volabant naues verſus cauas; eo enim *ire* gratum erat animo.

Cebriones interea Troianos turbatos animadvertit, iuxta Hectorem in-curru-ſedens, et ipſum verbis affatus eſt:

„Hector, nos quidem hic verſamur inter Danaos, in extremitate pugnae horriſonae: at ſane caeteri Troiani turbantur promiſcue equique et ipſi. Aiax ſcilicet turbat eos Telamonius; bene vtique ipſum noui; latum enim circa humeros gerit ſcutum. Sed et nos illuc equosque et currum dirigamus, vbi maxime equites peditesque, pernicioſo certamine ſtrenue-conſerto, mutuo-ſe occidunt; clamor autem immenſus exortus eſt."

Sic fatus, verberauit iubis-pulcros equos ſcutica arguta; illi autem verbera ſentientes, velociter agebant celerem currum inter Troianos et Achiuos, calcantes cadaueraque et ſcuta; ſanguine autem axis ſubtus totus foedabatur, et ambitus qui *erant* circa ſellam-currus, quos

vtique ab equinis vngulis guttae aſpergebant, atque a canthis; ille autem cupiebat ingredi turbam virorum, perrumpereque, inſiliens; tumultumque immiſit malum Danais, parumque ceſſabat ab haſta. Ac quidem aliorum obibat ordines virorum, haſtaque, enſeque, magnisque ſaxis; Aiacis autem vitabat pugnam Telamonii.

Iupiter vero pater Aiaci in - alto - ſedens metum incuſſit. Stetit vero *Aiax* attonitus, in - tergumque reiecit ſcutum ſeptem - bubulis - pellibus - munitum; pauefactusque recedebat, circumſpectans in turba, ferae ſimilis, ſubinde - ſe conuertens, lente genua alternans. Vt vero feruidum leonem boum a ſtabulo abigunt canesque et viri ruſtici, qui vtique ipſum non ſinunt boum pinguedinem eripere, totam - noctem vigilantes; ille autem carnium cupidus recta - irruit; ſed nihil proficit: frequentia enim iacula aduerſa volant audacibus a manibus, incenſaeque faces, quas nempe horrens recedit, incitatus licet; mane autem ſeorſum diſcedit moeſto animo: ſic Aiax tum a Troianis triſtis corde abiit admodum inuitus; valde enim timebat nauibus Achiuorum. Vt vero cum aſinus in aruum ingreſſus praeualet pueris tardus, in quo vtique multi baculi circum fracti ſunt, tondetque ingreſſus altam ſegetem; pueri vero verberant baculis; at vis infirma *eſt* ipſorum; vixque expellunt, *nec niſi* poſtquam ſaturatus ſit pabulo: ſic tunc dein Aiacem magnum Telamonium filium Troiani magna-

nimi et e - longinquo - vocati ſocii, percutientes haſtilibus medium ſcutum, continenter ſequebantur. Aiax vero, nunc quidem recordabatur impetuoſae fortitudinis, retro conuerſus, et cohibebat phalanges Troianorum equûm - domitorum; nunc vero vertebat - ſe ad fugam; omnibus autem ſe oppoſuit, *ne* celeres ad naues irent. Ipſe vero Troianorum et Achiuorum furebat in medio ſtans; at iacula audacibus a manibus, alia quidem in ſcuto magno figebantur, impetu - acta aduerſus, multa vero et in medio ſpatio, antequam corpus candidum attingerent, in terra ſtabant, cupientia corpore ſe ſaturare.

Hunc autem vt vidit Euaemonis praeclarus filius, Eurypylus, crebris oppreſſum iaculis: ſtetit iuxta eum profectus, et iaculatus eſt haſta ſplendida, et percuſſit Phauſii filium Apiſaonem, paſtorem populorum, hepar ſubter praecordia; continuoque genua ſoluit. Eurypylus autem inſiliit et auferebat arma ab humeris. Hunc autem vt animaduertit Alexander diuina - forma - praeditus arma auferentem Apiſaonis, ſtatim arcum adduxit in Eurypylum, et ei percuſſit femur ſagitta dextrum; fracta eſt autem arundo, et graui - dolore - affecit femur; retroque ſociorum ad agmen recedebat, mortem euitans, vociferatúsque eſt alta - voce Danaos inclamans:

„O amici, Argiuorum ductores, et principes, conſiſtite conuerſi, et arcete ſaeuum diem ab Aiace, qui telis obruitur; nec ipſum opinor

euaſurum ex pugna horriſona: ſed omnino contra conſiſtite, circum Aiacem magnum Telamonium filium.“

Sic dixit Eurypylus vulneratus; illi autem iuxta ipſum propinqui conſtiterunt, ſcuta humeris inclinantes, haſtas eleuantes. His autem obuius iit Aiax; ſtetitque conuerſus, vt venit ad agmen ſociorum. Sic hi quidem pugnabant, inſtar ignis ardentis.

Neſtorem vero e praelio ferebant Neleïae equae ſudantes; ducebantque Machaonem, paſtorem populorum. Hunc autem proſpiciens agnouit pedibus - celer nobilis Achilles: ſtabat enim in extrema ingenti naui, intuens laborem grauem, fugamque lacrymoſam: ſtatim vero ſocium ſuum Patroclum allocutus eſt, clamans e naui. Ille autem ex tentorio vt - audivit, prodiit par Marti; mali autem ei fuit principium. Hunc prior allocutus eſt Menoetii fortis filius:

„Cur me vocas, Achille; quid autem tibi opus eſt me? Hunc autem reſpondens allocutus eſt pedibus velox Achilles:

„Nobilis Menoetii fili, meo cariſſime animo, nunc puto ad genua mea futuros Achivos ſupplicantes; neceſſitas enim vrget non iam *amplius* tolerabilis. Sed i nunc, Patrocle, Ioui care, Neſtorem interroga, quemnam hunc ducat vulneratum e praelio; certe quidem a tergo Machaoni omnia ſimilis - videtur Aſclepii filio, ſed non aſpexi vultum hominis:

equi enim me praeterierunt, vlterius - properantes.“

Sic dixit; Patroclus vero dilecto obſecutus eſt ſocio. Perrexit itaque currere, praeterque tentoria et naues Achiuorum.

Illi interea cum iam ad tentorium Nelei filii perueniſſent, ipſi quidem deſcenderunt in terram almam; equas autem Eurymedon famulus ſoluit ſenis e curru; ipſi vero ſe - reficiebant a calore ſudorem exſiccando a tunicis, ſtantes ad ventum in littore maris; ac deinde in tentorium profecti, in ſellis - recubitoriis ſederunt. Iis autem parabat potionem - miſcellaneam comas - pulcra Hecamede, quam abduxit a Tenedo ſenex, quando *eam* diripuit Achilles, filiam Arſinoi magnanimi; quam ei Achiui electam - dederunt, quoniam conſilio praeſtabat omnibus. Haec eis primum quidem appoſuit menſam pulcram, pedes cyaneos - habentem, politam; ac ſuper eam aeream lancem; et in *ea* cepam, potioni - *aptum* opſonium, atque mel recens, iuxtaque farinae ſacrae fructum; iuxta etiam poculum perpulcrum, quod domo attulerat ſenex, aureis clauis diſtinctum; anſae autem eius quatuor erant; binaeque columbae circum ſingulas aureae paſcebantur; duoque infra fundi erant. Alius quidem *ſenex* non ſine labore ſubmouiſſet a menſa, plenum exiſtens: Neſtor vero ſenex ſine - labore tollebat. In hoc vtique ipſis miſcuit mulier, ſimilis deabus, vino Pramnio, inſuper autem caprinum raſit caſeum radula ae-

rea, ſuperque farinas albas inſperſit, ac bibere iuſſit, poſtquam apparauerat potionem miſcellaneam. Illi autem, poſtquam bibentes exemerant peraridam ſitim, ſermonibus delectabantur inter ſe colloquentes.

Patroclus vero foribus adſtitit, par - deo vir: hunc autem conſpicatus ſenex, a ſede ſurrexit ſplendida, introque duxit manu prehenſum, et conſidere iuſſit. Patroclus autem contra renuebat, dixitque ſermonem:

„Non ſedendi - tempus eſt, ſenex Iouis - alumne, neque *enim* mihi perſuadebis. Verendus *eſt*, ſtomachoſus *eſt*, qui me miſit ſciſcitatum, quemnam hunc ducas vulneratum; quin et ipſe agnoſco; video nempe Machaonem, paſtorem populorum. Nunc igitur rem dicturus, nuncius redeo Achilli: bene vero tu noſti, ſenex Iouis - alumne, qualis ille difficilis vir; cito vel inſontem culpauerit."

Huic autem reſpondit deinde Gerenius eques Neſtor: Cur vero ſic Achilles miſeratur filios Achiuorum, qui iam telis vulnerati ſunt? neque ſane nouit luctus quantum excitatum ſit per exercitum; fortiſſimi enim in nauibus iacent, eminus cominusque vulnerati. Percuſſus eſt quidem *ſagitta* Tydei filius fortis Diomedes; vulneratus eſt etiam Vlyſſes haſta - inclytus, et Agamemnon; percuſſus item Eurypylus ad femur ſagitta: hunc etiam alterum ego modo abduxi e praelio, ſagitta a neruo percuſſum: at Achilles, ſtrenuus cum ſit, Danaorum nullam curam gerit, neque miſeretur. An expe-

ctat, donec iam naues veloces prope mare, Argiuis *fruſtra* reſiſtentibus, igne hoſtili comburantur, ipſique interficiamur alii ſuper alios? non enim mea vis eſt, qualis antea fuit in agilibus membris. Vtinam ſic pubeſcerem, roburque mihi firmum eſſet, ſicut quando inter Eleos et nos certamen ortum eſt, de boum - abactione, quando ego interfeci Itymoneum, fortem Hyperochi filium, (qui in Elide habitabat,) pignora abigens; ille vero vim - propulſans a ſuis bobus, percuſſus eſt inter primos mea a manu iaculo; conciditque copiaeque vndiquaque - trepidae - aufugerunt agreſtes. Praedam igitur ex campo coëgimus valde multam, quinquaginta boum armenta, totidem greges ouium, tot ſuum greges, tot greges magnos caprarum, equasque flauas centum et quinquaginta, omnes feminas; multis etiam pulli ſuberant. Et haec quidem abegimus Pylum Neleïum intra, nocturni in vrbem; laetatus eſt autem animo Neleus, quod mihi contigerant multa iuueni ad bellum profecto. Praecones autem canore - edixerunt, ſimul ac aurora apparuit, illos adeſſe, quibus debitum deberetur in Elide ampla. Congregati itaque Pyliorum principes viri diuidebant; (multis enim Epei debitum debebant: quandoquidem nos, pauci *numero*, malis - fracti in Pylo eramus. Veniens enim afflixerat vis Herculea, ſuperioribus annis; interfecti autem fuerant, quotquot optimi. Duodecim enim Nelei eximii filii eramus, quorum ſolus relictus ſum; reliqui autem omnes perierunt.

Ob haec animo - elati Epei aere - loricati, nos insultantes, iniqua moliti erant.) Senex autem sibi armentumque boum et gregem magnum ouium exemit, electis trecentis, atque pastoribus, (nam et ipsi debitum magnum debebatur in Elide ampla, quatuor *scilicet* in cursu - victores equi cum ipsis curribus, qui ierant ad praemia *reportanda;* de tripode enim erant cursu - certaturi; eos autem illic rex virorum Augeas detinuit; aurigamque dimisit tristem, equorum *caussa*. *Ob* haec senex dicta iratus atque facta, exemit *sibi* admodum multa,) reliqua autem populo dedit diuidenda, ne quis ab eo fraudatus abiret aequali *portione*. Nos quidem haec singula administrabamus, perque vrbem faciebamus sacra diis. Illi vero tertio die omnes venerunt simul ipsique multi et solidi vngulis equi, cum vniuersis copiis; cumque ipsis Moliones *duo* arma induerant, pueri adhuc existentes, nondum perquam periti impetuosae - *in* - *pugna* fortitudinis. Est autem quaedam *nomine* Thryoessa vrbs, arduo loco sita, procul ad Alpheum, extrema Pyli arenosi: hanc obsidebant, euertere cupidi. Sed cum totum campum transissent, nobis vtique Minerva nuncia venit currens ab Olympo, vt armaremur, nocturna, nec inuitum per Pylum populum congregauit, sed valde incitatos - cupiditate pugnandi; neque me Neleus sinebat armari; abscondit autem mihi equos; nondum enim omnino me existimabat peritum esse bellicarum rerum. Veruntamen et sic inter equi-

tes inſignis eram noſtros, pedes licet, quandoquidem ſic *me* duxit ad pugnam Minerua. Eſt autem quidam fluuius Minyeïus in mare *ſe* proiiciens, prope Arenam, vbi expectabamus auroram pulcram equites Pyliorum; affluebantque *interea* agmina peditum. Inde cum vniverſis copiis et armis, thoracibus induti, meridiani peruenimus ad ſacrum fluentum Alphei. Ibi Ioui cum feciſſemus praepotenti ſacra opima, taurumque Alpheo, taurum et Neptuno *ſacrificaſſemus*, ac Mineruae oculos - caeſiae bovem indomitam: coenam deinde ſumſimus per exercitum turmatim, et dormiuimus in armis ſuis quisque circum fluenta fluuii. At magnanimi Epei circumſtabant iam, vrbem vaſtare cupidi; ſed ipſis ante apparuit magnum opus Martis. Quum enim ſol lucidus eminuit ſupra terram, congreſſi ſumus pugna, Iouique ſupplicantes et Mineruae. At, quando iam Pyliorum et Epeorum *commiſſum* erat certamen, primus ego occidi virum, abstulique ſolidos-vngulis equos, Mulium bellatorem; gener vero *is* erat Augeae, maximamque natu filiam habebat flauam Agameden, quae tot pharmaca norat, quot alit lata terra. Hunc quidem ego accedentem percuſſi aerata haſta; prolapſusque eſt in puluere; ego vero in currum inſiliens, ſteti inter primos - pugnatores. Sed magnanimi Epei territi - fugerunt alio alius, vt viderunt virum lapſum, ductorem equitum, qui fortiſſimus erat in praeliando. At ego irrui, atrae procellae par; quinquagintaque cepi currus,

duoque in vnoquoque viri mordicus prehenderunt solum, mea hasta domiti. Et sane Actoris filios Moliones iuuenes interfecissem, nisi ipsos pater late - dominans Neptunus ex pugna *ereptos* seruasset, tectos caligine multa. Tum Iupiter Pyliis magnam victoriam dedit. Tantisper enim insecuti sumus per stratum clypeis campum, interficientesque ipsos, armaque pulcra colligentes, donec ad Buprasium tritici - ferax egimus equos, petramque Oleniam et Alesium, vbi Colone vocatur: vnde rursum auertit copias Minerua. Ibi virum interfectum extremum reliqui; atque Achiui retro a Buprasio Pylum - versus agebant veloces equos. Omnes autem gratias agebant, ex diis Ioui, Nestorique ex hominibus. Talis fui, si quando eram, inter viros: sed Achilles solus virtute sua fruetur; certe ipsum credo multum post doliturum, vbi exercitus perierit. O amice, sane quidem tibi Menoetius sic praecepit die illo, quo te ex Phthia ad Agamemnonem misit: (nos autem intus stantes, ego et nobilis Vlysses, omnia sane in aedibus audiebamus, sicut praecipiebat. Pelei scilicet venimus domos habitantibus commodas, copias cogentes per Achaeïdem feracem; ibique tum heroem Menoetium inuenimus intus, atque te, iuxta et Achillem; senex autem equûm - agitator Peleus pinguia femora adolebat bouis, Ioui gaudenti - fulmine, aulae in septo, tenebatque aureum poculum, libans nigrum vinum super ardentia sacra. Vos quidem bouis apparabatis carnes, nos vero tum

ſtabamus in veſtibulo; attonitus autem exiliit Achilles, introque duxit manu prehenſos, atque conſidere iuſſit, dapesque hoſpitales abunde appoſuit, quas hoſpitibus fas eſt. Ac poſtquam ſaturati fuimus cibo et potu, ordiebar ego ſermonem, hortans vos ſimul ſequi; vos autem omnino volebatis; hi vero ambo multa praeceperunt. Peleus quidem ſuo filio ſenex praecepit Achilli, ſemper fortiſſime ſe gerere, et virtute ſuperiorem eſſe aliis: tibi vero itidem ſic praecepit Menoetius, Actoris filius.) *Fili mi, genere quidem ſuperior eſt Achilles, maior natu vero tu es; viribus autem ille multo praeſtantior: ſed bene da prudens conſilium, et admone, et ei praecipe; ille autem obſequetur in bonum ſane.* Sic praecepit ſenex, tu vero obliuiſceris. Verumtamen vel nunc haec dicas Achilli bellicoſo, ſi forte obſequetur. Quis vero ſcit, an ei, fauente deo, animum commoueas admonitum; bona vtique admonitio eſt amici. Si vero aliquod mentibus ſuis vaticinium euitat, et aliquod ei a Ioue dixit veneranda mater, *quo minus ipſe eat;* ſaltem te mittat; ſimul autem caeterae copiae ſequantur Myrmidonum: ſi forte quid luminis Danais ſias: et tibi arma pulcra det ad praelium gerenda; ſi forte, te illum ob - ſimilitudinem - credentes, abstineant pugna Troiani, reſpirentque Mavortii filii Achiuorum afflicti *iam:* exigua ſane reſpiratio in bello, *profuerit:* facile vero integri defeſſos viros praelio - *aggreſſi* repellatis ad vrbem, a nauibus et tentoriis."

Sic dixit; eique animum in pectoribus commouit: perrexit itaque currere iuxta naues ad Aeaci filium Achillem. Sed, cum iam e regione nauium Vlyſſis diuini perueniſſet currens Patroclus, vbi eis forumque et ius - dicendi - locus erat, vbi etiam eis deorum conſtituta erant altaria; illic ei Eurypylus percuſſus occurrit, generoſus Euaemonis filius, femore ſagitta, claudicans e pugna, humidusque defluebat ſudor *ex* humeris et capite: eque vulnere graui ſanguis niger ſcaturiebat: mens tamen firma erat. Hunc autem intuitus, miſeratus eſt Menoetii fortis filius; et dolens, verbis alatis *eum* allocutus eſt:

„Ah miſeri, Danaorum ductores et principes, ſiccine eratis procul ab amicis et patria terra ſatiaturi in Troia veloces canes alba pinguedine! Sed age mihi hoc dic, Iouis - alumne Eurypyle heros: Adhucne omnino ſuſtinebunt immanem Hectorem Achiui, an iam conficientur ab ipſo haſta domiti?"

Huic autem Eurypylus prudens reſpondit: „Nullum - amplius, nobiliſſime Patrocle, praeſidium Achiuis erit; ſed in naues nigras ſe recipient. Illi enim iam omnes, quotquot ante erant fortiſſimi, in nauibus iacent eminus cominusque vulnerati manibus Troianorum; horum vero robur augeſcit perpetuo. At me quidem tu ſerua, ducens ad nauem nigram; femoreque exſcinde ſagittam; ab eoque ſanguinem nigrum ablue aqua tepida; et lenia medicamenta inſperge, ſalubria, quae te aiunt ab

Achille doctum eſſe, quem Chiron docuit, iuſtiſſimus Centaurorum. Medici enim, Podalirius et Machaon, hunc quidem in tentoriis puto vulnus habentem, indigentem et ipſum eximii medici, iacere; alter autem in campo, Troianorum ſuſtinet acrem Martem."

Hunc autem viciſſim allocutus eſt Menoetii fortis filius: „Quo *euadent* hae res? quid agemus Eurypyle heros? Vado, vt Achilli bellicoſo nuncium referam, quem Neſtor mandavit Gerenius, cuſtos Achiuorum. Attamen ne ſic quidem te dimittam afflictum."

Dixit, et in ſinu ſuſceptum ferebat paſtorem populorum in tentorium, famulus autem vt vidit, ſubſtrauit pelles bubulas; ibi illo porrecto, e femore excidit cultro acutum telum peramarum; ab ipſo autem ſanguinem atrum abluit aqua tepida; et radicem immiſit amaram, manibus contritam, dolores adimentem, quae ei cunctos ſedauit dolores; vulnus quidem ſiccatum eſt, ceſſauitque ſanguis.

ILIADIS

LIBER XII.

Sic quidem in tentoriis *Patroclus* Menoetii fortis filius curabat Eurypylum vulneratum; verum pugnabant Argiui et Troiani cateruatim-miſti, neque iam erat foſſa amplius prohibitura Danaorum, et murus ſupra latus, quem fecerant ad *defendendas* naues; circum autem foſſam duxerant; neque diis dederant inclytas hecatombas; vt ſibi nauesque veloces et praedam multam intus continens teneretur; Diis contra inuitis ſtructus erat immortalibus; quo circa etiam nequaquam longum tempus integer manſit. Quamdiu quidem Hector viuus erat, et iraſcebatur Achilles, et Priami regis non-euerſa vrbs erat, tamdiu vtique et magnus murus Achiuorum integer fuit. At poſtquam Troianorum quidem mortui ſunt, quotquot fortiſſimi, multique Argiuorum, partim quidem *e viuis* ſublati ſunt, partim autem ſuperſtites, et euerſa eſt Priami vrbs decimo anno, Argiuique in nauibus dilectam in patriam redierunt; tum tandem inierunt-conſilium Neptunus et Apollo murum abolere, fluuiorum vi immiſſa, quotquot ab Idaeis montibus in mare profluunt, Rheſusque, Heptaporusque,

Careſusque, Rhodiusque, Granicusque, et Aeſepus, diuinusque Scamander, et Simoïs, vbi multa ſcuta et galeae procubuerant in arenis, et ſemideorum genus virorum: horum omnium eodem oſtia conuertit Phoebus Apollo, perque nouem dies in murum immiſit *eorum* curſum; pluebat interim Iupiter continuo, vt citius mari - ſubmerſa moenia redderet; ipſe autem Neptunus tenens manibus tridentem, praeibat; omniaque fundamenta vndis amouit ſtipitum et lapidum, quae iecerant laborantes Achiui; planaque fecit iuxta rapidum Hellespontum, rurſusque littus magnum arenis cooperuit, muro abolito, fluuios autem vertit, vt redirent in ſuum *quisque* alueum, qua ante demittebant pulcre - fluentem aquam.

Sic ſane erant in poſterum Neptunus et Apollo facturi; tum vero circa pugna clamorque exarſit murum bene ſtructum; ſonitumque - reddebant compages turrium percuſſae. Argiui vero Iouis flagello domiti, naues ad cauas concluſi tenebantur, Hectorem timentes, violentum - artificem - fugandi *hoſtes;* quippe, ſicut antea, pugnabat par turbini. Vt vero, quando interque canes et viros venatores, aper, ſiue leo verſatur, prae robore truces - oculos - voluens; illi vero quadratis - agminibus quum ſe - ipſos inſtruxerunt, adverſi ſtant, et iaculantur crebra ſpicula de manibus; eius autem nunquam generoſum cor pauet, neque fugam - capeſſit; fortitudo vero ipſum occidit; crebroque ſe conuertit, ordi-

nes virorum tentans; quaque fecerit impetum, ibi cedunt ordines virorum: ſic Hector turbam obiens ſe motabat, ſocios foſſam adhortans tranſcendere; neque *tamen* ei equi audebant, pedibus - veloces; valde autem hinniebant in ſummo labio ſtantes: absterrebat enim foſſa lata; neque tranſilire in promptu erat, neque transitu *erat* facilis: praecipitia enim decliuia circum totam ſtabant vtrinque, deſuper autem vallis acutis munita erat, quos defixerant filii Achiuorum denſos et magnos, *aduerſus* hoſtes munimentum. Illuc non ſane facile equus voſubilem currum trahens intraſſet; pedites vero animo - incitato - cupiebant, ſi perficere poſſent. Tum vero Polydamas audaci Hectori dixit aſtans:

„Hectorque, et alii Troianorum duces, atque ſociorum, temere per foſſam impellimus veloces equos: ea quippe admodum difficilis transitu; valli enim in illa acuti ſtant, et ad ipſos murus Achiuorum. Illuc nullo modo licet deſcendere, neque pugnare, equitibus; anguſtiae enim *ſunt*, vbi *eos* ſauciatum iri puto. Quod ſi iam omnino animo - inimico *Graecos* perdit Iupiter altitonans, Troianisque vult auxiliari: ſane equidem vellem vel extemplo hoc effectum, inglorios perire procul - ab Argis hic Achiuos. Sin vero conuerſi fuerint, et repulerint *nos* a nauibus, et foſſae impegerimus profundae: non deinceps puto ne nuncium quidem reuerſurum retro ad vrbem, *elapſum*, iterum - ad - pugnam - conuerſis ab

Achiuis. Verum agite, sicut ego dixero, obsequamur omnes: equos quidem famuli contineant prope fossam, ipsi vero, pedibus, armis induti, Hectorem omnes sequamur conferti; at Achiui non sustinebunt, siquidem ipsis exitii fines impendent."

Sic dixit Polydamas: placebatque Hectori consilium tutum. Statim itaque de curribus cum armis desiliit in terram; ac ne caeteri quidem Troiani in equis conuenerunt, sed desilierunt cum impetu, vt viderunt Hectorem nobilem. Aurigae quidem deinde suo praecepit quisque, vt equos bene ex ordine coërcerent illic ad fossam: ipsi vero in - ordines - digesti, se ipsos instruentes, in quinque - agmina distributi, simul duces sequebantur. Alii quidem cum Hectore iuerunt et eximio Polydamante, qui plurimi et fortissimi erant, cupiebantque maxime muro rupto cauas ad naues pugnare; et ipsos Cebriones tertius sequebatur; apud currus autem alium, Cebrione deteriorem, reliquit Hector. Aliis vero Paris praefuit, et Alcathous, et Agenor. Tertiis autem Helenus et Deiphobus diuina - forma - praeditus, filii duo Priami; tertiusque erat Asius heros, Asius Hyrtaci filius, quem ab - Arisba vexerant equi rutili, magni, fluuio a Selleente. At quartorum ductor erat strenuus filius Anchisae Aeneas; cumque eo duo Antenoris filii, Archilochusque Acamasque, pugnae periti omnigenae. Sarpedon vero dux - erat inclytorum sociorum; assumsitque Glaucum, et

Mauortium Aſteropaeum: hi enim ei viſi ſunt eximie eſſe fortiſſimi caeterorum, poſt ſe ipſum ſcilicet; ipſe vero antecellebat etiam omnes. Hi igitur, poſtquam ſe firme - aptaſſent affabre - factis boum - tergoribus, iuerunt recta in Danaos animoſi, neque amplius putabant ſuſtenturos, ſed in nauibus nigris caſuros.

Tum caeteri Troiani, et longe - vocati ſocii, conſilio Polydamantis inculpati paruerunt. At non Hyrtaci filius voluit-Aſius princeps virorum illic relinquere equos et aurigam famulum; ſed vna - cum ipſis proceſſit ad naues veloces, demens; neque enim erat, malo fato euitato, equis et curribus exultans a nauibus retro reverſurus ad Jlium ventoſam: prius enim eum fatum infauſtum oppreſſit, *ex* haſta Idomenei praeclari Deucalionis filii. Irruit enim nauium ad ſiniſtram - partem, qua Achiui ex campo redibant cum equis et curribus; hac equosque et currum egit, neque in portis inuenit occluſas ianuas, et longum vectem *oppeſſulatum;* ſed apertas tenebant viri, ſi quem ſociorum e bello fugientem ſaluum reciperent ad naues; hac vtique recta animo - elato equos dirigebat; et *ſui* ſimul ſequebantur acutum clamantes. Putabant enim non amplius Achiuos ſuſtenturos eſſe, ſed in naues nigras ſe recepturos. Dementes: in portis quippe duos viros inuenerunt fortiſſimos, filios animoſos Lapitharum bellicoſorum; alterum quidem, Pirithoi filium ſtrenuum Polypoetem, alterum vero, Leonteum, hominum - perniciei parem Marti. Hi

ſcilicet ante portas altas ſtabant, vt quando quercus in montibus procerae, quae quidem ventum ſuſtinent et pluuiam dies omnes, radicibus magnis late - porrectis haerentes: ſic vtique hi manibus freti atque viribus, manebant aduenientem magnum Aſium, neque fugiebant. Illi vero recta ad murum bene - ſtructum, tergora - boum arida in altum eleuantes, ibant magno cum fremitu, Aſium circa regem, et Iamenum, et Oreſtem, Aſiique filium Acamantem, Thoonemque, Oenomaumque. Atque hi *(Polypoetes et Leonteus)* adhuc quidem bene - ocreatos Achiuos hortabantur, intus ſtantes, pugnare pro nauibus; poſtquam vero in murum ruentes animaduerterunt Troianos, Danaorumque ortus eſt clamorque fugaque; tum tandem hi duo erumpentes, portas ante pugnabant, agreſtibus apris ſimiles, qui in montibus virorum atque canum excipiunt tumultum aduenientem, obliquoque impetu - ruentes, circa ſe frangunt ſylvam, ad radices vsque exſcindentes, ſubtusque ſtridor dentium oritur, donec aliquis iaculatus vitam *eis* eripuerit: ſic horum reſonabat aes in pectoribus lucidum, hinc illinc percuſſorum; valde enim fortiter praeliabantur, copiis ſuperne freti, atque *propriis* viribus. Illi quippe ſaxis - miſſilibus, bene - aedificatis a turribus iaculabantur, propugnando ſibique ipſis et tentoriis, nauibusque velocibus. Niues autem vt cadunt in terram, quas ventus vehementer - flans, nubes opacas agitans, crebras

e - ſublimi effundit in terram almam: ſic horum e manibus tela fluebant, tam Achiuorum, quam etiam ex Troianorum; galeae autem circum raucum ſonabant percuſſae ingentibus - ſaxis et clypei vmbonibus - muniti. Tum vero ingemuitque et ſua percuſſit femora Aſius Hyrtaci filius, et indignatus dixit:

„Iupiter pater, igitur iam et tu fallax factus es omnino. Non enim ego putabam heroes Achiuos ſuſtenturos noſtrum robur et manus inuictas: at illi, vt veſpae in medio maculoſae, aut apes, nidos faciunt viam ad aſperam, neque relinquunt concauam domum, ſed manentes viros venatores, pugnant pro natis: ſic illi nolunt a portis, *tantum* duo licet ſint, recedere, antequam vel interficiantur, vel capiantur.“

Sic dixit, neque Iouis flexit mentem haec dicens. Hectori enim eius animus volebat *huius diei* gloriam praebere. Alii interim circa alias pugnam pugnabant portas. Difficile vero me haec, deum tanquam, omnia proloqui; vndiquaque enim circa murum excitatus eſt immane - ardens ignis lapideum; Argiui autem, moeſti licet, neceſſitate pro nauibus pugnabant; dii vero triſtes - erant animo omnes, quotquot Danais in praelio fauebant.

Commiſerunt autem Lapithae pugnam et praelium. Tum vtique Pirithoi filius, fortis Polypoetes, haſta percuſſit Damaſum per galeam aereis - munitam - malis; neque aerea galea prohibuit; ſed penitus cuſpis aerea per-

rupit os; cerebrumque intus totum foedatum eſt; domuitque ipſum ruentem. Deinde vero Pylonem et Ormenum interfecit. Filium item Antimachi Leonteus, ramus Martis, Hippomachum percuſſit haſta, ad balteum feriens, deinde autem, ex vagina extracto enſe acuto, Antiphatem quidem primum, impetu facto per turbam, percuſſit cominus; atque is ſupinus ſolo alliſus eſt; tum dein Menonem, et Iamenum, et Oreſtem, omnes alium - ſuper - alium admouit terrae almae.

Dum ii hos interfectos - ſpoliabant armis coruſcis: interea Polydamantem et Hectorem iuuenes ſequebantur, qui plurimi et fortiſſimi erant, ardebantque maxime murumque perrumpere, et incendere igne naues. Hi tamen adhuc anxie - deliberabant, ſtantes ad foſſam: augurium enim ipſis ſuperuenit transire cupientibus, aquila altiuolans, ad ſiniſtram copias diuidens, cruentatum ſerpentem geſtans vnguibus immanem, viuum, adhuc palpitantem; necdum *is* oblitus erat pugnae; percuſſit enim *roſtro* ipſam, tenentem ſe, ad pectus, prope collum, contortus retro; illa autem a ſe demiſit in terram, affectus dolore, mediumque deiecit in agmen; ipſaque clangens auolauit flatibus venti. Troiani vero cohorruerunt, vt viderunt maculoſum ſerpentem iacentem in mediis, Iouis portentum Aegiochi. Ac tum quidem Polydamas audacem Hectorem allocutus eſt adſtans:

„Hector, ſemper quidem fere me increpas in concionibus, *quanquam* recte monentem; vti quidem nequaquam par eſt, ciuis qui ſit, praeter *rectum* dicere, neque in concilio, neque vnquam in bello, ſed tuam potentiam ſemper augere. Nunc autem rurſus proloquar, vt mihi videntur eſſe optima. Ne eamus cum Danais pugnaturi de nauibus; ſic enim euenturum puto, ſi quidem vere Troianis hoc augurium aduenit tranſire cupientibus, aquila altiuolans, ad ſiniſtram copias diuidens, cruentatum ſerpentem portans vnguibus immanem, viuum; citoque dimiſit, antequam ad caros nidos perueniſſet, neque effecit portans vt daret pullis ſuis: ſic nos, etiamſi portas et murum Achiuorum perruperimus robore magno, ceſſerintque Achiui, non fauſte a nauibus reuertemur per easdem vias; multos enim Troianorum relinquemus, quos quidem Achiui aere interfecerint pugnantes pro nauibus. Ita certe interpretabitur augur, qui vere animo peritus ſit prodigiorum, et ei paruerint populi."

Hunc autem torue intuitus allocutus eſt pugnam - expedite - ciens Hector: „Polydama, tu quidem non iam mihi grata haec dicis; noſti et aliam ſententiam meliorem hac excogitare. Sin autem reuera iam hanc ſerio dicis: vtique tibi iam dii mentem ademerunt ipſi, qui iubes Iouis quidem altitonantis obliuiſci conſiliorum, quae mihi ipſe promiſit et annuit. Tu vero *me* alitibus alas - expandentibus iubes parere; quos minime moror, neque curo, ſiue

ad dextram vadant, ad auroramque ſolemque, ſiue ad ſiniſtram iſti, ad occaſum obſcurum. Nos vero magni Iouis pareamus conſilio, qui omnibus mortalibus et immortalibus imperat. Vnum augurium *eſt* optimum, pugnare pro patria. Cur tu times pugnam et praelium? Etſi enim alii circum - occidamur omnes naues ad Argiuorum: tibi tamen non timor eſt pereundi; non enim tibi *eſt* cor impetus - hoſtium - manens, neque pugnax. Si vero tu a pugna abstinebis, vel aliquem alium dehortatione - deceptum verbis auertes a praelio: ſtatim mea haſta percuſſus animam amittes.“

Ita fatus praeceſſit; hi autem vna ſequebantur, clamore immenſo; inſuperque Iupiter gaudens - fulmine excitauit ab Idaeis montibus venti procellam, quae recta naues - verſus puluerem ferebat, atque Achiuorum molliebat animum, Troianis vero et Hectori gloriam dabat: huius vtique prodigiis confiſi atque robore *ſuo*, perfringere magnum murum Achiuorum tentabant. Pinnas quidem turrium convellebant, et demoliebantur propugnacula, crepidinesque prominentes vectibus - labefactabant, quas Achiui primas in terra poſuerant, vt - eſſent ſtabilimina turrium. Has illi conuellebant, ſperabantque murum Achiuorum ſe perrupturos. Nondum tamen Danai cedebant de loco; ſed illi ſcutis bubulis praemunientes propugnacula, feriebant ex ipſis hoſtes murum ſubeuntes.

Ambo interea Aiaces hortantes in turribus quaquauerſum itabant, robur excitantes Achiuorum: alium *ſcilicet* blandis, alium duris verbis increpabant, quemcumque omnino pugnam remittentem vidiſſent:

„O amici, Argiuorum quique eximius, quique mediocris, quique deterior; quandoquidem non omnes ſimiles viri in bello; nunc eſt res agenda omnibus. Et vero ipſi hoc nimirum cognoſcitis. Ne quis retro vertatur ad naues, *Hectori* minitanti auſcultans: ſed vlterius procedite, et inuicem hortamini; ſi forte Iupiter det Olympius fulgurator, pugnam cum repulerimus, hoſtes ad vrbem perſequi.“

Sic illi ante alios clamantes, pugnam excitabant Achiuorum. Horum autem, ſicut flocculi niuis cadunt crebri die hiberno, quando orſus eſt prouidus Iupiter ningere hominibus, oſtentans ſua tela; ſopitis vero ventis fundit conſtanter, donec operuerit celſorum montium vertices et cacumina ſumma, et campos florentes, et hominum pinguia culta; et ſuper maris cani funduntur portubusque et littoribus, fluctus autem eos aduentans prohibet; alia vero omnia operiuntur deſuper, quum ingruat Iouis imber: ſic horum vtrinque lapides volitabant crebri, hi quidem in Troianos, illi autem a Troianis in Achiuos iaculantibus: murum autem ſupra totum ſtrepitus ortus eſt. Haudquaquam tamen tunc Troiani et illuſtris Hector muri perrupiſſent portas et longum vectem, niſi filium ſuum Sarpedonem proui-

dus Iupiter excitaſſet in Argiuos, leonem velvti in boues cornibus - camuros. Statim vero clypeum quidem ante *ſe* ferebat vndique aequale, pulcrum, aeneum, lamina - ductili - tectum: quam faber ductili - artificio - fecerat, intus vero pelles - bubulas conſuerat ſpiſſas, aureis virgis perpetuis circa orbem: hoc vtique ille ante - *ſe* obiecto, duas haſtas vibrans perrexit ire, ſicut leo in - montibus - nutritus, qui indigus diu fuerit carnium, iubet autem ipſum animus magnus, oues tentaturum, etiam ad bene - munitam caulam ire; etſi enim inuenerit illic paſtores viros cum canibus et haſtis cuſtodiam - agentes circa oues, haud tamen re - non - tentata ſuſtinet a ſtabulo pelli; ſed is aut rapuit inſiliens, aut et ipſe vulneratus eſt inter primos veloci ex manu iaculo: ſic tunc diuinum Sarpedonem animus impulit murum inuadere, perque rumpere propugnacula. Statim autem Glaucum allocutus eſt, filium Hippolochi:

„Glauce, curnam nos honoribus affecti ſumus - maxime, ſedeque, carnibusque, et plenis poculis, in Lycia, omnes autem, deos tanquam, *nos* aſpiciunt, et agri - portionem poſſidemus magnam Xanthi ad ripas, amoenam, vitifero ſolo et frugifero? Quamobrem nunc oportet, Lycios inter primos, ſtare, et pugnae ardenti intereſſe; vt aliquis ſic dicat Lyciorum bene - armatorum: Nequaquam inglorii inter Lycios ſummum locum tenent noſtri reges, eduntque pingues oues, vinumque ex-

imium, dulce: verum vtique et robur *iis est* praestans, quandoquidem Lycios inter primos pugnant. O amice, si quidem enim, bello hoc euitato, perpetuo porro essemus expertesque senii immortalesque futuri: nec ipse quidem inter primos pugnarem, neque te mitterem pugnam in gloriosam. Nunc vero, (nihilominus quippe fata instant mortis plurima, quae non licet effugere hominem, neque euitare,) eamus; vel alicui victoriam dabimus, vel aliquis nobis."

Sic dixit; neque Glaucus auersus est, neque non obsecutus est. Hi itaque recta ibant Lyciorum magnam gentem ducentes. Hos autem conspicatus cohorruit filius Petei Menestheus; huius enim iam ad turrim ibant, malum ferentes. Circumspexit autem per agmen Achiuorum, si quem videre posset ductorum, qui sibi malum a sociis arceret; animaduertit autem Aiaces duos praelii insatiabiles stantes, Teucrumque modo tentorio profectum prope; sed nullo modo ei licebat, si clamaret, exaudiri: tantus enim strepitus erat, sonitusque ad caelum perueniebat, percussorum scutorumque et setis equinis comantium galearum, et portarum; omnes enim erant occlusae; *hostes*que ad ipsas stantes nitebantur vi perrumpendo ingredi. Statim itaque ad Aiacem misit praeconem Thooten:

„I, nobilis Thoote, currens Aiaces voca, ambos quidem potius: hoc enim longe optimum

omnium esset; nam mox hic fiet grauis caedes; huc enim magna - mole - feruntur Lyciorum ductores, qui et antea magno impetu irruere - solent in acribus pugnis; si vero ipsis etiam illic labor et certamen ortum est, at saltem solus veniat Telamonius fortis Aiax, et eum Teucer simul sequatur, arcuum peritus."

Sic dixit; neque ei praeco non - obsecutus est, vt audiuit; perrexit autem currere praeter murum Achiuorum aere - loricatorum, stetitque iuxta Aiaces profectus, statimque allocutus - est.

„Aiaces, Argiuorum ductores aere - loricatorum, efflagitat *vos* Petei, Iouis - alumni, charus filius illuc ire, ut laboris vel paululum participes sitis: ambo quidem potius: hoc enim longe optimum omnium esset, nam mox ibi fiet grauis caedes; illuc enim magna - mole - feruntur Lyciorum ductores, qui et antea magno impetu irruere - solent in acribus pugnis; si vero et hic etiam bellum et certamen ortum est, at saltem solus veniat Telamonius fortis Aiax, et eum Teucer simul sequatur, arcuum peritus."

Sic dixit; neque non - obsecutus est magnus Telamonius Aiax. Statim Oilei filium verbis alatis allocutus est:

„Aiax, vos quidem hic, tu et fortis Lycomedes, stantes, Danaos excitate ad fortiter pugnandum; ego vero illuc ibo, et interero pugnae; protinus autem reuertar, postquam bene ipsis auxiliatus fuero."

Sic utique fatus abiit Telamonius Aiax; et cum eo Teucer ibat frater et eodem patre natus; vna cum istis vero Pandion Teucri ferebat curuos arcus. Quando Menesthei magnanimi ad turrim venerunt, murum intra euntes, laborantibus vtique superuenerunt; quippe ad pinnas ascendebant, obscuro turbini similes, fortes Lyciorum ductores atque principes. Congressi sunt autem ad pugnandum exaduerso, ortusque est clamor. Aiax vero primus Telamonius virum interfecit Sarpedonis socium, Epiclem magnanimum, saxo aspero percussum, quod murum intra iacebat magnum ad pinnam summum; neque id facile manibus ambabus sustulisset vir, ne aetate quidem maxime florens, quales nunc homines sunt: ille vero ex alto immisit sublatum; perrupitque quatuor conos habentem galeam, ossaque confregit omnia simul capitis; is autem vrinatori similis, decidit ab excelsa turri, liquitque ossa anima. Teucer vero Glaucum, fortem filium Hippolochi, sagitta, irruentem percussit ex muro alto, qua vidit nudatum brachium, cessareque fecit a pugna. Retro itaque a muro desiliit latens, vt ne quis Achiuorum vulneratum videret, et insultaret verbis. Sarpedoni autem dolor fuit, propter Glaucum abeuntem, protinus vt animaduertit, attamen non oblitus est pugnae; sed is Thestoris filium Alcmaonem hasta assequutus vulnerauit, extraxitque hastam; ille autem secutus hastam, cecidit pronus, circaque ipsum

ſonitum - dedere arma varia aere. Sarpedon vero pinnam prehenſam manibus robuſtis trahebat; illa autem ſecuta eſt tota prorſus; et deſuper murus nudatus eſt, multisque fecit viam. Illum vero Aiax et Teucer ſimul - aſſecuti, hic quidem ſagitta feriit lorum circa pectora ſplendidum clypei ingentis; Iupiter tamen fata arcuit a filio ſuo, ne nauium ad puppes interficeretur. Aiax autem clypeum percuſſit inſiliens; atque penitus tranſiit haſta, aſpereque - repulit ipſum ardentem. Ceſſit itaque paululum a propugnaculo, neque is *tamen* in - totum receſſit, quoniam ei animus ſperabat gloriam reportare. Adhortatus eſt autem diuinos conuerſus Lycios:

„O Lycii, quid ita remittitis impetuoſam fortitudinem? Difficile autem mihi eſt, etiamſi fortiſſimus ſim, ſoli, cum *murum* perruperim, facere ad naues aditum: ſed vna - ſequimini; multorum vtique opus melius."

Sic dixit; illi autem regis reueriti adhortationem, validius incubuerunt conſilia - ferentem circa regem. Argiui autem ex - altera - parte corroborabant phalanges murum intra, magna quippe ipſis obtulit ſe res agenda. Neque enim fortiſſimi Lycii Danaorum poterant muro rupto facere ad naues viam; neque vnquam bellatores Danai Lycios poterant a muro retro repellere, poſtquam primum acceſſerant; ſed ſicut de finibus duo viri contendunt, menſuras in manibus tenentes, communi in aruo, qui vtique exiguo in loco li-

tigant de ſuo iure: ſic quidem hos distinebant pinnae; iique ſuper ipſis *obtinendis* caedebant alii - aliorum circa pectora bubula - pelle - factos clypeos rotundos, parmasque leves. Multi autem vulnerabantur corpus ſaevo aere, partim, cui verſo terga nudarentur pugnantium, multi partim penitus per clypeum ipſum. Vbique vero turres et pinnae ſanguine virorum perfuſae erant vtrinque a Troianis et Achiuis. Sed ne ſic quidem poterant in fugam vertere Achiuos; ſed ſe ita habebant, vt lances mulier lanificio - victum - quaeritans proba, quae ſtateram tenens et lanam, vtrinque appendit exaequans, vt liberis tenuem mercedem ferat: ſic quidem horum aequaliter pugna intendebatur bellumque; vsque dum tandem Iupiter gloriam ſuperiorem Hectori dedit Priamidae, qui primus irrupit murum Achiuorum, clamauitque intentiſſima voce Troianis vociferans:

„Ingruite, equûm domitores Tröes, perrumpiteque murum Argiuorum, et nauibus immittite immane - ardentem ignem.“

Sic dixit incitans; illi autem auribus omnes audiuerunt, rectaque irruerunt in murum frequentes; iique deinde pinnas aſcendebant, acutas haſtas tenentes. Hector vero correptum lapidem ferebat, qui portas ſtabat ante extremus; craſſus, et deſuper acutus erat; quem ne duo quidem viri ex populo fortiſſimi facile in plauſtrum a ſolo mouere poſſent, quales nunc homines ſunt; ille vero ipſum facile vi-

450 brabat etiam solus; hunc *scilicet* ei leuem
reddiderat Saturni filius versuti. Sicut autem
quando opilio facile portat vellus arietis, ma-
nu prehensum altera, exiguumque ipsum pon-
dus urget: sic Hector recta in fores ferebat
lapidem sublatum, quae portam muniebant
455 valde spissae coagmentatas, biforem, altam:
duo autem intus vectes firmabant inuicem
transuersi, vna vero clauis accommodata - erat.
Stetit vero valde prope accedens et adnixus per-
cussit mediam, firmiter diuaricatis - cruribus -
stans, ne ei imbelle telum esset, rupitque
ambos cardines; cecidit autem lapis intro
460 magno pondere, immane vero circa portae cre-
puerunt, neque vectes sustinuerunt, fores
vero disruptae sunt alio alia lapidis ex impe-
tu. Insiliit autem illustris Hector, nocti ve-
loci similis aspectu; fulgebatque aere terri-
bili, quo indutus erat circa corpus; duas au-
465 tem manibus hastas tenebat; haud quis illum
inhibere - potuisset occurrens, praeter deos,
quando insiliit in portas; igne vero oculi arde-
bant. Hortabatur autem Troianos conuersus
ad agmen, murum transcendere; illi autem
hortanti paruerunt, protinusque alii quidem
470 murum transcenderunt, alii vero per ipsas af-
fabre - factas infundebantur portas, Danai au-
tem diffugerunt naues ad cauas; tumultusque
vehemens consecutus est.

ILIADIS

LIBER XIII.

Iupiter vero poſtquam Troasque et Hectorem nauibus admouerat, eos quidem reliquit ad illas, laboremque ut ferrent et aerumnas indeſinenter; ipſe autem retro vertit oculos fulgidos ſeorſum, equeſtrium Thracum intuens terram, Myſorumque cominus - pugnantium, et illuſtrium Hippomolgorum, lacte - victitantium longaeuorumque, iuſtiſſimorum hominum; ad Troiam autem non omnino amplius vertebat oculos fulgidos: non enim ille immortalium quemquam exiſtimabat ſuo in animo venire, et vel Troianis auxiliari, vel Danais.

Neque *vero* caecam - ſpeculationem agebat rex Neptunus; etenim hic ſpectans ſedebat bellumque pugnamque alte ſuper ſummum verticem Sami ſyluoſae Threïciae: inde enim conſpiciebatur tota quidem Ida, conſpiciebatur et Priami urbs, et naues Achiuorum. Illic *utique* is e mari ſedebat egreſſus, miſerabatur autem Achiuos a Troianis domitos, Iouique grauiter ſuccenſebat. Protinus itaque de monte deſcendit praerupto, rapide pedibus progreſſus: tremebant autem montes alti et ſyl-

va, pedibus ſub immortalibus Neptuni incedentis. Ter quidem protendit greſſum, quarto autem *paſſu* peruenit ad locum deſtinatum, Aegas: illic ſcilicet ei inclytae aedes in imo mari, aureae, coruſcantes, aedificatae ſunt, incorruptae ſemper. Illuc cum veniſſet, ſub curru iunxit aeripedes equos, celeriter - volantes, aureis iubis comantés, aurum autem ipſe induit circum corpus; accepitque ſcuticam auream, ſcite - factám, ſuumque conſcendit currum; coepitque invehi ſuper vndas; exultabant autem cete ſub ipſo vndique e latebris, neque non - agnouerunt regem; cum laetitia etiám mare huc - illuc - diductum - cedebat. Hi itaque volabant celeriter admodum, neque ſubtus madeſcebat aereus axis. Hunc autem ad Achiuorum naues agiles ferebant equi.

Eſt autem quaedam ſpecus ampla alti in profundo maris, inter Tenedum et Imbrum aſperam: illic equos ſtabulare - fecit Neptunus terrae quaſſator, ſolutos curribus, iuxtaque diuinum poſuit pabulum vt ederent; circaque pedes pedicas iecit aureas, infrangibiles, inſolubiles, vt firmiter illic manerent rediturum regem; is autem ad exercitum abiit Achiuorum.

Troiani vero flammae pares conferti, ſiue procellae, Hectorem Priamiden inexpleto ardore ſequebantur, magnum - frementes, clamantesque; ſperabant autem naues Achiuorum capturos *ſe*, occiſurosque ad ipſas omnes Achiuos. Sed Neptunus terram - cingens, terrae -

quassator, Argiuos excitabat, profundo e mari egressus; cum se assimilasset Calchanti corpore et indefessa voce. Aiaces primos allocutus est, promtos animis etiam per se: „Aiaces, vos quidem seruabitis populum Achiuorum, fortitudinis memores, nequaquam autem dirae fugae. Alibi enim equidem non timeo manus audaces Troianorum, qui magnum murum transcenderunt turba; sustinebunt enim omnes, bene-ocreati Achiui; hac vero *parte* sane grauissime timeo, nequid incommodi accipiamus, qua hic rabiosus, flammae par, ducit copias Hector, qui Iouis iactat praepotentis filium *se* esse. At vobis sic deorum aliquis in mentibus ponat, vt et ipsi stetis fortiter, et hortemini alios: ita enim, ardentem licet, repuleritis a nauibus velocibus, etiamsi eum Iupiter ipse excitet."

Dixit; et sceptro, terram-cingens Neptunus, ambos feriens, impleuit robore forti, membraque fecit leuia, pedes et manus superne. Ipse autem, vt accipiter alis-pernix se sustulit, ad volandum, qui e praerupta petra excelsa leuatus properauerit per planitiem insequi auem alius-generis: sic ab his facto-impetu-abiit Neptunus terrae-quassator. Ex ipsis duobus autem sensit prius Oilei *filius* velox Aiax, statimque Aiacem allocutus est Telamonium filium:

„Aiax, quoniam aliquis nobis deorum, qui Olympum habitant, vati assimilatus iubet ad naues pugnare; (neque *enim* hic Calchas est,

vates augur; vestigia quippe retro pedum et tibiarum facile cognoui abeuntis: facile vtique dignoscuntur dii): continuo etiam mihi ipsi animus in pectore meo magis excitatus
75 est ad pugnandum atque praeliandum; pugnamque appetunt gestientes subtus pedes, et manus superne."

Hunc autem respondens allocutus est Telamonius Aiax: „Sic nunc et mihi circa hastam manus audaces gestiunt, et mihi animus erectus est; subtusque pedibus sentio me impulsum ambobus; animo vero incitato
80 cupio vel solus cum Hectore Priamide inexpletum ardenti pugnare."

Sic hi quidem talia inter se dicebant, pugnae studio laeti, quod ipsis deus immiserat animo. Interim autem postremos Neptunus excitabat Achiuos, qui ad naues velo-
85 ces reficiebant suum animum: quorum vtique simul grauique labore *defessa* membra soluta erant, simulque ipsis dolor in animo oriebatur, aspicientibus Troianos, qui magnum murum transcenderant cum tumultu. Hos illi scilicet inspicientes, sub superciliis lacrymas fundebant; non enim putabant *se*
90 effugituros perniciem. Sed Neptunus facile interuentu suo fortes concitauit phalangas. *Atque* ad Teucrum *quidem* primum et Leitum venit hortans, Peneleumque heroëm, Thoantemque, Deipyrumque, Merionemque, et Antilochum, peritos pugnae; hos ille incitans, verbis alatis allocutus est:

„*Proh*, pudor, Argiui, iuuenes adolescentes! Vobis ego pugnantibus confido saluas fore naues nostras; si vero vos pugnam detrectabitis grauem, iam nunc certe illuxit dies, quo Troianis succumbemus. O dii, profecto ingens portentum hoc oculis video, indignum, quod nunquam ego euenturum putabam, Troianos ad nostras accedere naues; qui prius fugacibus ceruis similes erant, quae per syluam, thoum, pardaliumque, luporumque escae sunt, temere errantes, imbelles, neque *natae* ad pugnam: sic Troiani antehac robur et manus Achiuorum manere nolebant ex aduerso ne paululum quidem: nunc vero procul ab urbe cauas ad naues pugnant, imperatoris ignauia, inertiaque militum, qui cum illo contendentes, propugnare nolunt naues veloces, sed caeduntur ad ipsas. Veruntamen etiam si omnino reuera in culpa est heros Atrides, late-dominans Agamemnon, eo quod contumelia-affecerit pedibus-celerem Pelei filium; nobis tamen nullo-modo licet intermittere pugnam; sed placemus ocyus; faciles vtique ad placandum mentes bonorum; vos autem nequaquam honeste remittitis strenuam fortitudinem, omnes fortissimi cum sitis in exercitu; neque vero ego virum obiurgaverim, qui pugnam detrectet, quum imbellis sit; at vobis succenseo ex animo. O molles, mox sane aliquod malum admittetis grauius hac ignauia! Sed in mentibus reponi-

te ſinguli pudorem, *hominumque* reprehenſionem; certe enim ingens certamen ortum eſt. Hector nempe ad naues praelio - ſtrenuus pugnat, fortis; perfregitque portas, et longum vectem.

Sic ſane adhortans Neptunus concitauit Achiuos. Circum autem Aiaces duos ſtabant phalanges firmae, quas ne Mars quidem vituperaſſet, ſi interueniſſet, neque Minerva populorum - concitatrix: quippe praeſtantiſſimi *viri* delecti Troianosque et Hectorem nobilem manebant, conſtipantes haſtam haſtae, ſcutum ſcuto denſiſſimis ordinibus: clypeus nempe clypeum fulciebat, galea galeam, virum vir; ſeque - inuicem - attingebant ſetis - equinis - comantes galeae ſplendentibus conis nutantium; adeo denſi ſtabant inter ſe. Haſtae autem criſpabantur audacibus a manibus concuſſae; hi quippe *in hoſtes* recta tendebant, ardebantque pugnare. Troiani autem prius - in - eos - impetum - fecerunt conferti; praeibatque Hector contra alacer - ruens; lapis - curſu - pernicioſus ſicuti a petra, quem de vertice - montis fluuius torrens impulerit, abruptis immenſo imbre aſperae retinaculis petrae, alteque ſubſiliens volat, reſonatque ſub ipſo ſylua; hic autem curſu - perpetuo currit magna vi, donec peruenerit in planitiem; tum vero nequaquam voluitur, curſu licet incitatus: ſic Hector, haetenus quidem minabatur, vsque ad mare facile *ſe* peruenturum ad tentoria et

naues Achiuorum, interficientem eos: verum, quando iam in densas incidisset phalangas, stetit prope-admodum obnitens; ex aduerso autem filii Achiuorum, percutientes ensibusque et hastis vtrinque-acutis, repulerunt *eum* a se: ille vero cedens, aspere-pulsatus est, vociferatusque est alta-voce Troianos inclamans:

„Troiani, et Lycii, et Dardani cominus-pugnantes, perstate! haudquaquam diu me sustinebunt Achiui, licet valde addensatis-ordine quadrato agminibus seipsos instruxerint. Sed, puto, cedent hastae *meae ope*, si reuera me incitauit deorum potentissimus, altitonans maritus Iunonis."

Sic fatus, excitauit robur et animum vniuscuiusque. Deïphobus porro inter hos elato animo incedebat Priamides, praeque *se* tenebat clypeum vndique aequale, leui passu progrediens, et clypeo-tectus procedens. Meriones autem in eum collimans-direxit hastam fulgentem; et percussit, neque aberrauit, clypeum vndique aequale, taurinum; id vero haudquaquam traiecit, sed multo prius in extremo fracta est longa hasta. Deïphobus autem scutum taurinum tenuit-*procul* a se, timuit enim animo hastam Merionis bellicosi; at heros *Meriones* retro sociorum in agmen recessit; et iratus est grauiter *propter* vtrumque, victoriamque *amissam*, et hastam, quam fregerat. Perrexit itaque ire praeterque tentoria et naues Achiuorum, al-

laturus haſtam longam, quae ſibi in tentoriis reliqua erat. Caeteri vero pugnabant, clamorque immenſus exortus eſt.

Ac Teucer quidem primus Telamonius virum interfecit Imbrium armis – acerrimum, diuitis – equorum Mentoris filium; habitabat autem is Pedaeum, antequam veniſſent filii Achiuorum, filiamque Priami notham vxorem habebat Medeſicaſten; at poſtquam Danaorum naues veniſſent vtrinque – remis – actae, rurſus ad Ilium venit, excellebatque inter Troianos; habitabat autem apud Priamum: isque eum honorabat aeque ac filios. Hunc vtique filius Telamonis ſub aurem haſta longa vulnerauit, euulſitque haſtam; is autem cecidit, fraxinus tanquam, quae montis in vertice procul conſpicui, aere reciſa, tenera terrae folia *procumbendo* admouit: ſic cecidit; circumque ipſum ſonitum – dederunt arma varia aere. Teucer itaque accurrit, cupiens arma exuere; Hector vero in accurrentem iaculatus eſt haſta fulgenti. Sed ille quidem ex aduerſo conſpicatus euitauit aeream haſtam paululum; hic autem Amphimachum, Cteati filium, ex Actore nati, venientem in pugnam ad pectus percuſſit haſta; fragorem vero edidit cadens, et ſonitum – dedere arma ſuper ipſum. Hector itaque accurrit, vt galeam temporibus aptam capite deriperet magnanimi Amphimachi; Aiax autem in accurrentem iaculatus eſt haſta ſplendenti Hectorem; ſed nusquam corpus penetrauit, to-

tus quippe aere horrendo tectus erat; ille tamen scuti umbonem percussit, repulitque eum vi magna. Is autem cedebat retro : a cadaueribus ambobus; istaque *ad se* extraxerunt Achiui. Amphimachum quidem Stichius, nobilisque Menestheus, principes Atheniensium, portauerunt ad exercitum Achiuorum; Imbrium vero Aiaces, studiosi impetuosae pugnae: vt duo capram leones, a canibus serratis - dentibus ereptam, ferunt per virgulta densa, alte supra terram in malis tenentes: sic utique hunc *(Imbrium)* alte tenentes duo Aiaces bellatores, arma detraxerunt; caput autem molli a ceruice amputauit Oilei filius, iratus Amphimachi *caussa*; misitque illud instar - globi rotatum per turbam; Hectori vero ante pedes cecidit in pulueribus.

Ac tum quidem ex animo Neptunus iratus erat, nepotis *caussa (Amphimachi)* caesi in graui pugna. Perrexit itaque ire praeterque tentoria et naues Achiuorum, incitaturus Danaos, Troianisque clades moliebatur. Idomeneus autem illi hasta - inclytus occurrit, rediens a socio, qui ei nuper e praelio venerat, ad poplitem vulneratus acuto aere. Hunc quidem socii absportauerant; ille autem, medicis quum mandata - dedisset, redibat ex tentorio; adhuc enim pugnae cupiebat particeps - esse. Ipsum itaque allocutus est rex Neptunus, (assimilans - se voce, Andraemonis filio Thoanti, qui per totam Pleuro-

nem et excelſam Calydonem, Aetolis imperabat, deusque tanquam honorabatur a populo):

„Idomeneu, Cretum princeps, quo tandem minae abierunt, quas Troianis minabantur filii Achiuorum?“

Hunc autem viciſſim Idomeneus, Cretum ductor, contra allocutus eſt: „O Thoa, nullus vir nunc in culpa, quantum equidem intelligo: omnes enim ſcimus praeliari: neque quenquam timor detinet exanimans, neque quisquam pigritiae cedens, ſubterfugit pugnam pernicioſam; ſed ita videtur nimirum placitum eſſe praepotenti Saturnio, ingloríos perire procul ab Argo hic Achiuos. At, Thoa; quandoquidem ante bellicoſus fuiſti, hortari - ſoles autem et alium, vbi remittentem videris, ideo nec nunc quidem ceſſa *ipſe*, hortareque virum quemque.“

Huic autem reſpondit deinde Neptunus quatiens - terram: „Idomeneu, ne iſte vir amplius reuertatur a Troia, ſed hic canibus ludibrium fiat, quicunque die hoc volens remiſerit pugnam. Sed age, armis huc ſumtis veni; haec autem ſimul oportet maturare; ſi cui vſui eſſe queamus, etiam duo cum ſimus. Vtilis - certe - in - vnum - collata virtus eſt virorum, etiam valde imbellium: nos autem et cum fortibus nouimus pugnare.“

Sic fatus, ille quidem rurſus abiit deus in pugnam virorum; Idomeneus autem, quando iam ad tentorium bene ſtructum veniſſet, in-

duit arma pulcra circa corpus, ſumſitque duo haſtilia, perrexitque ire fulguri ſimilis, quod ſcilicet Saturnius manu acceptum miſerit vibratum e coruſco Olympo, oſtendens ſignum hominibus; praeclari autem *ſunt* eius radii: ſic huius aes ſplendebat circa pectora currentis. Meriones autem ei, famulus bonus, occurrit, *quum abeſſet* prope adhuc a tentorio: nam haſtam aeream ibat ſumturus. Hunc itaque allocuta eſt vis Idomenei, (*allocutus eſt Idomeneus*):

„Merione, Moli fili, pedibus celer, cariſſime ſodalium, cur veniſti, praelioque relicto et pugna? numquid vulneratus es, telique te affligit cuſpis? an alicuius rei nuntius ad me veniſti? neque *vero* omnino ipſe deſidere in tentoriis cupio, ſed pugnare.“

Hunc autem Meriones prudens viciſſim allocutus eſt: „Idomeneu, Cretum princeps aere loricatorum, venio, ſi qua tibi haſta in tentoriis relicta eſt, ſumturus; eam enim iam confregimus, quam prius habebam, clypeo Deïphobi percuſſo ferocientis.“

Hunc autem Idomeneus, Cretum ductor, viciſſim allocutus eſt: „Haſtas quidem, ſi volueris, et vnam et viginti inuenies, ſtantes in tentorio ad parietes collucentes, Troianas, quas a caeſis abſtuli; non enim profiteor a viris hoſtibus longe ſtans pugnare; ideo mihi haſtae ſunt, et ſcuta vmbonibus munita, et galeae, et thoraces lucidum renidentes.“

Hunc autem Meriones prudens viciſſim allocutus eſt: „*Quin* et mihi apud tentoriumque et nauem nigram multa *ſunt* ſpolia Troianorum; ſed non prope ſunt, vt - ſumere - poſſim; neque enim ne me *quidem* puto oblitum eſſe fortitudinis; ſed inter primos in pugna illuſtres - viros - reddente ſto, quando certamen exortum fuerit pugnae. Alium fortaſſe aliquem magis Achiuorum aere - loricatorum lateo pugnans, te vero ſcire ipſum puto.“

Hunc autem Idomeneus, Cretum ductor, viciſſim allocutus eſt: „Noui virtute qualis ſis; quid te oportet haec dicere? Si enim nunc prope naues ſeligamur omnes fortiſſimi ad inſidias, (vbi maxime virtus diſpicitur virorum; vbi, quique timidus vir, quique fortis, facile apparet: quippe ignaui mutatur *ſubinde* color alius ex alio; neque ei, immotus vt ſedeat, continetur in praecordiis animus, ſed alterne - flexis - genibus - conſidit, et ſuper ambos pedes ſedet; intusque ei cor valde in pectoribus palpitat, mortem expectanti; ſtridorque inſuper oritur dentium; *viri* autem fortis, neque mutatur color, neque admodum tremit, poſtquam primum ſe - collocarit in inſidiis virorum; optat autem quam - citiſſime miſceri in praelio graui:) ne ibi quidem tuum animum et manus *quis* vituperarit. Si quando enim *ſeu* eminus vulneratus fueris in - pugna - laborans, ſeu cominus, non in ceruicem *tibi* a tergo inciderit telum, nec

in dorſum, ſed vel pectori, vel ventri occurrerit, vlterius recta - ruentis, inter primorum - pugnatorum turbam. Sed age, ne amplius haec interloquamur, fatui tanquam, *hic* ſtantes, ne forte quis valde reprehendat; verum tu ad tentorium profectus ſume validam haſtam."

Sic dixit. Meriones autem, veloci par Marti, raptim e - tentorio ſuſtulit aeream haſtam; ſecutusque eſt Idomeneum valde pugnae cupidus. Qualis autem hominum - pernicies Mars ad - pugnam accedit, ipſumque Terror, carus filius, ſimul validus et impauidus, comitatur, qui vtique terret pectoris - licet - conſtantis bellatorem; *atque* hi quidem e Thracia in Ephyros armantur, vel in Phlegyas magnanimos; neque quidem iidem exaudiunt vtrosque, alterutris autem gloriam dant: tales Merionesque, et Idomeneus, ductores virorum, ibant ad pugnam, armati coruſco aere. Hunc et Meriones prior verbo allocutus eſt:

„Deucalionis fili, qua - parte fert animus ingredi turbam? Num ad dextram totius exercitus, an per medios, an ad ſiniſtram? quoniam nusquam exiſtimo adeo indigere certamine comantes Achiuos."

Hunc autem Idomeneus, Cretum ductor, viciſſim allocutus eſt: „Naues quidem ad medias qui auxilientur, ſunt et alii, Aiacesque duo, Teucerque, qui praeſtantiſſimus Achiuorum arte - ſagittandi, ſtrenuus etiam

et in ſtataria pugna; qui illum ſatis fatigent, perquam - incitatum licet ad pugnam, Hectorem Priami filium; etiamſi admodum fortis ſit. Arduum *ſane* ei erit, valde licet ardenti in praelium, illorum ſuperato robore et manibus inuictis, naues incendere; modo non ipſe Saturnius iniecerit ardentem torrem nauibus velocibus. Homini autem non ceſſerit magnus Telamonius Aiax, qui mortalisque ſit, et edat Cereris fruges, aereque violabilis *ſit*, magnisque ſaxis; ne ipſi quidem Achilli hoſtium - agmina - perrumpenti ille ceſſerit, in ſtataria quidem *pugna;* pedibus autem nequaquam poteſt contendere. Nobis itaque huc ad ſiniſtram tende exercitus, vt citiſſime videamus, an alicui gloriam praebituri ſimus, an quis nobis.“

Sic dixit. Meriones autem, veloci par Marti, coepit ire, donec perueniſſent ad exercitum, qua eum iuſſerat. Hi autem, *(hoſtes)* quum Idomeneum viderent, flammae ſimilem fortitudine, ipſum et famulum cum armis vario - artificio - factis: cohortantes per turbam, in ipſum omnes irruebant; manibusque - vtrinque - conſertis, commiſſum - eſt certamen ad puppes nauium. Vt vero cum per ſtridulos ventos ingruunt procellae, die illo quum plurimus puluis *eſt* in viis; qui porro *venti*, vno loco pulueris magnam ſtare - faciunt nebulam: ſic vtique his ſimul *irruentibus* inita eſt pugna, ardebantque animo invicem - ſe per turbam interficere acuto aere.

Horruit autem pugna mortalibus - exitiosa hastis longis, quas tenebant acutas; oculosque perstringebat splendor aereus, galeis a lucentibus, thoracibusque recens - tersis, scutisque fulgentibus, congredientium in - vnum. Valde vtique audax - animo esset, qui tunc gauisus esset viso labore, neque animo - turbaretur.

Diuisis ita *partibus* fauentes duo Saturni filii viribus - potentes, viris heroibus struebant dolores graues. Quippe Iupiter quidem Troianis et Hectori volebat victoriam, gloriosum - reddens Achillem pedibus velocem; neque *tamen* ille penitus volebat populum perdere Achaicum, ad Jlium; sed Thetin honorabat, et filium *eius* magnanimum; Argiuorum vero Neptunus animos - excitabat interuentu *suo*, clam emersus e cano mari; dolebat enim a Troianis *illos* domari, Iouique vehementer iratus erat. Sane quidem vtriusque vnum *erat* genus, atque vnus ortus; sed Iupiter prior natus - fuerat, et plura nouerat. Quocirca etiam *Neptunus* palam quidem auxiliari cauebat, clam vero semper concitabat *eos* per exercitum, homini assimilatus. Hi itaque certaminis vehementis et omnibus - aeque - grauis pugnae funem alternis variantes vtrisque intenderunt, infrangibilemque, insolubilemque, qui multorum genua soluit. Tum, semicanus licet, Danaos cohortans Idomeneus, Troianis insiliens fugam incussit; interfecit enim Othryoneum,

e Cabeso qui aderat; qui nuper belli ad famam venerat, petebatque Priami filiarum forma praestantissimam, Cassandram, indotatam; pollicitus nempe fuerat magnam rem, a Troia *quantumuis* inuitos depulsurum *se* filios Achiuorum. Illi autem senex Priamus *eam* promiserat, et annuerat daturum esse; ille itaque pugnabat, promissis fretus. Idomeneus autem in illum collimabat hasta fulgenti, et percussit sublimi -gradu incedentem assecutus; nec arcuit thorax aereus, quem gestabat; medio autem *is* in ventre fixit: fragorem vero edidit cadens. Is autem super *eo* gloriatus est, dixitque:

„Othryoneu, te sane supra mortales laudo omnes, si vtique vere omnia perficies, quae pollicitus es Dardanidae Priamo; is autem promisit filiam suam. Quin et tibi nos haec polliciti praestiterimus, dederimusque Atridae filiarum forma praestantissimam, ex Argis arcessitam, quam ducas; siquidem nobiscum Jlii expugnaueris bene-habitatam vrbem. Sed sequere, vt ad naues in-colloquium-veniamus pontum-transeuntes de nuptiis: quippe nequaquam soceri illiberales sumus.“

Sic fatus, pede traxit per acre praelium heros Idomeneus. Huic autem Asius venit vindex, pedes, ante equos; hos tamen anhelantes in humeros *eius* assidue tenebat auriga famulus; ille vero cupiebat animo Idomeneum percutere. At is illum prior percussit

haſta *ad* iugulum ſub mento, penitusque haſtam adegit. Cecidit igitur, ſicut quando aliqua quercus cecidit, vel populus - alba, vel pinus alta, quam ſcilicet in montibus fabri exciderunt ſecuribus recens - exacutis, nauale - lignum vt - ſit: ſic ille ante equos et currum iacebat porrectus, dentibus frendens, puluere manibus - prehenſo ſanguinolento. Defectus vero eſt eius auriga mente, quam ante habebat; neque is auſus eſt, hoſtium - manus *vt* - effugeret, retro equos vertere. Eum itaque Antilochus bellicoſus haſta medium transfodit aſſecutus; neque arcuit thorax aereus, quem gerebat; medio autem in ventre fixit. Atque hic quidem anhelans affabre - facto excidit curru; equos autem Antilochus, magnanimi Neſtoris filius, abegit a Troianis ad bene - ocreatos Achiuos. Deïphobus vero admodum prope venit Idomeneum, propter - Aſium dolens, et iaculatus eſt haſta fulgenti. At ille quidem ex - aduerſo conſpicatus euitauit aeream haſtam, Idomeneus; occultatus eſt enim ſub clypeo vndique aequali, quem ipſe coriis boum et coruſco aere tornatum gerebat, duobus manubriis aptatum; ſub hoc ſe totum collegit, ſuperuolauitque aerea haſta: aridum tamen ei clypeus in - transcurſu - ſtringente reſonuit haſta; neque irritam ſane robuſta manu emiſit *Deïphobus*, ſed percuſſit Hippaſi filium Hypſenorem, paſtorem populorum, *ad* hepar ſub praecordiis, confeſtimque is genua ſoluit. Deï-

phobus igitur valde ſuper eum gloriatus eſt, alte clamans:

„Non vtique inultus iacet Aſius: ſed ipſum puto, ad Orcum licet euntem validas - portas habentem, durum, gauiſurum eſſe animo; quoniam ei dedi comitem, *qui deducat.*"

Sic dixit. Argiuis autem dolor datus eſt, eo gloriante; Antilocho autem maxime, bellicoſo animum commouit; non tamen, dolens licet, ſuum neglexit ſocium, ſed accurrens protexit, et ei ſcutum praetendit; hunc quidem deinde ſubeuntes duo cari ſocii, Meciſteus, Echii filius, et nobilis Alaſtor, naves ad cauas portabant, grauiter gementes. Idomeneus autem non remittebat de animo magno; ſed cupiebat aſſidue vel aliquem Troianorum tenebroſa nocte tegere, vel ipſe fragorem edere - cadens, dum depelleret exitium Achiuis. Tunc Aeſyetae Iouis - alumni carum filium heroëm Alcathoum; (gener autem erat Anchiſae: maximamque - natu duxerat filiarum Hippodamiam, quam ex corde dilexit pater et veneranda mater in domo; ſupra totum enim aequalium - coetum eminebat pulcritudine, et operum peritia, atque prudentia; quare et ipſam duxerat vir nobiliſſimus in Troia ampla:) hunc tunc ſub Idomeneo Neptunus proſtrauit, caligine - offuſa oculis lucidis, praepediuitque *quaſi vinculo* pulcra membra. Neque enim retro fugere poterat, neque declinare; ſed tanquam columnam, vel arborem alto - vertice -

comantem, ſine-motu ſtantem, pectus medium vulnerauit haſta heros Idomeneus, interciditque ei loricam aeream, quae ei ante a corpore arcebat perniciem, ac tunc quidem aridum quid reſonuit, fiſſa ab haſta; fragoremque-ille-edidit cadens, haſta vero in corde fixa erat, quod quidem ipſi palpitans, etiam extremum-ferrum quaſſabat haſtae; tum vero deinde remiſit impetum *ſuum* valida haſta. Idomeneus ergo valde ſuper *eo* gloriatus eſt, alte clamans:

,,Deïphobe, numquid iam *tibi* recte-iudicamus, repenſum eſſe, tres pro vno occiſi vt ſint, quando tu gloriaris inaniter? O bone, quin et ipſe aduerſus ſtato mihi, vt videas, qualis Iouis ſoboles huc venerim; qui primus Minoem genuit, Cretae cuſtodem, Minos vero genuit filium eximium Deucalionem, Deucalion autem me genuit, multis viris regem, Creta in lata; nunc vero huc *me* naues aduexerunt, tibique perniciem, et patri, et caeteris Troianis.“

Sic dixit. Deïphobus autem bifariam deliberauit, vtrumne aliquem alicubi Troianorum *ſibi* adiutorem-aſſumeret magnanimorum, regreſſus; an experiretur etiam ſolus. Sic autem ei cogitanti, viſum eſt vtilius eſſe, ire ad Aeneam. Eum vero poſtremum inuenit agminis ſtantem; iugiter enim is Priamo ſuccenſebat nobili, quod ſe, ſtrenuum *licet* exiſtentem inter viros, nequaquam honorabat. Prope itaque ſtans *Deïphobus*, verbis alatis allocutus eſt:

„Aenea, Troianorum princeps, nunc te omnino oportet ſororis - marito auxiliari, ſi quid te affinis - cura tangit. Quin ſequere; Alcathoo auxilium feramus, qui te olim ſororis maritus exiſtens nutriuit, in aedibus, paruulum: hunc vero Idomeneus haſta - inclytus interfecit."

Sic dixit: *Aeneas* vero animum in pectoribus commouit; iuit autem aduerſus Idomeneum, valde pugnae cupidus. At non Idomeneum fuga cepit, puerulum veluti; ſed manſit, vt quum quis aper in montibus robore fretus, qui expectat tumultum aduenientem magnum virorum loco in deſerto, horretque dorſo ſuperne; oculi vero ei igne lucent; ac dentes acuit, repellere cupiens canes, atque etiam viros. Sic manebat Idomeneus haſta - inclytus, (neque retroceſſit,) Aeneam invadentem pugna celerem; inclamabat autem ſocios, Aſcalaphumque intuens, Aphareumque, Deïpyrumque, Merionemque, et Antilochum, peritos pugnae; hos hic adhortans verbis alatis allocutus eſt:

„Adeſte, amici, et mihi *iam* - ſoli ſuccurrite: timeo enim valde Aeneam incurrentem pedibus velocem, qui me aggreditur; qui perquam validus eſt in pugna, ad viros interficiendos, ſed et obtinet iuuentae florem, quod vtique robur eſt maximum. Si enim eadem - aetate eſſemus, hoc cum animo, ſtatim vel *is* referret magnam gloriam, vel *ego* referrem."

Sic dixit. Hi autem omnes, vnum mentibus animum habentes, propinqui constiterunt, scuta humeris acclinantes. Aeneas autem ex - altera - parte hortabatur suos socios, Deïphobumque, Parinque intuens, et Agenorem nobilem, qui secum duces Troianorum erant; ac deinde copiae sequebantur, vt post arietem sequuntur pecudes potum - ductae a pastu; laetatur autem mente pastor: sic Aeneae animus in pectore laetatus est, vt vidit copiarum agmen sequens se - ipsum. Hi itaque de Alcathoo cominus in - pugnam - ruerunt longis hastilibus; circa pectora vero aes horrendum resonabat, petentium per turbam se inuicem. Duo autem viri bellicosi, egregii prae caeteris, Aeneasque, et Idomeneus, pares Marti, cupiebant alter alterius vulnerare corpus saeuo aere. Aeneas autem primus iaculatus est *in* Idomeneum; at is quidem ex - aduerso conspicatus, euitavit aeream hastam, cuspisque Aeneae vibrans in terram abiit; quippe incassum robusta e manu exilierat. Idomeneus autem Oenomaum percussit, ventrem *in* medium; rupitque thoracis cauitatem, intestina autem aes penetrans - hausit; ille vero in puluere lapsus, prehendit terram palma. Idomeneus autem mortuo quidem praelongam hastam euulsit; at non itidem alia potuit arma pulcra humeris detrahere; vrgebatur enim telis. Non enim iam firmi artus pedum erant, quum - impetum faceret; neque vt irruere - posset

ad *repetendam* suam hastam, nec vt *alterius* euitaret. Ideoque in stataria - pugna quidem arcebat saeuum diem, ad fugam vero *capessendam* non iam facile *eum* pedes ferebant ex pugna. In hunc igitur lento - gradu abeuntem iaculatus est hasta fulgenti Deïphobus: quippe ei infensus erat *odio* perpetuo semper; sed ille et tunc aberrauit; Ascalaphum autem percussit hasta, filium Martis; perque humerum rapida hasta penetrauit; hic autem in puluere lapsus, prehendit terram palma.

Necdum adhuc quidquam audiuerat clamosus impetuosus Mars, filium suum cecidisse in acri praelio; sed ille quidem summo in Olympo sub aureis nubibus sedebat, Iouis consiliis coercitus *ibi*, vbi caeteri immortales dii erant prohibiti a pugna. Hi autem circa Ascalaphum cominus in - pugnam - ruebant. *Ac* Deïphobus quidem ab Ascalapho cassidem lucidam rapuit; Meriones vero veloci par Marti hasta *ei* brachium feriit insiliens, e manuque oblonga galea humi resonuit lapsa. Meriones autem denuo insiliens, vultur tanquam, retraxit ex imo brachio validam hastam, retroque sociorum ad agmen cessit. *Deïphobum* autem Polites, germanus - frater, medium manibus circumplexus eduxit e praelio horrisono, donec peruenit ad equos veloces, qui ei post pugnam et praelium stabant, aurigamque et currum ornatu - varium habentes: qui il-

lum quidem ad vrbem portabant grauiter gementem, laborantem; ſanguis vero ex recens - vulnerata fluebat manu. At caeteri pugnabant, clamorque immenſus exortus eſt. Aeneas porro in Aphareum Caletoridem irruens, *ad* iugulum feriit, contra ſe verſum, acuta haſta; inclinatum eſt autem in alteram - partem caput, clypeusque appenſus ſequebatur, et galea; circaque eum mors fuſa eſt exitialis. Antilochus autem Thoonem, terga - vertentem obſeruans, vulnerauit impetu - facto; venamque totam abſcidit, quae per dorſum currens penitus, ad ceruicem peruenit; hanc totam abſcidit; ille autem ſupinus in puluere decidit, ambas manus dilectis ſociis extendens. Antilochus autem inſiliit, et detrahebat arma ab humeris, circumſpectans: Troiani autem circumſiſtentes aliunde alius telis feriebant ſcutum latum, pulcrum; neque poterant intro perſtringere tenerum corpus ſaeuo aere, Antilochi: vndique enim Neptunus, quatiens terram, Neſtoris filium tuebatur; etiam inter multa tela. Non enim vnquam *Antilochus* ſeorſum ab hoſtibus erat, ſed inter ipſos verſabatur: nec ei haſta ceſſauit, ſed admodum aſſidue quaſſata vertebatur; parabatque mente ſua, aut in aliquem eminus - iaculari, aut cominus irruere. Sed non latuit Adamantem *haec* animo - meditans in turba Aſii filium, qui ei percuſſit ſcutum medium acuto aere, cominus impetu - facto: comminuit autem eius cu-

ſpidem caeruleis - crinibus Neptunus, vi-
tam *Antilochi ei eripiendam* negans. Et
dimidium quidem illic manſit, tanquam ſudes
565 *praeacuta* igne - praeuſta, in ſcuto Antilo-
chi; dimidiumque iacebat ſuper terra; re-
tro itaque ſociorum ad agmen ceſſit *Adamas*,
mortem euitans; Meriones autem abeuntem
inſecutus percuſſit haſta pudendaque inter
et vmbilicum, vbi maxime eſt Martis -
570 plaga grauis miſeris mortalibus; illic ei ha-
ſtam infixit: is autem ſecutus *(decidens)* circa
haſtam palpitabat; velut quum bos, quem
vtique *in* montibus bubulci viri vinculis -
contortis inuitum vi ligatum ducunt; ſic iſte
vulneratus palpitabat paullisper quidem, haud
admodum diu; donec ei ex corpore haſtam
575 euulſit prope accedens heros Meriones; ei
vero tenebrae oculos texerunt.

Deïpyrum autem Helenus gladio cominus
percuſſit tempus Thracio, magno, galeam-
que perruptam abſcidit; *atque* haec qui-
dem excuſſa, in terram decidit; et quidam Achi-
vorum pugnantium inter pedes deuolutam
580 ſuſtulit; ei vero oculos tenebroſa nox coo-
peruit. Atriden autem dolor cepit, pugna
ſtrenuum Menelaum: prodiit ergo minitans
Heleno heroï regi, acutam haſtam vibrans;
hic vero arcus cornu adduxit. Ambo au-
tem ſimul concurrebant; alter quidem haſta
585 acuta cupiebat iaculari; alter vero, a ner-
vo, ſagitta. *Ac* Priami quidem filius deinde
ad pectus percuſſit ſagitta thoracis cauam -

partem, reſiliit autem acerba ſagitta. Vt videlicet cum a lato ventilabro magnam per aream ſaliunt fabae nigrae, vel cicera, flatu a ſtridulo et ventilatoris impetu: ſic a thorace Menelai gloria - ſublimis multum reiecta, longe volauit acerba ſagitta. Atrides autem manum, *in* praelio ſtrenuus Menelaus, eam percuſſit, quae tenebat arcum politum; inque arcu, e - regione per manum infixa eſt aerea haſta. Retro autem ſociorum in agmen ceſſit *Helenus*, mortem euitans, manu ſuſpenſa; tractimque - vna - ferebatur fraxinea haſta; et hanc quidem e manu traxit magnanimus Agenor, ipſamque *manum* colligauit ſcite - circumuoluta ouis lana, funda *ſcilicet*, quam ei miniſter tenebat paſtori populorum. Piſander autem recta in Menelaum gloria - ſublimem ibat: eum quippe ducebat fatum funeſtum, mortis ad finem, a te, Menelae, vt ſterneretur in graui pugna. Hi ergo quando iam prope erant, inter ſe concurrentes, Atrides quidem aberrauit, ipſique auerſa eſt haſta; Piſander vero ſcutum Menelai gloria - ſublimis percuſſit, neque penitus potuit aes adigere; prohibuit enim ſcutum latum, fractaque eſt in extrema - parte haſta; hic tamen mente ſua gauiſus eſt, et ſperabat victoriam. Atrides autem extracto enſe argenteis - clauis - diſtincto, inſiliit in Piſandrum; ille autem ſub ſcuto deſumſit pulcram ſecurim ex - aere - ſcite factam, oleaginum inſertum - habentem manubrium, longum, bene - po-

litum; vno autem tempore alter alterum aſſecutus eſt. Vtique hic quidem *(Piſander)* galeae conum percuſſit equinis - ſetis denſae ſummam, ſub criſtam ipſam: ille vero accedentem, in fronte, naſo ſuper extremo; crepueruntque oſſa; atque ei oculi ad pedes ſanguinolenti humi deciderunt in puluere; incuruatusque eſt concidens; ille autem calcem in pectore ponens, armaque interfecto - exuit, et glorians verbum dixit:

„Relinquetis ita demum naues Danaorum rei - equeſtris - peritorum, Troiani foedifragi, grauis inſatiabiles pugnae. Alio quidem flagitioque et probro non carentes *eſtis*, quo me violaſtis, improbae canes; neque quidquam animo Iouis altitonantis grauem veriti eſtis iram, hoſpitalis; qui aliquando vobis euertet vrbem altam: qui meam quam - virginem - duxi vxorem et opes multas nulla - iniuria laceſſiti abduxiſtis, cum hoſpitio - accepti - fueratis ab ipſa: nunc vero in naues cupitis pontum - transeuntes ignem perniciofum iacere, occidereque heroas Achiuos. Sed aliquando coërcebimini, impetuoſi licet, a pugna. Iupiter pater, ſane te aiunt ſapientia ſuperare caeteros *omnes* homines atque deos; a te tamen haec omnia proficiſcuntur: cum ita nempe viris gratificeris iniurioſis Troianis, quorum animus ſemper vi - iniuſta gaudens, neque poſſunt pugna ſatiari omnibus - aeque - grauis belli. Omnium quidem rerum ſatietas eſt, et ſomni, et amoris, cantusque

dulcis, et egregiae ſaltationis: quarum *rerum* quidem quis etiam magis appetit deſiderium explere quam belli; Troiani vero pugnae inſatiabiles ſunt.“

Sic locutus, arma quidem a corpore ſanguinolenta detracta, ſociis dedit Menelaus inſignis: ipſe vero iterum reuerſus primis pugnatoribus immiſtus eſt. Tunc ei filius inſiliit Pylaemenis regis Harpalion, qui quidem patrem dilectum ſecutus erat, vt pugnaret ad Troiam; ſed non rediit in patriam terram. Qui tunc quidem Atridae medium ſcutum feriit haſta cominus, neque penitus potuit aes adigere; retro igitur ſociorum in agmen ceſſit, mortem euitans; quoquouerſus circumſpectans, ne quis *ſibi* corpus aere attingeret. Meriones autem in abeuntem miſit aeratam ſagittam; et percuſſit clunem ad dextrum: at ſagitta e-regione iuxta veſicam ſub oſſe penetrauit. Subſidens igitur ibidem, carorum inter manus ſociorum, animam efflans, tanquam vermis, ſuper terra iacebat extenſus; ſanguis autem niger effluebat, rigabatque terram. *Atque* hunc quidem Paphlagones magnanimi circum-occupabantur; in currum vero collocatum ducebant ad Jlium ſacram dolentes; interque ipſos pater ibat, lacrymas fundens: vltio autem nulla filii contigit mortui.

Ob hunc autem interfectum Paris valde animo iratus eſt; hoſpes enim ei erat, multos inter Paphlagones. Propter hunc igitur

is iratus emiſit aeratam ſagittam. Erat autem quidam Euchenor, Polyïdi vatis filius, diveſque, fortiſque, Corinthi domos habitans, qui plane admonitus de fato *ſuo* exitiali, naui *tamen* vectus-venit. Saepe enim dixerat ſenex bonus Polyïdus, *eum aut* morbo graui interiturum ſuis in aedibus; aut inter Achiuorum naues a Troianis occubiturum; ideo ſimul grauemque mulctam euitabat Achiuorum, morbumque tetrum, vt ne pateretur dolores animo. Hunc percuſſit *Paris* ſub maxilla et aure; protinus autem animus abiit a membris, horrendaque ipſum caligo occupauit.

Sic hi quidem pugnabant, inſtar ignis ardentis. Hector autem non audierat Ioui dilectus, neque quid norat, quod ſibi nauium ad ſiniſtram caedebantur copiae ab Argiuis; propemodum autem etiam victoria Achiuorum fuiſſet; talis enim Neptunus terram quatiens impellebat Argiuos, inſuperque et robore ipſe auxiliabatur; ſed perſtabat *Hector*, vbi primum portas et murum inſilierat, perruptis Danaorum denſis ordinibus ſcutatorum; vbi erant Aiaciſque naues et Proteſilai, littus ad maris cani ſubductae; ac ſupra murus aedificatus erat humillimus. Ibi maxime acerrimi erant *in* pugna ipſique *viri* et equi. Illic autem Boeotii, et Iaones longis veſtibus induti, Locri, et Phthii, et illuſtres Epeï, acriter irruentem, a nauibus arcebant; neque *tamen* poterant repellere a ſe, flammae ſimilem Hectorem nobilem. *Atque* Athenien-

ſium quidem ſelecti - *ſtabant* prima - in - acie; iis autem praeerat filius Petei, Meneſtheus; vnaque ſequebantur Phidasque, Stichiusque, Biasque fortis: at Epeïs praeerat Phylei filius, Meges, Amphionque, Draciusque. Ante Phthios autem, Medonque, bellicoſusque Podarces, (ac quidem nothus filius Oïlei divini erat Medon, Aiacis frater; et habitabat in Phylace, terra procul a patria, viro interfecto, fratre nouercae Eriopidis, quam habebat Oïleus; at *Podarces*, Iphicli filius, e Phylaco nati, *erat*:) hi quidem ante Phthios magnanimos armati, naues defendentes, vna - cum Boeotis pugnabant.

Aiax vero haud omnino, Oïlei velox filius, abſiſtebat ab Aiace Telamonio, ne paululum quidem; ſed ſicut in nouali duo - boues nigri compactile aratrum, parem animum habentes, trahunt; circaque ipſorum ima cornua multus erumpit ſudor; atque hos quidem iugum ſolum politum distinet, vadentes per ſulcum, proſcinditque *(aratrum)* fundum terrae: ſic iſti *(Aiaces)* coniuncti prope - admodum ſtabant inter ſe. Sed Telamonium quidem multique et ſtrenui viri ſequebantur ſocii, qui ei ſcutum *vicibus* excipiebant, quando ipſi defatigatioque et ſudor genua occupaſſet: at non Oïlei filium, magnanimum Locri ſequebantur: non enim ipſis *in* ſtataria pugna conſtabat ſuus animus; non enim habebant galeas aereas equinis - ſetis - denſas, neque habebant clypeos pulcre - orbiculatos,

et fraxineas haſtas: ſed arcubus et ſcite - torta ouis lana, ad Ilium ſimul ſecuti ſunt, freti; quibus deinceps crebro iacientes, Troianorum rumpebant phalanges. At tunc illi *(Aiaces)* quidem ante, cum armis vario - artificio factis, pugnabant contra Troianosque et Hectorem aere armatum: hi autem *(Locri)* a tergo iacientes, latebant; neque omnino pugnae Troiani *amplius* recordabantur; conturbabant enim *eos* ſagittae.

Tum ſane magna - clade - accepta, a nauibus et tentoriis Troiani receſſiſſent ad Ilium ventoſam; niſi Polydamas audacem Hectorem allocutus eſſet adſtans:

„Hector, a te impetrare - neſcis, vt *aliorum* monitis obſequaris. Quoniam tibi dedit deus bellica re, ideo et conſilio vis peritus eſſe ſupra caeteros. At nequaquam ſimul omnia poteris ipſe - ſolus conſequi: alii enim tribuit deus rem bellicam *vt excellat in ea*, alii autem artem - ſaltandi, alii citharam et cantum; alii vero in pectus indidit mentem late - ſonans Iupiter prudentem; cuius quidem, multi - fructum - percipiunt homines; quin et vrbes ſeruat; praecipue autem ipſe, *qui habet, eius vtilitatem* nouit. Sed ego dicam, vt mihi videtur eſſe optimum. Vndique enim te circum corona belli flagrat; Troiani autem magnanimi, poſtquam trans murum iuerunt, alii quidem ſubducunt - ſe cum armis, alii vero praeliantur pauciores contra - plures; diſſipati circa - naues. Quin *tu*, re-

trocedens voca huc omnes proceres; deinde vero de summa - rerum inire - poterimus consilium; vtrumne in naues multa - transtra - habentes irruamus, si quidem velit deus largiri victoriam; an vero iam deinceps a nauibus abeamus illaesi. Certe enim equidem timeo, ne hesternum rependant Achiui debitum; quoniam apud naues vir insatiabilis pugnae manet, quem non amplius omnino a pugna cessaturum puto."

Sic dixit Polydamas. Placuit autem Hectori consilium tutum; continuo igitur e curru cum armis desiliit in terram, et eum edita - voce verbis velocibus allocutus est:

„Polydama, tu quidem hic retine omnes fortissimos; at ego illuc ibo, et occurram praelio; protinus autem reuertar, postquam diligenter illis mandata - dedero."

Dixit; et impetu - facto - abiit, monti niuoso similis, inclamans, perque Troianos volabat, et *per* socios. Hi autem ad Panthoï filium fortitudinis amantem Polydamantem omnes ocyus - accurrebant, simulac Hectoris audierunt vocem. At *Hector* Deiphobumque, vimque Heleni regis, Asiique filium Adamantem, et Asium Hyrtaci filium, itabat per primos - pugnatores quaerens, sicubi inuenire - posset. Hos autem inuenit non iam prorsus illaesos, neque inextinctos; sed hi quidem iam, nauium ad puppes Achiuorum, sub manibus Argiuorum iacebant animabus deperditis; alii autem in muro erant eminus comi-

nusque vulnerati. Verum ſtatim inuenit pugnae ad ſiniſtram lacrymoſae nobilem Alexandrum, Helenae maritum pulcrae - comas, animos - addentem ſociis, et incitantem ad pugnam; prope autem ſtans, *eum* allocutus eſt probroſis verbis:

„Infauſte - Pari, forma praeſtantiſſime, mulieroſe, deceptor, vbi tibi Deïphobusque, visque Heleni regis, Aſiique filius, Adamas, atque Aſius Hyrtaci filius? vbi vero et Othryoneus? nunc periit tota a culmine Jlios alta; nunc te certa *manet* grauis pernicies.“

Illum autem viciſſim allocutus eſt Alexander diuina - forma - praeditus: „Hector, quoniam tibi animus *eſt* inſontem culpare, *equidem reponam tibi, me male obiurgari.* Alias fortaſſe magis ceſſare a praelio potuerim, *non autem nunc;* cum neque me prorſus imbellem genuerit mater; ex quo enim apud naues pugnam ſuſcitaſti ſociorum, ex eo hic permanentes congredimur cum Danaïs indeſinenter; ſocii autem caeſi ſunt *ii*, quos tu requiris. Duo - ſoli Deïphobusque, visque Heleni regis, abierunt, longis Taucii haſtis, ambo manum; caedem autem arcebat Saturnius. Nunc vero duc, quo te cor animusque iubeat: nos enim paratiſſimis - animis ſequemur, neque omnino puto virtutem *te* deſideraturum, quantum quidem *in nobis* virium fuerit: vltra vires autem non licet, quantumuis cupido, pugnare.“

Sic fatus, flexit fratris animum heros. Perrexerunt autem ire, vbi maxime pugna et praelium erat; *vbi erat* Gebrionesque, et eximius Polydamas, Phalces, Orthaeusque, et diuinus Polyphoetes, Palmysque, Aſcaniusque, Moryſque, filii Hippotionis; qui ex Aſcania gleboſa venerant ſuis-vicibus die praecedenti; tunc vero Iupiter *eos* impulit ad pugnam. Hi autem ibant, vehementium ventorum ſimiles turbini, qui ex tonitru patris Iouis ingruit in campum, immaniqua cum tumultu mari miſcetur, in*ſurgunt*que multi fluctus aeſtuantes multo-ſtrepitu-reſonantis maris, tumidi, ſpuma-albeſcentes, ante quidem alii, ac deinceps alii: ſic Troiani, ante quidem alii ſtipati, poſt etiam alii, aere coruſcantes cum ducibus ſequebantur; Hector vero praeibat, hominum-perniciei par Marti Priami filius, et ante ſe tenebat ſcutum vndique aequale, pellibus denſum; multum autem ſuper-inductum-erat aes; circumque eius tempora fulgens quaſſabatur caſſis. Quoquouerſum vero circum phalanges tentabat pedem-inferens, ſi quo-modo ſibi cederent ſub clypeo-progredienti; ſed non conturbabat animum in pectoribus Achiuorum. Aiax autem primus prouocauit, magnis-paſſibus gradiens:

„O bone, propius-accede; cur territas-ita Argiuos? nequaquam pugnae imperiti ſumus, ſed Iouis flagello pernicioſo domiti ſumus Achiui. Sane quidem tibi animus ſpe-

rat direpturum *te* eſſe naues; in - promptu autem manus ad repellendum ſunt et nobis. Ac ſane longe ante bene - habitata vrbs veſtra manibus noſtris captaque exciſaque erit. Tibi vero ipſi aio *tempus* inſtare, quando fugiens ſupplicabis Ioui patri et aliis immortalibus, velociores accipitribus vt ſint *tui* iubis - pulcris - comantes equi, qui te ad vrbem ferant, puluerem - excitantes per campum.“

Sic ei locuto ſuperuolauit dextra auis, aquila altiuolans; acclamauit autem populus Achiuorum, confirmatus augurio. At reſpondit tamen illuſtris Hector:

„Aiax blatero, ingens - et - hebes, quid dixiſti? Vtinam enim ego ita ſane Iouis filius Aegiochi eſſem dies omnes, peperiſſetque me veneranda Iuno, honorarer autem ſicut honoratur Minerua et Apollo: vt iam dies haec malum fert Argiuis omnibus prorſus; tuque inter illos occideris, ſi auſus fueris manere meam haſtam longam, quae tibi corpus tenerum lacerabit: ac Troianorum ſaturabis canes et alites pinguedine et carnibus, proſtratus ad naues Achiuorum.“

Sic vtique locutus praeibat; illi vero ſimul ſequebantur clamore cum immenſo, acclamabant autem et copiae a - tergo. Sed et Argiui ex - altera - parte acclamabant, neque obliuiſcebantur fortitudinis, ſed manebant Troum inuadentes fortiſſimos. Clamor autem vtrorumque peruenit - ad aetherem, et Iouis lucidas - domos.

ILIADIS

LIBER XIV.

Neſtorem autem non fugit clamor, bibentem licet; ſed Aeſculapii filium verbis alatis allocutus eſt: „Vide, nobilis Machaon, quomodo euenient hae res; *Solito* - maior ſane ad naues clamor florentium aetate iuuenum. Verum tu quidem nunc bibe ſedens rubrum vinum, dum calida lauacra comas pulcra Hecamede calefaciat, et abluat tabum ſanguinolentum; at ego conſcenſa actutum cognoſcam ſpecula.“

Sic fatus, ſcutum ſumſit affabre - factum filii ſui, iacens in tentorio, Thraſymedis equûm - domitoris, aere collucens; ille autem habebat clypeum patris ſui. Sumſit porro et validam haſtam, praefixam acuto aere: ſtetitque extra tentorium; protinusque inſpexit rem indignam, hos quidem turbatos, illos vero turbantes a - tergo, Troianos ferocientes: dirutus autem erat murus Achiuorum. Vt vero quum nigreſcit pelagus magnum vnda tacita, praeſentiens ſtridulorum ventorum celeres motus nullo - effectu, neque videli-

cet prouoluitur in - hanc - vel - illam - partem, antequam aliquis certus deſcenderit a Ioue ventus: ſic ſenex *ſecum* agitabat, distractus animo bifariam: vtrum in agmen iret Danaorum equitum - velocium, an ad Atrei filium Agamemnonem, paſtorem populorum. Sic autem ei cogitanti viſum eſt vtilius eſſe, proficiſci ad Atriden. Illi interim alii alios interficiebant, pugnantes; reſonabat autem eis circa corpus aes ſolidum, dum ferirentur enſibusque et haſtis vtrinque - acutis.

Neſtori autem obuiam - facti - ſunt Iouis - alumni reges a nauibus aſcendentes, quotquot vulnerati fuerant aere, Tydei filius, Vlyſſesque, et Atrei filius, Agamemnon. Longe enim ſeorſum a pugna ſubductae erant naves *ipſorum*, littore in maris cani; nam primas in - planitiem traxerant, et murum ad puppes aedificarant. Haud enim, quamuis latum eſſet, potuit omnes littus naues capere; arctabantur autem copiae. Ideo alias - ante - alias more ſcalarum ſubduxerant, et impleraut totius littoris fauces longas, quantum complectebantur promontoria. Itaque hi cupientes - videre tumultum et pugnam, haſta nixi ibant conferti; triſtabatur autem ipſis animus in pectoribus. *Iis* vero obuiam - factus - eſt ſenex Neſtor, perterrefecitque animum in pectoribus Achiuorum: quem et voce - edita allocutus eſt rex Agamemnon:

„O Neſtor Nelei fili, magna gloria Achivorum, cur relicto praelio viros - perdente

huc venis? Metuo vtique, ne iam mihi perficiat verbum impetuoſus Hector, vt quondam minatus eſt inter Troianos concionans, non prius *ſe* a nauibus ad Ilium rediturum eſſe, quam igne naues incendiſſet, interfeciſſetque et *nos* ipſos. Is vtique ſic concionabatur; illa *autem* ſane nunc omnia perficiuntur. O dii immortales! certe igitur et ceteri bene ocreati Achiui in animo reponunt aduerſus me iram, ſicut Achilles; neque volunt pugnare ad puppes nauium."

Huic autem reſpondit deinde Gerenius eques Neſtor: Certe *iam* haec ipſa - re ita euenerunt, nec ſane alio - modo Iupiter altitonans ipſe *haec iam* moliri - poſſit. Murus enim iam corruit, cui confidebamus, inuiolabile nauiumque et *noſtrûm* ipſorum munimen fore; hi autem ad naues veloces pugnam animo - obſtinato ſuſtinent indeſinenter; neque iam amplius noueris, diligenter licet ſpeculans, vtra ex - parte Achiui agitati turbentur; adeo promiſcue caeduntur, clamorque ad coelum it. Nos vero deliberemus, quomodo haec euentura ſint, ſi quid conſilium proficiet. Pugnam vero non nos ſuadeo ingredi; nullo enim modo vulneratum licet pugnare."

Hunc autem rurſus allocutus eſt rex virorum Agamemnon: „Neſtor, quoniam iam nauium ad puppes pugnant, murus vero non profuit ſtructus, neque quid foſſa, qua fa-

cienda multum deſudarunt Danai, ſperabantque animo, inuiolabile nauiumque et *ſui* ipſorum munimentum fore; ita ſane videtur Ioui praepotenti gratum fore, inglorios perire longe ab Argis hic Achiuos. Equidem noram enim, quando lubens Danais auxiliabatur; ſcio autem nunc, quod illos *(Troianos)* quidem aeque ac beatos deos gloria - inſignit, noſtros vero animos et manus quaſi - vinculo - ligauit. Verum agite, quemadmodum ego dixero, obſequamur omnes: naues, quaecunque primae ſubductae ſunt prope mare, trahamus, omnesque deducamus in mare vaſtum; in alto vero ancoris ſtabiliamus, donec venerit nox intempeſta, ſi vel in ea abstineant a pugna Troiani; deinde vero deducere - poterimus naues omnes. Non enim reprehenſione dignum eſt, fugere malum, ne per noctem quidem. Melius *fecerit*, qui fugiens effugerit malum, quam *qui* captus fuerit.

Illum autem torue intuens allocutus eſt conſiliis abundans Vlyſſes: Atride, quale tibi verbum fugit ex ſepto dentium? Perdite, vtinam ignauo exercitui alii praeeſſes, non autem nobis imperares; quibus vtique Iupiter a iuuentute dedit etiam vsque ad ſenium conficere ardua bella, donec perierimus ſinguli. Siccine vero tibi - fert - animus Troianorum vrbem latas - vias - habentem derelinquere, cuius gratia perpetimur - aerumnoſi mala multa? Tace, ne quis alius vtique Achi-

vorum hunc audiat ſermonem, quem haudquaquam vir quidem in ore omnino habuerit, quicunque norit ſuo *in* animo ſana loqui, ſceptriferque fuerit, et ei paruerint copiae tantae, quantis tu inter Argiuos imperas. Nunc autem tuam improbo omnino ſententiam, quam dixiſti: qui iubes, praelio iam - conſerto et pugna, naues bonis - transtris - inſtructas in mare deducere, vt adhuc magis Troianis quidem optata contingant, *iam* ſuperioribus licet, in nos autem grauis pernicies ingruat; non enim Achiui ſuſtinebunt bellum, dum naues in mare deducuntur; ſed reſpicient, cedentque pugna. Tunc ſane tuum conſilium nocebit, princeps populorum."

Huic autem reſpondit deinde rex virorum Agamemnon: „O Vlyſſe, valde quidem meum tetigiſti animum increpatione graui; ſed neutiquam ego inuitos iubeo naues bonis - transtris - inſtructas in mare deducere filios Achiuorum. Nunc vero *vtinam* ſit, qui iſto melius conſilium dicat, vel iuuenis, vel ſenex: mihi autem lubenti fuerit.

Inter hos vero et locutus eſt pugna ſtrenuus Diomedes: „Prope *adeſt* vir, non diu inquiremus; ſi quidem velitis obſequi. Et haud prae ira *ſententiam eam* vituperetis vnusquisque, eo quod natu minimus ſim inter vos. Patre tamen ex nobili et ego genere glorior eſſe Tydeo, quem Thebis ingeſta terra cooperuit. Portheo enim tres filii egre-

gii procreati ſunt, habitabant autem in Pleurone et excelſa Calydone, Agrius, et Melas, tertius vero erat eques Oeneus, patris mei pater; virtute autem praeſtabat inter illos. At hic quidem ibidem vixit; pater vero meus Argis habitauit, actus erroribus; ita enim Jupiter voluit, et dii alii. Adraſti autem duxit *vnam* e filiabus, habitabatque domum divitem opum, abundeque ei erant arua tritici-feracia, multique plantarum erant horti ſeorſum; multa etiam ei pecora erant; excelluit autem ſupra omnes Achiuos haſtae-peritia. Haec vero comperta eſſe vobis probabile ſit, vt vere *euenerunt*. Ideo non me genere quidem ignauum et imbellem putantes, ſententiam ſpreueritis libere-prolatam, quam quidem recte dixero. Agite; eamus ad pugnam, etſi vulnerati, neceſſitate: ibi deinde ipſi quidem propinqui-ſtemus praelio, extra tela, ne forte quis ſuper vulnere vulnus accipiat; caeteros vero adhortantes incitabimus, qui iam pridem, animo gratificantes, ſeorſum ſtant, nec pugnant.“

Sic dixit: Illi vero ei omnino quidem auſcultabant, atque obſecuti ſunt. Perrexerunt itaque ire, praeibatque ipſis rex virorum Agamemnon.

Neque vero caecam-ſpeculationem habuit inclytus terrae-quaſſator *(Neptunus,)* ſed ad ipſos acceſſit, ſeni viro ſimilis; dexteram autem prehendit manum Agamemnonis Atrei

filii, et eum edita - voce verbis alatis allocutus eſt:

„Atrei filii, nunc vtique Achillis malis - gaudens cor laetatur in pectoribus, caedem et fugam Achiuorum adſpicientis, quoniam non ei ineſt mens *prudens*, ne exigua quidem. Verum ille quidem ſic pereat, deusque illum ignominia - afficiat! Tibi vero nondum prorſus omnino dii beati irati ſunt; ſed adhuc ſane Troianorum duces atque principes latum puluere - implebunt campum; tuque videbis ipſos fugientes ad vrbem, a nauibus et tentoriis.“

Sic locutus, altum exclamauit, curſu - concitus per campum. Quantum vtique nouies - mille exclamant, vel decies - mille viri in pugna, certamen committentes Martis; tantam ex pectoribus vocem rex quaſſator terrae emiſit; Achiuis autem ingens robur immiſit vnicuique in cor, vt indeſinenter pugnarent et praeliarentur.

Iuno autem inſpexit, aureum - ſolium - habens, oculis; ſtans, ex Olympo a vertice; ſtatimque agnouit ſatagentem quidem, pugnam per glorioſam, fratrem - germanum et leuirum, gaudebatque animo. Iouem vero in ſummo cacumine fontibus - irriguae Idae ſedentem vidit; odioſus autem ei erat animo. Anxie igitur cogitauit deinde magnis - oculis veneranda Iuno, quomodo deciperet Iouis animum Aegiochi. Hoc autem ei in animo

optimum viſum eſt conſilium, ire ad Idam, poſtquam ſcite ornaſſet ſe ipſam, ſi forte *ille* cuperet iuxta - dormire amore propter eius pulcritudinem, illi autem ſomnum iucundumque dulcemque funderet in palpebras atque praecordia prudentia. Perrexit igitur ire in thalamum, quem ei carus filius ſtruxerat Vulcanus, ſolidas autem fores poſtibus aptauerat cum claue arcana: quem porro *thalamum* haud deus alius aperire poterat. Illuc haec ingreſſa, fores clauſit fulgentes; *atque* ambroſia quidem primum a corpore amabili ſordes omnes purgauit, vnxitque ſe pingui oleo, diuino, ſuaui, quod vtique ſibi odoriferum erat; cuius, ſi modo agitaretur in Iouis ſolida domo, etiam ad terramque et coelum peruenit halitus. Eo vtique illa corpus pulcrum cum vnxiſſet, atque capillos pexuiſſet, manibus cincinnos compoſuit nitentes, pulcros, diuinos, a capite *fluentes* immortali. Circum porro diuinum peplum induit, quod ei Minerua expoliuerat elaborate - concinnatum, intexueratque artificii - plena multa, aureisque *hoc* fibulis ad pectus *ſuum* nectebat. Cinxit autem ſe zona, centum fimbriis concinnata; inaureſque immiſit in ſcite - perforatas auriculas, tribus - gemmarum - oculis - inſignes, elaboratas; gratiaque effulgebat multa. Calyptra porro deſuper velauit ſe auguſtiſſima dearum, pulcra, recens - facta; candida autem erat, ſol veluti, Pedibus demum ſub nitidis ligauit pul-

ςros calceos. Tum poſtquam omnem circum
corpus appoſuerat ornatum, perrexit ire ex
thalamo; aduocatamque Venerem ab aliis
ſeorſum diis, verbis *ita* allocuta eſt:

190 „Nunquid mihi obſequi voles, dilecta filia,
in eo quod dixero? an recuſaueris; irata
ob id animo, quod ego Danais, tu autem
Troianis auxiliaris?"

Huic autem reſpondit dein Iouis filia Ve-
nus: „Iuno, veneranda dea, filia magni
195 Saturni, eloquere quod in - animo habes:
perficere enim me animus iubet, ſi poſſum
ego quidem perficere, et ſi perfici poteſt."

Hanc autem dolos - ſtruens allocuta eſt ve-
neranda Iuno: „Da nunc mihi amabilitatem
et deſiderium, quo vtique tu omnes domas
200 immortales, atque mortales homines: vado
enim viſura almae fines terrae, oceanumque,
deorum parentem, et matrem Tethyn; qui
me in ſuis aedibus magna - cum - cura nutrie-
runt et educarunt, excipientes a Rhea, quan-
do nempe Saturnum late ſonans Iupiter ter-
205 ram ſubter deiecit et infructuoſum mare; hos
vado viſura, et ipſis acerbas lites dirimam: iam
enim diuturno tempore inter ſe abſtinent cu-
bili et amore, quoniam ira *eorum* inuaſit ani-
mum. Quod - ſi illos quidem, verbis per-
mouendo eorum animum, in lectum redu-
210 xero, vt - iungantur amore; ſemper ſane
eis dilectaque et veneranda vocabor."

Hanc autem rurſus alloquuta eſt amans - riſum Venus: „Non licet, neque decet, tu - quod - petiiſti, recuſare; Iouis enim potentiſſimi in amplexibus dormis.“

Dixit, et a pectoribus ſoluit acu - pictum cingulum, varium; in eo autem ei delinimenta omnia incluſa erant. Ibi inerant quidem amor, inerat deſiderium, inerat et amantium - colloquium, blandiloquentia ſcilicet, quae furtim - ſurripit mentem etiam prudentium. Hoc vtique ei impoſuit manibus, verbaque fecit, dixitque:

„Accipe nunc hoc cingulum, tuoque recondе de ſinu, varium, in quo omnia incluſa ſunt; neque te puto re - infecta redituram, quicquid mentibus tuis concupieris.“

Sic dixit. Subriſit autem magnos - oculos - habens veneranda Iuno; ſubridensque, deinde ſuo recondidit ſinu. *Ac tum* quidem iuit ad domum, Iouis filia, Venus; Iuno autem feſtinans reliquit verticem Olympi, Pieriamque ſupergreſſa, et Emathiam amoenam, ferebatur ſuper equeſtrium Thracum montes niuoſos, ſumma cacumina; neque terram carpebat pedibus. Ex Atho autem ad pontum deſcendit fluctuantem, Lemnumque peruenit, in vrbem diuini Thoantis, vbi Somnum conuenit, fratrem Mortis, inque eius haeſit manu, verbaque fecit, dixitque:

„Somne, rex omniumque deorum omniumque hominum, ſi quidem vnquam - antea meo verbo auſcultaſti, etiam nunc obſe-

quere, ego autem tibi habeo gratias dies omnes. Sopito mihi Iouis ſub palpebris oculos fulgentes, ſtatim, poſtquam ego accubuero in amore, dona autem tibi dabo, pulcrum ſolium, in-corruptum in-perpetuum, aureum; Vulcanus nempe meus filius vtroque-pede-claudus fabricabit elaboratum; ſub pedibusque ſcabellum mittet, cui vtique imponas nitidos pedes, dum-conuiuaris."

Hanc autem reſpondens alloeutus-eſt ſuauis Somnus: „Iuno, veneranda dea, filia magni Saturni, alium quidem ego deorum ſempiternorum facile ſopiuerim; etiam torrentis fluenta Oceani, qui quidem parens omnibus eſt: Iouem autem non ego Saturnium prope adiero, neque ſopiuero, quando non ipſe quidem iuſſerit. Iam enim me et alias tuum ſapere-fecit mandatum, die iſto, quando ille magnanimus Iouis filius *(Hercules)* nauigabat ex Jlio, Troianorum vrbe direpta. Tum ego ſane demulſi Iouis mentem aegidem tenentis, ſuauis circumfuſus: tu autem ei mala ſtruebas animo, excitatis ſaeuorum ventorum in pontum flatibus; et eum deinde ad Con bene habitatam de-curſu-detuliſti, ſeorſum ab amicis omnibus. *Iupiter* autem experrectus indignabatur, proturbans per domum deos; me autem maxime omnium quaerebat, et me perditum ab aethere inieciſſet ponto, niſi Nox domitrix deorum ſeruaſſet et hominum, quam adiui fugiens; ille autem cohibuit-ſe, iratus licet;

verebatur enim, ne Nocti celeri ingrata - animo faceret. Iamque rurfus hoc me iubes periculofiffimum aliud perficere.

Hunc autem rurfus allocuta eft magnis - oculis veneranda Iuno: „Somne, quid vero tu haec in mentibus tuis cogitas? putasne ita Troianis fauere late - fonantem Iouem, ficut propter Herculem iratus eft, filium fuum? Quin ito *mecum;* ego autem tibi Gratiarum vnam iuniorum dabo ducendam, et tuam vocandam coniugem, Pafitheam, quam femper amas dies omnes.“

Sic dixit. Gauifus eft autem Somnus, refpondensque allocutus eft: „Age, nunc mihi iura inuiolabilem Stygis aquam, manuque altera quidem tange terram almam, altera vero mare marmoreum; vt nobis omnes teftes fint inferi dii, Saturnum circa exiftentes; omnino *te* mihi daturam - effe Gratiarum vnam iuniorum, Pafitheam, quam et ego amo dies omnes.“

Sic dixit. Neque non obfecuta eft dea vlnas - candida Iuno; iurabat autem vt *is* iubebat, deosque nominabat omnes fubtartareos, qui Titanes appellantur. Tum poftquam iuraueratque, abfolueratque iuramentum, ipfi *fimul* ibant, Lemnique et Imbri vrbe relicta, caligine induti, celeriter conficientes iter. Ad Idam autem peruenerunt fontibus irriguam, matrem ferarum, *ad* Lecton; vbi primum liquerunt mare. Hique fuper

terra ibant, ſumma autem ſub pedibus quaſſabatur ſylua; *atque* illic Somnus quidem manſit, antequam Iouis oculi viderent *eum*, abiete conſcenſa admodum - procera, quae tunc in Ida altiſſima enata per aërem ad aetherem ibat: illic *is* ſedit ramis denſe - opertus abiegnis, aui argutae ſimilis, quam vtique in montibus Chalcidem nominant dii, homines autem Cymindin.

Iuno autem celeriter conſcendebat *in* Gargarum ſummum Idae excelſae. Vidit autem *eam* nubes - cogens Iupiter; vt vero vidit, continuo illum amor prudentia praecordia cooperuit, perinde - ac quando primum congreſſi ſunt amore, cubili inito ſuis clam parentibus. Stetit autem ipſam ante, verbaque fecit, dixitque:

„Iuno, quo ab Olympo huc venis? equi autem non adſunt et currus, quos conſcendas.

Hunc autem dolos - ſtruens allocuta eſt veneranda Iuno: „Eo viſura almae fines terrae, Oceanumque deorum parentem, et matrem Tethyn, qui me in ſuis aedibus magna - cum - cura nutrierunt et educarunt: hos vado viſura, et ipſis acerbas lites dirimam. Iam enim diuturno tempore inter ſe abſtinent cubili et amore: quoniam ira inuaſit animum. Equi autem in radicibus fontibus - irriguae Idae ſtant, qui me ferent ſupra aridumque et humidum. Nunc vero tui gratia huc ab Olympo *ob* hoc venio, ne forte mihi poſthac

iraſcaris, ſi ſilentio abeam ad domum profunde - fluentis Oceani."

Hanc autem reſpondens allocutus eſt nubes - cogens Iupiter: „Iuno, illuc quidem licet et poſthac proficiſci; nos autem age amore congrediamur concumbentes. Non enim vnquam mihi ſic deae amor, neque mulieris, animum in pectoribus circumfuſus domuit; neque quando captus - fui amore Ixioniae vxoris, quae peperit Pirithoum, diis conſiliarium parem; neque quando Danaës pedibus - elegantis Acriſii - filiae, quae peperit Perſeum, omnium clariſſimum virorum; neque quando Phoenicis - filiae per - celebris, quae peperit mihi Minoemque et diis - parem Rhadamanthyn; neque quando Semeles; neque Alcmenes in Thebis; *quarum* haec quidem Herculem fortiſſimum peperit filium; at Bacchum Semele peperit, gaudium mortalibus; neque quando Cereris, comas - pulcrae reginae; nec quando Latonae glorioſae; neque *quando* tui ipſius: vt tui nunc amore teneor, et me dulce deſiderium capit."

Hunc autem dolos - ſtruens allocuta eſt veneranda Iuno: Importuniſſime Saturnie, quale verbum dixiſti? Si nunc in amore cupis dormire Idae in verticibus; haec autem *loca* propatula - ſunt omnia; quomodo eſſet, ſi quis nos deorum ſempiternorum dormientes videret, diisque omnibus interueniens indicaret! non equidem tutam ad domum redirem, e cubili cum conſurrexiſſem: indigna res

certe esset. Sed si reuera vis, et tibi hoc gratum est animo; est tibi thalamus, quem tibi dilectus filius fabricatus est Vulcanus, solidasque fores postibus aptauit; illuc eamus dormituri; quandoquidem tibi placet concubitus."

Hanc autem respondens allocutus est nubes-cogens Iupiter: „Iuno, nec tu deorum hoc metue, nec quemquam hominum visurum esse: talem tibi ego nubem circumfundam, auream; neque nos per *eam* viderit ne Sol quidem, cuius et acutissimum est lumen ad inspiciendum."

Dixit, et vlnis complexus est Saturni filius suam vxorem. His autem subter Tellus diuina summisit recentem herbam, lotumque roscidum, et crocum, et hyacinthum densum et mollem; qui a terra *eos* alte eleuabat. Hoc in *toro* cubarunt, insuperque nubem sibi induerunt pulcram, auream; lucidique decidebant rores.

Sic quidem quiete dormiebat pater in Gargaro summo, somno et amore domitus, tenebatque in vlnis vxorem. Perrexit vero currere ad naues Achiuorum dulcis Somnus, nuntium allaturus terram-cingenti Neptuno. Prope autem stans, verbis alatis *eum* allocutus est:

„Alacris nunc Danais, Neptune, auxiliare, et ipsis gloriam praebe, parumper saltem, dum adhuc dormit Iupiter: quoniam

ipſi ego mollem ſoporem circumfudi, Iuno autem in amore *eum* decepit vt - dormiret."

Sic fatus, hic quidem abiit ad inclytas nationes hominum; Neptunum autem adhuc magis impulit ad auxiliandum Danais. Statim itaque *is* inter primos longe - proſiliens hortabatur:

„Argivi, etiamne rurſus concedimus Hectori victoriam Priamidae, vt naues capiat, et gloriam referat? At is quidem ſic exiſtimat, et gloriatur, quia Achilles nauibus in cauis manet iratus corde; illius tamen non magnum deſiderium erit, ſi quidem caeteri nos *fortiter* incitemur ad defendendum inuicem. Sed agite, ſicut ego dixero, obſequamur omnes: clypeos, quotquot optimi *ſunt* in exercitu et maximi, *nos* induti, capitaque fulgentibus galeis tecti, manibusque longiſſimas haſtas tenentes, eamus: ac ego quidem praeibo; nec omnino opinor Hectorem Priamidem manſurum, admodum licet anima - incitatum. Quicunque autem vir ſtrenuus *eſt*, geſtatque paruum ſcutum humero, imbelliori viro det, ipſe vero ſcutum maius ſubeat."

Sic dixit. Hi autem ei maxime auſcultarunt, atque obſecuti ſunt. Atque hos *quidem* ipſi reges inſtruebant, vulnerati licet, Tydides, Vlyſſesque, et Atrides Agamemnon; obeuntes autem *copias* omnes, martia arma commutabant; fortia quidem fortis indue-

bat, deteriora autem imbelliori dabant. Tum postquam induerant sibi circum corpus coruscum aes, perrexerunt ire; praeibat vero eis Neptunus quassator - terrae, horrendum ensem longum habens in manu robusta, similem fulguri: ei autem non fas est congredi in pugna perniciosa, sed metus *eius* reprimit viros.

Troianos vero ex - altera parte instruebat illustris Hector. Tum vero grauissimum certamen pugnae intenderunt caeruleus - crines Neptunus, et illustris Hector; hic quidem Troianis, ille vero Achiuis auxilians. Exundauit autem mare ad tentoriaque nauesque Argiuorum; hi autem congrediebantur ingenti *cum* clamore. Neque maris vnda tantum boat ad terram, ex ponto impulsa flatu Boreae graui, [montis in saltibus, quando concitus - exardescit crematurus syluam;] neque ignis tantus ad*fremit* crepitus ardentis, neque ventus tantum in quercubus alte - comantibus insonat, qui maxime rapidum fremit saeuiens: quantus quidem Troianorum et Achiuorum erat clamor, horrende vociferantium, quando in se inuicem ruerent.

In Aiacem vero primus iaculatus est illustris Hector hasta; quippe conuersus erat recta in ipsum; neque aberrauit; *sed eum percussit*, qua duo baltei circa pectora extensi erant, alter quidem scuti, alter vero ensis argenteis - clauis distincti; *atque* hi *quidem* ei tutati

ſunt tenerum corpus. Iratus eſt autem Hector, quod ſibi telum velox irritum euolaſſet e manu; retroque ſociorum in agmen ceſſit, mortem euitans. Hunc quidem deinde abeuntem magnus Telamonius Aiax ſaxo, quae ſane multa, velocium retinacula nauium, ad pedes pugnantium paſſim iacebant; horum vno ſublato, *in* pectus percuſſit ſuper ſcuti orbem, prope collum; turbinis autem inſtar, concitum miſit, rotatumque eſt *illud* circumcirca. Vt vero quum violento ictu patris Iovis procidit quercus radicitus, teter autem ſulfuris oritur odor ex ea; isque nullius amplius eſt animi, qui viderit prope adſtans; durum quippe Iouis magni fulmen: ſic cecidit Hectoris celeriter humi robur in puluere; manu autem demiſit haſtam, inſuperque ſcutum ſecutum eſt, et galea; circaque ipſum ſonitum dedere arma varia aere. *Tum* vero magno cum clamore accurrebant filii Achivorum, ſperantes trahere *ad ſe;* iaculabanturque crebra ſpicula; at nemo potuit paſtorem populorum *nec* cominus, nec eminus ferire: prius enim circumdederunt *eum* fortiſſimi, Polydamasque, et Aeneas, et nobilis Agenor, Sarpedonque princeps Lyciorum, et Glaucus eximius; caeterorumque nullus ipſum neglexit, ſed ante clypeos probe orbiculatos tenebant ipſum; eumque ſocii manibus ſublatum asportabant ex pugna, donec peruenit ad equos veloces, qui ei poſt pugnam et praelium ſtabant, aurigamque et

currum varium habentes; qui porro eum vrbem verſus portabant grauiter gementem.

Sed quando iam ad vadum peruenerunt pulcre - fluentis fluuii Xanthi vorticoſi, quem immortalis genuit Iupiter: ibi illum e curru admouerunt terrae, eique aquam affuderunt; ille itaque ſpiritum - recepit, et ſuſpexit oculis; ſedensque in genua, nigrum ſanguinem euomuit; iterum vero retro lapſus eſt in terram, eique oculos nox obtexit nigra; ictus enim adhuc animum domabat.

Argiui autem, vt viderunt Hectorem ſeorſum abeuntem, alacrius in Troianos irruerunt, memineruntque pugnae. Tunc longe primus Oïlei *filius* velox Aiax Satnium vulnerauit, cum haſta inſiliens acuta, Enopis filium; quem nympha peperit Naïs eximia Enopi armenta - paſcenti ad ripas Satnioentis. Hunc quidem Oïlei filius haſta - inclytus, prope accedens, vulnerauit ad ile; itaque cecidit - reſupinus; ſuper eo vero Troiani et Danai commiſerunt acrem pugnam. Ad eum vero Polydamas haſtam - vibrans acceſſit vltor Panthoi filius; percuſſitque Prothoënorem dextrum *in* humerum, filium Areïlyci; per humerum autem valida haſta penetrauit. Hic itaque in puluere lapſus prehendit terram palma. Polydamas autem vehementer ſuper - eum - gloriatus - eſt, alta - voce clamans:

„Non equidem puto magnanimi filii Panthoi manu e robuſta vanum exiliiſſe telum, ſed *id* aliquis Argiuorum recepit corpore; et

ipſum puto ei *baculo* innitentem, deſcenſurum domum Plutonis intra.⁴

Sic dixit. Arginis autem dolor exortus eſt, eo gloriante; Aiaci autem maxime bellicoſo animum commouit Telamonis filio; hunc enim *Prothoënor* cecidit proxime; ſtatim igitur in *Polydamantem* abeuntem iaculatus eſt haſta fulgenti. Polydamas autem ipſe quidem euitauit mortem nigram, in obliquum abſiliens; excepit autem *ictum* Antenoris filius Archilochus; huic enim dii deſtinauerunt perniciem. Hunc percuſſit, capitisque et ceruieis in commiſſura, extremam *ad* vertebram; amboѕque diſcidit neruos; huius autem multo prius caput, osque, naresque ſolo allapſa ſunt, quam tibiae et genua cadentis. Aiax itaque viciſſim inclamauit eximio Polydamanti:

„Perpende, Polydama, et mihi verum dic; annon hic vir pro Prothoënore *viciſſim* occidi dignus; Non quidem mihi ignauus videtur, neque ex ignauis; ſed frater Antenoris equorum - domitoris, vel filius; ipſi enim genere proxime ſimilis - videbatur *mihi*.“

Sic dixit, bene cognoſcens. Troianos autem dolor cepit animo. Tunc Acamas Promachum Boeotium vulnerauit haſta, fratrem *ſuum* circumeundo - protegens; Promachus enim *tunc* trahebat pedibus. Super *eum* itaque Acamas vehementer gloriabatur, alte clamans:

„Argini, ſagittarii - infauſti, minarum inſatiabiles, haud ſane ſolis laborque erit et

iactus nobis, sed aliquando sic occidemini et vos. Videte, vt vobis Promachus domitus dormit hasta mea; vt nequaquam fratris vltio diu insoluta sit. Quare et quivis optet vir fratrem in aedibus caedis vindicem sibi - relinqui.“

Sic dixit. Argivis autem dolor obortus est, eo gloriante; Peneleo autem maxime, bellicoso animum commouit; ruit itaque in Acamantem. Ille vero non sustinuit impetum Penelei regis. *Peneleus* autem vulnerauit Ilioneum, filium Phorbantis diuitis - pecorum, quem maxime Mercurius Troianorum diligebat, et possessiones *ei* dederat; ex hoc autem mater vnicum peperit Ilioneum; quem tunc sub supercilio vulnerauit *Peneleus* ad oculi radices, excussitque pupillam; hasta vero per oculum penitus, et per occipitium transiit. Hic itaque *in terram* desedit, manibus porrectis ambabus; Peneleus autem, stricto ense acuto, ceruicem mediam feriit; deturbauit humi, ipsa cum casside, caput. Adhuc vero valida hasta erat in oculo; *Peneleus* autem dixit, *capite - tanquam* - papaueris - capite sublato, denuntiauitque Troianis, et glorians verba fecit:

„Renuntiate mihi, Troiani, illustris Ilionei patri caro et matri, vt - lugeant in aedibus. *Idque merito:* neque enim *magis* Promachi vxor Alegenoris filii, viro caro reuerso, se - laeto - vultu - offeret, quando demum ex Troia cum nauibus reuerterimus filii Achiuorum.“

Sic dixit. Illos autem omnes pallidus timor cepit; circumſpectabatque vnusquisque, qua effugere poſſet grauem perniciem.

Dicite nunc mihi, Muſae, coeleſtes domos tenentes, quisnam primus Achiuorum cruenta ſpolia ſuſtulerit; poſtquam inclinauit pugnam inclytus Neptunus.

Aiax quidem primus Telamonius Hyrtium percuſſit Gyrtii filium, Myſorum ductorem magnanimorum: Phalcem autem Antilochus, et Mermerum, interfectos ſpoliauit; Meriones autem Morymque et Hippotionem interfecit; Teucer vero Prothoonemque peremit, et Periphetem; Atreique filius, *Menelaus*, deinde Hyperenorem, paſtorem populorum, vulnerauit ad ile; inteſtina autem aes penitus hauſit dilacerans; animaque per inflictum vulnus erupit exacta; illum autem tenebrae oculos texerunt. Plurimos vero Aiax interfecit, Oïlei velox filius: non enim ei quisquam par ad inſequendum pedibus erat viros fugientes, quando vtique Iupiter fugam immiſerat.

I L I A D I S

L I B E R XV.

At poſtquam valloſque et foſſam tranſcenderant fugientes, multique domiti erant Danaorum manibus, Troiani quidem iam ad currus repreſſa - *fuga* manebant, pallidi prae metu, exterriti. Experrectus vero eſt Iupiter Idae in verticibus, ex aureum - ſolium - habentis - Iunonis *amplexu;* ſtetitque raptim - exſurgens, viditque Troianos et Achiuos, Troianos quidem turbatos, turbantes autem *eos* a tergo Argiuos; interque hos Neptunum regem. Hectorem vero in campo vidit iacentem; circumque ſocii ſedebant; is autem graui angebatur anhelitu, mente - et - viribus defectus, ſanguinem vomens; eum quippe non imbecillimus vulnerauit Achiuorum. Hunc autem intuitus, miſertus eſt pater hominumque deûmque; ac terribili - modo torvum intuens, Iunonem verbo allocutus eſt:

„Certo - certius mali - artifex, o fraudulenta, tuus dolus, Iuno, Hectorem nobilem ceſſare - fecit a pugna, fugauitque *eiusdem* copias. Haud equidem ſcio, annon

rursus machinationum perniciosarum prima
fructum sis perceptura, et te verberibus cae-
dam. An non meministi, quando pepen-
disti ab - alto, a pedibus autem incudes -
suspensas demisi duas, circum manus autem
20 vinculum misi aureum, infrangibile? tu au-
tem in aethere et nubibus pependisti; moe-
rore - afficiebantur autem dii per excelsum
Olympum; soluere tamen non poterant cir-
cumstantes; quemcunque autem prehenderem,
proiiciebam correptum de limine *coeli*, donec
perueniret in terram vix - spirans; me ve-
25 ro ne sic quidem ira missum - faciebat ve-
hemens *ob* dolorem Herculis diuini; quem
tu cum Borea vento inductis procellis, mi-
sisti per infructuosum pontum, mala machinans,
et eum deinde ad Con bene habitatam de -
cursu - detulisti. *Ac* eum quidem ego inde
30 liberaui, et reduxi iterum Argos equis -
aptum, multis licet malis - exercitum. Haec
tibi rursus - in - memoriam - reducam, vt de-
sistas a fallaciis; vt scias, an tibi profuerit
congressusque et cubile, quo congressa *me-
cum* es, veniens seorsum - a diis, et me de-
cepisti."

Sic dixit: Cohorruit autem magnis - oculis
35 veneranda Iuno, et eum compellans verbis
alatis allocuta est:

„Sciat nunc hoc Terra et Coelum latum
superne, et subterlabens Stygia aqua, quod
vtique maximum iuramentum, grauissimum-

que est beatis diis; tuumque sacrum caput, et noster torus ipsorum nuptialis, quem quidem non ego vnquam temere iurarim. Non meo hortatu Neptunus terrae - quassator cladem - infert Troianis et Hectori, *Argiuis* autem auxiliatur; sed nimirum ipsum *suus* animus incitat iubetque; afflictos autem ad naues videns miseratus est Achiuos. Atquin et ei ego consuluerim, eo ire, quo quidem tu, *o Iupiter*, atras - nubes - cogens, imperaueris."

Sic dixit. Subrisit autem pater hominumque deûmque, et eam respondens verbis alatis allocutus est:

„Si quidem tu iam deinceps, magnis - oculis veneranda Iuno, idem mecum sentiens inter immortales sederis: *tum* eodem sane Neptunus, etiam si maxime velit aliter, confestim *et suam* conuerterit mentem, ad tuam et meam voluntatem. Quin, si iam quidem ex - animo et vere loqueris, vade nunc ad coetus deorum, et huc vocatos - iube Irimque accedere, et Apollinem inclytum - arcu; vt illa quidem ad exercitum Achiuorum aere - loricatorum eat, et dicat Neptuno regi, vt, relicta pugna, suas ad aedes redeat; Hectorem vero excitet ad pugnam Phoebus Apollo, iterumque inspiret robur, obliuiscique - faciat dolorum, qui nunc ei - premunt praecordia, Achiuos autem iterum auertat, imbelli fuga immissa; fugientes autem, in naues multa - transtra - habentes incidant Pelidae Achillis. Is vero excitabit suum amicum Patroclum, illumque interficiet

haſta illuſtris Hector Jlium ante; multos vbi-*ille* - peremerit iuuenes *cum* alios, tum filium meum Sarpedonem nobilem. *Ob Patroclum* autem iratus interficiet Hectorem nobilis Achilles. Ex eo deinceps tempore vt - iterum - in - fugam - auertantur - *Troiani* a nauibus, ſemper ego efficiam perpetuo; vsque - dum Achiui Jlium excelſum ceperint, Mineruae conſiliis. Prius autem neque ego ceſſabo ab ira, neque quempiam aliorum immortalium Danais auxiliari hic ſinam, quam Pelidae expletum fuerit deſiderium; ſicut ei promiſi primum, meoque annui capite die illo, quando mihi dea Thetis tetigit genua, ſupplicans, vt honorarem Achillem vrbium - vaſtatorem."

Sic dixit. Neque non - obſecuta - eſt dea vlnas - candida Iuno. Diſceſſit itaque ab Idaeis montibus, *vt iret* ad excelſum Olympum. Sicut vero cum *cogitatione* mouet ſe mens viri, qui per multas terras profectus, praecordiis in prudentibus ſecum - cogitat, „huc iuerim, vel illuc," animoque - verſat multa: ſic celeriter viam - carpens peruolauit veneranda Iuno; peruenitque in excelſum Olympum. Congregatis autem ſuperuenit immortalibus diis, Iouis in domo. Illi vero conſpicati, omnes celeriter adſurrexerunt, et excipiebant poculis. Atque haec alios quidem omiſit, a Themide vero genas - pulcra accepit poculum; prima enim *illa* obuia venit currens, et eam compellans verbis alatis allocuta eſt:

90 „Iuno, cur venisti; metu vtique perculsae similis-videris? Sane valde scilicet te territauit Saturni filius, qui tibi maritus."

Huic autem respondit deinde dea vlnas-candida Iuno: „Ne me, dea Themi, haec interroga; scis et ipsa, qualis illius animus tru-
95 culentus et durus. At tu quidem praesis inter deos, in aedibus, conuiuio aequali; haec autem et inter omnes audies immortales, qualia Iupiter mala opera denunciet; neque omnino puto omnibus vna animum gauisurum, neque mortalibus, neque diis; etiamsi aliquis vsque nunc conuiuetur hilaris."

100 Ac quidem sic locuta consedit veneranda Iuno. Moleste autem ferebant per domum Iouis, dii. Illa vero risit labiis *tenus*, non autem frons super supercilia nigra exhilarata est; inter omnes autem, indignata locuta est:

„Dementes, qui Ioui irascimur insipientes;
105 *qui*que adhuc ipsum cupimus compescere, propius accedentes, vel suasu, vel vi! is vero e-longinquo-sedens nostri rationem-non habet, neque mouetur; ait enim inter immortales deos viribusque potentiaque eximie *se* esse praestantissimum. Quare tolerate, quodcunque vobis
110 malum immittat vnicuique; iam enim nunc opinor Marti vtique damnum illatum esse: filius enim ei interiit in pugna, carissimus hominum, Ascalaphus, quem ait suum esse impetuosus Mars."

Sic dixit. Mars autem robusta feriebat-sibi femora manibus pronis; lugens autem allocutus est:

„Ne nunc mihi succenseatis, coelestes domos incolentes, quod - vlcisci - velim caedem filii, profectus ad naues Achiuorum, etiam si mihi *sit* fatale, Iouis percussum fulmine iacere, vna - cum mortuis, in sanguine et puluere."

Sic dixit: et equos iussit Terroremque Horroremque iungere: ipse autem arma induebat collucentia. Tum sane quaedam maiorque et grauior alia a Ioue in immortales ira et indignatio exorta fuisset: nisi Minerua, cunctis metuens diis, prosiluisset extra vestibulum, liquissetque solium vbi sedebat. Atque *Martis* quidem a capite galeam demsit, et scutum humeris; hastamque seposuit - erectam, robusta e manu raptam, aeream; ipsa vero verbis *hisce* corripuit impetuosum Martem:

„Furiose, vecors, periisti! an vero tibi frustra aures ad audiendum sunt, mensque etiam periit et pudor? Non audis, quae dicit dea vlnas - candida Iuno? quae iam nunc a Ioue Olympio venit. An vis ipse quidem, perpessus mala multa, reuerti - ad Olympum, dolens vtique, necessitate; atque etiam caeteris malum magnum omnibus creare? Continuo enim Troianos quidem magnanimos et Achiuos linquet *Iupiter*, ad nos autem veniet turbas - excitaturus in Olympum; corripiet autem alium - post - alium, quique in culpa *sit*, quique etiam non. Quare te nunc iubeo missam - facere iram de filio tuo. Iam enim aliquis, eo *et* vi et manibus fortior, vel interfectus est, vel etiam posthac interficietur. Difficile quippe *est*, om-

nium hominum liberare a *morte* progeniemque partumque.“

Sic locuta, collocauit in ſolio impetuoſum Martem. Iuno autem Apollinem vocauit domum extra, Irimque, quae diis internuntia *eſt* immortalibus; et eos compellans, verbis alatis allocuta eſt:

„Iupiter vos in Idam iubet venire quam celerrime; ac poſtquam veneritis, Iouisque vultum aſpexeritis, facite, quicquid ille hortatus fuerit et iuſſerit.“

Ac quidem ſic locuta, retro ceſſit veneranda Iuno, conſeditque in ſolio; ii vero properantes volabant, Idamque peruenerunt fontibus-irriguam, matrem ferarum. Inuenerunt autem longe ſpeculantem Saturnium in Gargaro ſummo ſedentem, circumque ipſum odorata nubes circumfuſa erat. Hi autem vt coram venerunt Iove nubes-cogente, ſteterunt; neque iis viſis iratus eſt animo, quoniam ſibi celeriter verbis ſuae vxoris paruerant. Irim autem priorem verbis alatis allocutus eſt:

„Vade, age, Iri velox, Neptuno regi omnia haec nuntia, neque falſa-nuntia ſis: relicta illum iube pugna atque praelio, ire ad coetus deorum, vel in mare vaſtum. Si vero meis non verbis parebit, ſed aſpernabitur: perpendat deinde mente et animo, ne me nequaquam, fortis vt vt ſit, inuadentem valeat ſuſtinere; quoniam eo profiteor viribus multo praeſtantiorem *me* eſſe, et natu maiorem; il-

lius autem non veretur cor aequalem mihi ſeprofiteri, quem metuunt etiam caeteri.“

Sic dixit; neque non-obſecuta eſt alis-ventoſis velox Iris. Deſcendit autem ab Idaeis montibus Jlium verſus ſacram. Vt vero cum ex nubibus volat nix, aut grando gelida, *acta* impetu ſerenitatem-inducentis Boreae: ſic feſtinanter viam-carpens peruolauit velox Iris, prope autem ſtans allocuta eſt inclytum Neptunum:

„Nuntium quendam tibi, Neptune crines-caerulee, veni huc ferens a Ioue aegidem-tenente. Relicta te iubet pugna atque praelio ire vel ad coetus deorum, vel in mare vaſtum. Si vero eius non verbis parebis, ſed aſpernaberis: minatus eſt et ipſum-ſe ex-aduerſo pugnaturum huc venturum; te autem vitare iubet *ſuas* manus: quia, *quam* tu *ſis*, ait viribus multo *ſe* praeſtantiorem eſſe, et natu maiorem: tuum autem non veretur cor aequalem *te* ei profiteri, quem metuunt etiam caeteri.“

Hanc autem valde indignatus allocutus eſt inclytus Neptunus: „Eheu; certe, potens licet, ſuperbe locutus eſt; ſi me, pari honore praeditum, vi inuitum coërcebit. Tres enim ex Saturno ſumus fratres, quos peperit Rhea, Iupiter et ego, tertius autem Pluto inferis imperans; trifariam autem omnia diuiſa-ſunt, vnusquisque vero *ſuam* ſortitus eſt dignitatem. Meae ſane ſortis erat, canum mare habitare perpetuo, motis-ſortibus; Plutoni autem ſorte obuenere tenebrae caliginoſae; Ioui vero obue-

nit coelum latum, in aethere et nubibus; terra autem etiamnum communis *eſt* omnium, et excelſus Olympus. Quare ſane nequaquam Iouis degam ex voluntate; ſed quietus, potens licet, maneat *ſua* tertia in portione. Manibus vero nequid me omnino, ignauum veluti, territet. Filias enim et filios ſatius eſſet terrificis verbis inceſſere, quos genuit ipſe; qui et imperitanti auſcultabunt, etiam neceſſitate."

Huic autem reſpondit deinde pedibus-ventos aequans velox Iris: „Itane vero a te, Neptune crines caerulee, hunc fero Ioui ſermonem durumque aſperumque? an quid mutabis? Flexibiles ſane mentes prudentium. Noſti, quod maioribus-natu Erinnyes ſemper aſſeclae ſunt."

Hanc autem viciſſim allocutus eſt Neptunus terrae-quaſſator: „Iri dea, valde hoc verbum recte dixiſti: bonum et illud eſt, quando nuntius vtilia norit. Sed hic grauis dolor cor et animum *meum* occupat, cum parem-ſorte et pari deſtinatum fato obiurgare vult iracundis verbis. At ſane nunc quidem, indignatus licet, cedam; aliud vero tibi dicam, et minabor illud animo: ſi quidem inuitis me et Minerua praedatrice, Iunone, Mercurioque, et Vulcano rege, Jlio excelſo parcet, neque volet euertere, dareque magnam victoriam Argiuis: ſciat hoc, nobis inſanabilem iram fore."

Sic fatus, liquit exercitum Achaicum Neptunus, ſubiitque pontum profectus; deſiderabant

vero *eum* heroes Achiui. Et tunc Apollinem allocutus eſt nubes - cogens Iupiter:

„Vade nunc, dilecte Phoebe, ad Hectorem aere - armatum: iam enim terram - cingens terrae - quaſſator abiit in mare vaſtum, euitans iram grauem noſtram; nam omnino alioqui pugnam audiiſſent et alii, etiam qui inferi ſunt dii, Saturnum circa qui ſunt. Sed hoc et mihi multo ſatius, et illi ipſi eſt, quod ante veritus ceſſit manus meas: quippe haud ſine - ſudore perfecta - fuiſſet - *res*. Sed tu quidem manibus accipe Aegidem ſimbriatam, qua admodum incuſſa terreas heroes Achiuos. Tibi vero ipſi curae ſit, *o Apollo* e - longinquo - feriens, illuſtris Hector; tantisper enim ei excita robur magnum, dum Achiui fugientes ad nauesque et Helleſpontum peruenerint. Exinde vero ipſe ego conſultabo opereque verbisque, vt et viciſſim Achiui reſpirent a labore.“

Sic dixit: Neque ſane patri non - obſequutus eſt Apollo; deſcendit vero ab Idaeis montibus, accipitri ſimilis celeri, columbarum - occiſori, qui celerrimus volucrum; inuenit filium Priami bellicoſi Hectorem nobilem ſedentem; neque *enim* amplius iacebat; modo autem collegerat animum, circum ſe agnoſcens ſocios; anhelitus vero et ſudor ceſſarat, quando ipſum reficiebat Iouis voluntas aegidem tenentis. Prope autem ſtans allocutus eſt longe - iaculans Apollo:

„Hector, fili Priami, curnam tu ſeorſum ab aliis ſedes viribus - defectus? nunquid aliquis te dolor inuaſit?

Hunc autem languidus allocutus eſt pugnam-expedite - ciens Hector: „Quisnam vero tu es, optime deorum, qui me interrogas coram? Non noſti, quod me nauium ad puppes Achiuorum, ſuos ſocios perdentem, pugna ſtrenuus percuſſit Aiax ſaxo in pectus, ceſſareque *me* fecit ab animoſa fortitudine? Et ſane ego putabam *me* mortuos et domum Plutonis die hoc viſurum; quippe caram expirabam animam.“

Hunc autem viciſſim allocutus eſt rex e - longinquo - feriens Apollo: „Confide nunc, talem tibi adiutorem Saturnius ex Ida miſit, adſtare *tibi* et auxiliari, Phoebum Apollinem aureo-gladio - conſpicuum; qui te etiam antea tueri-ſoleo, ſimul ipſumque et excelſam vrbem. Sed age, nunc aurigas exhortare numeroſos, naves ad cauas vt agant veloces equos; at ego ante iens, equis viam omnem complanabo, et vertam - in - fugam heroes Achiuos.“

Sic locutus, inſpirauit robur magnum paſtori populorum. Vt vero cum ſtabulatus equus, hordeo - paſtus ad praeſepe, vinculo rupto currit per campum terram - pedibus - pulſans, conſuetus lauari *in* pulcre - fluenti fluuio, ſuperbiens; alte vero caput fert, circumque iubae humeros motantur; ipſe autem pulcritudine-*corporis* fretus, facile ipſum genua ferunt ad loca - conſueta et paſcua equarum: ſic Hector celeriter pedes et genua mouebat, concitans

aurigas, poſtquam dei audiuit vocem. Sicuti vero vel in ceruum cornutum, vel ſylueſtrem capram, incitate - feruntur canesque et viri ruſtici: atque hunc quidem excelſa petra et denſe - vmbroſa ſylua ſeruat, neque enim ipſis *eum* prehendere in - fatis erat; horum autem clamore - *excitatus* apparet leo maxillis - terribilibus ad viam, ſtatimque omnes auertit, ardenter licet perſequentes: ſic Danai, hactenus quidem, cateruatim perpetuo ſequebantur, ferientes enſibusque et haſtis vtrinque - acutis; ſed, poſtquam viderunt Hectorem obeuntem ordines virorum, metu - perculſi - ſunt, omnibusque ad pedes decidit animus. Iis autem dein concionatus eſt Thoas, Andraemonis filius, Aetolorum longe praeſtantiſſimus, peritus quidem iaculo - *pugnandi*, ſtrenuusque etiam in ſtataria *pugna;* concione vero ipſum pauci Achiuorum vincebant, quando iuuenes contenderent oratione; qui *vtique* inter illos prudens concionatus eſt et dixit:

„O dii, profecto ingens miraculum hoc oculis video: cum ita iam de integro ſurrexit, morte euitata, Hector; atqui ipſum omnino ſperabat animus cuiusque, manibus ſub Aiacis mortuum eſſe Telamonis filii; ſed aliquis rurſus deorum liberauit et ſeruauit Hectorem, qui profecto multorum Danaorum genua ſoluit; quemadmodum et nunc itidem - fore puto; non enim ſine Ioue altitonante primus - inter - pugnatores ſiat, adeo animo - incitatus. Sed agite, ſicut ego dixero, pareamus omnes;

multitudinem quidem ad naues iubeamus redire; ipſi vero, quotquot fortiſſimos in exercitu profitemur *nos* eſſe, ſtemus; ſi qua primum arcere poterimus, occurrentes haſtis cum eleuatis; hunc autem puto, ardentem licet, animo veriturum Danaorum ingredi multitudinem.“

Sic dixit. Illique ei maxime quidem auſcultarunt et paruerunt. Itaque Aiax et Idomeneus rex, Teucer, Merionesque, Megesque par Marti, ad pugnam copias - inſtruebant, proceribus conuocatis, Hectorem et Troianos contra; ſed retro multitudo - *imbecillior* ad naves Achiuorum redibant. Troiani vero priores in - eos - impetum - fecerunt conferti: praeibat autem Hector paſſibus - magnis gradiens; anteibatque ipſum Phoebus Apollo, indutus humeros nube, tenebatque aegidem impetuoſe - verſatilem, horrendam, vndique - hirtam, inſignem, quam faber Vulcanus Ioui dederat geſtandam, ad fugandos - *in* - *pugna* viros; hanc ille in manibus tenens, praeibat copiis. Argiui vero, impetum - ſuſtinuerunt conferti; excitatus eſt autem clamor acutus vtrinque; a neruis vero ſagittae exiliebant; multaque haſtilia fortibus e manibus, alia quidem in corpore figebantur bellicoſorum iuuenum; multa vero et in - medio, antequam corpus pulcrum attingerent, in terra ſtabant - *fixa*, cupientia corpore ſe ſaturare. *Ac* quamdiu quidem aegidem manibus tenebat immotam Phoebus Apollo, tamdiu valde vtrosque tela attingebant, cadebantque copiae; ſed poſtquam in - vultum re-

ota - intuens Danaorum equitum - pernicium *aegidem* concussit, ipseque insuper clamauit *voce* admodum ingenti, tum illis animos in pectoribus debilitauit, oblitique sunt strenuae fortitudinis. Sicuti autem vel boum armentum, vel gregem magnum ouium ferae duae turbant, nigra in nocte intempesta, aduentu repentino, custode non praesente: sic fugati sunt Achiui imbelles; iis enim Apollo immisit terrorem, Troianis autem et Hectori gloriam dedit. Tum vero vir interfecit virum, dissipata acie, Héctor quidem Stichiumque et Arcesilaum occidit; hunc quidem, Boeotorum ductorem aere - loricatorum; illum vero, Menesthei magnanimi fidum socium. Aeneas autem Medontem et Iasum interfecit; ac quidem nothus filius Oïlei diuini erat Medon, Aiacis frater; habitabat autem in Phylace terra, procul a patria, virum cum occidisset fratrem nouercae Eriopidis, quam habebat Oïleus; Iasus vero, dux quidem Atheniensium erat, filius autem Spheli vocabatur Bucoli filii. Mecisteum autem occidit Polydamas, Echiumque Polites prima in acie, Cloniumque interemit nobilis Agenor. Deïochum porro Paris percussit extremum in humerum a - tergo, fugientem inter propugnatores; penitus autem aes adegit.

Dum *autem* hi illos spoliabant armis, interim Achiui in fossam et palos delapsi profundam, huc et illuc fugiebant, introibantque murum, necessitate - *adacti*. Hector autem Troianos hortabatur, altum clamans, in-na-

ves vt irruerent, omitterentque spolia sanguinolenta:

„Quem autem, *inquiebat*, ego seorsum a nauibus alibi animaduertero, ibi ei mortem moliar, neque sane eum fratresque sororesque rogi participem - facient mortuum, sed canes *eum* distrahent ante vrbem nostram."

Sic fatus, scutica super - humeros feriens - impulit equos, adhortans Troianos per ordines; illi vero, cum ipso omnes - minaciter - clamantes, dirigebant trahentes - currum equos, clamore immenso; ante autem Phoebus Apollo facile oras fossae profundae pedibus proruens in medium deiecit; muniuitque - tanquam - ponte - facto viam longam et latam, quam - longe hastae iactus pertingit, cum vir roboris *sui* periculum - faciens iaculatur. Hac *via* illi effundebant se turmatim; ante vero *ibat* Apollo, aegidem habens pretiosam; diruebat autem murum Achiuorum facile admodum, vt cum quis arenam puer prope mare; qui postquam fecerit ludicra - puerilia animo infantis, deinceps iterum destruit pedibus et manibus lusitans. Ita tu, arcitenens Phoebe, multum laborem et aerumnam *operosam* confudisti Argiuorum, ipsisque trepidam - fugam immisisti. *Atque* hoc modo illi quidem ad naues compellebantur, *tandem* se sistentes; inuicemque adhortantes, et omnibus diis manus attollentes, alta - voce vota faciebant vnusquisque. Nestor autem maxime, Gerenius, custos Achiuorum, precabatur, manus porrigens coelum versus stellatum:

„Iupiter pater, ſi vnquam aliquis tibi in Argo tritici-ferace, vel bouis, vel ouis pinguia femora comburens, precatus eſt vt rediret, tu autem promiſiſti et annuiſti: horum memento; et arce, Olympie, ſaeuum diem; neque ſic a Troianis ſinas profligi Achiuos."

Sic dixit orans: grande autem intonuit prouidus Iupiter, preces exaudiens Neleïdae ſenis. Troiani autem, vt intelligere - ſibi - videbantur Iouis voluntatem aegidem tenentis, acrius in Argiuos irruebant, recordabanturque pugnae. Veluti autem magna vnda maris vaſti nauis ſupra latera *in eam* tranſcendit, quando vrget vis venti; haec enim maxime vndas auget: ſic Troiani magno *cum* clamore per murum ſcandebant. Equos autem vbi immiſiſſent, intro ad puppes pugnabant, haſtis vtrinque-acutis cominus; hi quidem ex curribus, illi vero e nauibus ex-alto nigris, quas conſcenderant, longis cum contis, qui ſibi in nauibus iacebant ad-nauale-praelium-apti, compacti, os induti aere.

Patroclus autem, quamdiu quidem Achiuique Troianique murum circa pugnabant, veloces extra naues, tamdiu ipſe in tentorio virtutem-amantis Eurypyli ſedebatque, et hunc oblectabat ſermonibus; inque vulnere graui pharmaca, medelas ſpargebat atrorum dolorum: ſed poſtquam murum impetu-cum-magno-ingreſſos aduertit Troianos, ac Danaorum ortus eſt clamorque fugaque, eiulauit vtique deinde, et

ſua percuſſit femora manibus pronis; lugensque, verbum dixit:

„Eurypyle, non amplius tecum poſſum, indigente licet, hic manere; ſane enim magnum certamen ortum eſt: ſed te quidem famulus oblectet; at ego feſtinabo ad Achillem, vt impellam *eum* ad pugnam. Quis autem ſcit, ſi forte ei, fauente deo, animum moueam admonitu *meo?* Bona vtique admonitio eſt amici.“

Atque hunc quidem ſic locutum, pedes ferebant. At Achiui Troianos ingruentes ſuſtinebant conſtanter; nec tamen poterant, pauciores *illos* licet, repellere a nauibus; neque itidem Troiani Danaorum valebant phalangibus perruptis, tentoriis ſe admouere neque nauibus. Sed ſicuti amuſſis lignum nauale dirigit fabri in manibus periti, qui totam bene callet artem praeceptis Mineruae: ſic quidem horum aequaliter pugna intendebatur praeliumque. *Atque* alii quidem circa alias pugnam pugnabant naves; Hector vero contra Aiacem inceſſit gloriaſublimem. Hi itaque circa vnam nauem capiebant *bellicum* - laborem, neque poterant neque hic illum vi - abigere, et incendere igni naves, neque ille hunc repellere, poſtquam prope - admorat deus. Tunc filium Clytii Caletorem illuſtris Aiax ignem in nauem ferentem, ad pectus percuſſit haſta; fragorem vero edidit cadens, torrisque ei excidit manu. Hector autem, vt aduertit conſobrinum oculis *ſuis* in puluere procubuiſſe, nauem ante nigram,

Troianosque et Lycios adhortatus est, altum clamans:

„Troiani, et Lycii, et Dardani cominus pugnantes, ne qua iam recedatis a pugna in angustia hac: sed filium Clytii seruate, ne *ei* Achiui arma detrahant in certamine ad naues *humi* delapso."

Sic fatus, in Aiacem iaculatus est hasta fulgenti; ab eo quidem aberrauit; ac deinde Lycophronem, Mastoris filium, Aiacis famulum, Cytherium, qui cum illo habitabat, quoniam virum interfecerat Cytheris inclytis; hunc vtique percussit caput super aurem acuta hasta, stantem prope Aiacem; illeque supinus in puluere nauis a puppe humi decidit; solutaque sunt *ei* membra. Aiax autem exhorruit, fratremque allocutus est:

„Teucer dulcissime, sane nobis interfectus est fidus socius Mastoris filius; quem nos, Cytheris huc profectum, aeque - ac caros parentes honorabamus in aedibus; hunc autem Hector fortis occidit; vbinam iam tibi sagittae letiferae, et arcus, quem tibi dedit Phoebus Apollo?"

Sic dixit. Hic autem intellexit; currensque ei prope adstitit arcum tenens in manu resilientem, atque pharetram sagittiferam; perquam autem cito sagittas Troianis immittebat; et percussit Clitum Pisenoris illustrem filium, Polydamantis socium, praeclari Panthoi filii, fraena manibus tenentem. Hic quidem pugnabat inter currus; eo enim dirigebat, vbi multo

plurimae turbabantur phalanges, Hectori et Troianis gratificans; ſtatim vero ei venit malum, quod ab eo nemo arcuit, ardenti licet; ceruici enim eius a tergo luctuoſa incidit ſagitta. Decidit autem de curru, retroceſſeruntque eius equi, vacuum currum ſuccutientes - magno-cum - ſonitu. Rex vero ſenſit citiſſime Polydamas, et primus obuiam venit equis. *Atque* hos quidem ille Aſtynoo, Protiaonis filio, dedit; multisque *eum* hortabatur prope *ſe* vt teneret in conſpectu equos; ipſe autem rurſus profectus primis - pugnatoribus miſtus eſt. Teucer autem aliam ſagittam in Hectorem aere - armatum depromebat; et repreſſiſſet quidem *eum* a pugna prope naues Achiuorum, quandoquidem ei pugnanti fortiſſime ſagitta - aſſecutus eripuiſſet animam: ſed non latuit Iouis prudentem mentem, qui cuſtodiebat Hectorem, Teucrumque Telamonium gloria priuauit; qui *ſcilicet* ei, ſcite - tortum neruum in eximio arcu rupit, in *Hectorem* trahenti; detorquebatur autem ei alio ſagitta aere - grauis, arcusque ei excidit manu. Teucer vero cohorruit, fratremque allocutus eſt:

„Eheu, certe iam penitus pugnae conſilia praecidit deus noſtrae, qui mihi arcum excuſſit manu; neruum autem disrupit recens - tortum, quem ei illigaueram hodie - mane, vt ſuſtineret crebro exilientes ſagittas.“

Huic autem reſpondit deinde magnus Telamonius Aiax: „O amice, quin *tu* arcum quidem ſine, et crebras ſagittas iacere; quoniam

confregit deus, Danais inuidens; ſed manibus ſumta longa haſta, et ſcutum *ferens* humero, pugnaque *ipſe* in Troianos, et caeteras excita copias: ne ſine - labore ſaltem, victores licet, capiant naues bonis - transtris - inſtructas; ſed recordemur pugnae.“

Sic dixit. Ille vero arcum quidem in tentoriis repoſuit; ac circum humeros ſcutum ſibi cepit quadruplex, capitique forti galeam ſcite-factam impoſuit, equinis - ſetis - comantem; terribiliter autem *et* criſta deſuper nutabat; ſumſit autem *et* validam haſtam, praefixam acuto aere; perrexitque ire, admodumque celeriter currens Aiaci adſtitit. Hector autem, vt vidit Teucri inutiles - factas ſagittas; Troianosque et Lycios adhortatus eſt, altum clamans:

„Troiani et Lycii, et Dardani cominus-pugnantes, viri eſtote, amici, recordaminique ſtrenuae fortitudinis, naues ad cauas; iam enim vidi oculis viri primarii a Ioue inutiles-factas ſagittas. Admodum vtique facilis - agnitu Iouis hominibus eſt potentia, tum quibus gloriam ſuperiorem dederit, tum quos minuat, et nolit defendere: ſicut nunc Argiuorum minuit robur, nobisque auxiliatur. Sed pugnate ad naues conferti; qui autem veſtrum vulneratus eminus vel cominus, mortem et fatum aſſecutus fuerit, moriatur; non ei indecorum *erit* pugnanti pro patria mori; at vxorque ſalua *erit*, et filii in - poſterum, et domus, et patrimonium integrum, quando Achiui redierint cum nauibus dilectam in patriam terram.“

Sic fatus, excitauit robur et animum vniuscuiusque. Aiax vero vicissim ex - altera - parte hortatus est suos socios:

„*Proh* pudor, Argiui! nunc praestat, aut perire, aut viuere et auertere mala a nauibus. An speratis, si naues ceperit pugnam - expedite ciens Hector, pedibus *vos* peruenturos esse in suam patriam terram singulos? Annon incitantem auditis copias *suas* omnes Hectorem, qui iam ad naues incendendas animo - fertur - incitato? Non certe ad tripudium iubet ire, sed ad pugnam. Nobis itaque nulla hac *est* sententia, et *nullum* consilium melius, quam vt cominus conferamus manusque roburque. Melius *erit*, aut perisse semel, aut vitam - seruasse; quam per - longum - tempus paulatim - consumi in graui pugna, ita inultos, apud naues, a viris deterioribus.“

Sic fatus, incitauit robur et animum vniuscuiusque. Tunc Hector quidem interfecit Schedium, Perimedis filium, ducem Phocensium; Aiax autem interfecit Laodamantem, ductorem peditum, Antenoris clarum filium; Polydamas autem Otum Cyllenium interemit, Phylei filii, *(Megetis)* socium, magnanimorum ducem Epeorum: in *Polydamantem* vero Meges irruit, simul - ac - hoc - vidisset; at in - obliquum se declinauit Polydamas; et ab eo quidem aberrauit *Meges;* non enim Apollo sinebat Panthi filium inter primos pugnatores prosterni; at *Meges* Croesmi pectus medium vulnerauit hasta; fragoremque *is* edidit cadens, *Meges-*

que ei ab humeris arma detrahebat. Interea autem *Megeti* inſiliit Dolops, haſta - pugnandi peritus, Lampetides, quem Lampus genuit praeſtantiſſimus virorum Laomedontis filius, peritum ſtrenuae pugnae. Hic *Dolops* tunc Phylei filii (*Megetis*) medium ſcutum percuſſit haſta, cominus impetu - facto; denſus autem tuitus eſt thorax, quem vtique ferebat cauitates - firmiter - coniunctas - habentem; quem quondam Phyleus attulit ex Ephyre, fluuio a Selleente: hoſpes enim ei dederat rex virorum Euphetes, in pugnam ferendum, *aduerſus* hoſtes munimen: qui ei et tunc filii a corpore defendit perniciem. *Dolopi* autem, Meges galeae aereae equinis - ſetis denſae coni - baſin extremam percuſſit haſta acuta, abrupitque equinum conum eius; *ita vt* totus - *conus* humi deciderit in puluere, recens puniceo - colore fulgens.

Dum *hoc modo* Meges cum Dolope pugnabat praeſtans, et adhuc ſperabat victoriam, interim *Megeti* Menelaus Mauortius venit adiutor; ſtetitque *Dolopi* a - latere cum haſta, latens; percuſſitque humerum a tergo; cuſpis vero pectus transegit rapido - impetu - acta, vlterius tendens; is autem pronus prolapſus eſt. *Tum* illi quidem irruerunt, aerea arma ab humeris detracturi: Hector vero cognatos adhortabatur omnes valde; primum autem Hicetaonis filium increpabat fortem Melanippum. Is olim quidem flexipedes boues paſcebat in Percota, hoſtibus procul abſentibus; ſed, poſt-

quam Danaorum naues venerant vtrinque-remis-actae, reuerſus ad Ilium eſt, excellebatque inter Troianos; habitabatque iuxta Priamum; isque eum honorabat aeque ac filios. Hunc Hector *iam* increpabat, verbaque fecit, dixitque:

„Itane vero, Melanippe, remiſſe-agemus? nec vel tibi mouetur-cura tuum cor, *ob* conſobrinum occiſum? nonne vides, vt Dolopis circum arma *hi* occupentur? Sed ſequere; non enim amplius licet eminus cum Argiuis pugnare, priusquam vel occiderimus *eos*, vel *illi* a culmine Ilium excelſam ceperint, interfecerintque ciues."

Sic fatus, ipſe quidem praeibat; ille vero ſimul ſequebatur, deo-par vir. Argiuos autem excitabat magnus Telamonius Aiax:

„O amici, viri eſtote, et pudorem habete in animo; et alius alium verecundantes-obſeruate, per acres pugnas; verecundantium quippe virorum plures ſalui, quam occiſi ſunt; fugientium vero neque gloria exſurgit, nec vllum auxilium."

Sic dixit. Illi vero etiam per ſe ad arcendum *hoſtem* promto-erant-animo; mente autem reponebant dicta; muniebantque naues muro aheneo. In *eos* autem Iupiter Troianos excitabat. Antilochum autem impellebat pugna ſtrenuus Menelaus:

„Antiloche, nemo te iunior eſt alius Achiuorum, neque pedibus velocior, neque robuſtus, ſicut tu, ad pugnandum; *aggredere*, ſi

qua aliquem Troum exiliens virum percutere poſſis.“

Sic fatus, ipſe quidem rurſus receſſit, hunc autem incitauit. Exiliit igitur *Antilochus* extra primos - pugnatores, et iaculatus eſt haſta fulgenti, circum ſe ſpectans; Troiani autem receſſerunt, viro iaculante; is vero non irritum telum emiſit, ſed Hicetaonis filium animoſum Melanippum, euntem in pugnam percuſſit pectore ad papillam; fragorem vero edidit cadens, et ſonitum - dedere arma ſuper ipſo. Antilochus autem irruit, canis tanquam, qui in hinnulum vulneratum accurrit, quem e cubili exilientem venator aſſequutus eſt iaculando, ſoluitque membra: ſic in te, Melanippe, irruit Antilochus bellicoſus, arma detracturus. Sed non latuit Hectorem nobilem, qui ei obvius venit currens per praelium. Antilochus autem non manſit, impiger licet bellator; ſed is fugit quidem, ferae quae malum patrauit ſimilis, quae canem vbi - interfecerit, vel bubulcum circa boues, fugit, antequam multitudo congregetur virorum; ſic fugit Neſtoris filius; in eum vero Troianique et Hector, clamore cum ingenti, tela luctuoſa fundebant. Stetit tamen conuerſus, poſtquam venit ad agmen ſociorum. Troiani autem, leonibus ſimiles cruda - vorantibus, in naues ruebant; Iouisque perficiebant mandata; qui eis ſemper excitabat robur magnum, debilitabatque animos Arginorum, et gloriam auferebat; horum vero excitabat - animos. Hectori enim eius ani-

mus volebat gloriam praebere Priami filio, vt nauibus recuruis immane - ardentem ignem iniiceret indefeſſum; Thetidisque arduam ſupplicationem totam perficeret. Hoc enim expectabat prouidus Iupiter, nauis ardentis ſplendorem oculis vt - videret; ex illo enim *tempore* erat iterum - in - fugam a nauibus coniecturus Troianos, Danaisque gloriam praebiturus. Haec cogitans, naues in cauas ſuſcitabat Hectorem Priami filium, perquam ardentem per ſe. Furebat autem is, veluti cum Mars haſtam - vibrans, vel perniciosus ignis in montibus furit, profundae in denſis - receſſibus ſyluae; ſpumaque circum os oriebatur, eique oculi fulgebant toruis ſub ſuperciliis; circum autem caſſis horrendum tempora quaſſabatur pugnantis Hectoris; ipſe enim ei ab aethere erat auxiliator Iupiter, qui eum plures inter viros ſolum honorabat, gloriaque - extollebat; breuis enim aeui erat futurus; iam enim ei admouebat fatalem diem Pallas Minerua ſub Pelidae viribus. Et ſane volebat *Hector* perrumpere ordines virorum, tentans, quacunque plurimam turbam videret, et arma optima: ſed ne ſic quidem poterat perrumpere, valde licet ardens; ſuſtinebant enim quadratis - ordinibus conferti, veluti petra excelſa, magna, canum mare prope; quae ſuſtinet ſtridulorum ventorum vehementes incurſiones, vndasque ingentes, quae illiduntur in ipſam: ſic Danai Troianos ſuſtinebant firmiter, neque fugiebant. At *Hector* fulgens igne vndique, inſiliit in turbam; irruit autem, veluti

cum vnda velocem in nauem illiſerit impetuoſa e nubibus - ventis - aucta, *nauis* autem tota ſpuma cooperta eſt, ventique vehemens flatus in velo fremit; trepidantque animo nautae timentes; paruulo enim ſpatio a morte vehuntur: ſic ſcindebatur animus in pectoribus Achiuorum. At *Hector*, tanquam leo infeſtus bobus ſuperueniens, quae in irriguo - loco paludis magnae paſcuntur innumerae, interque eas *ſit* paſtor haud recte gnarus cum fera pugnare, camuris - cornibus - bouis circa caedem; atque hic quidem cum primis aut poſtremis bobus vsque ſimul - graditur, *leo* vero in medias irruens bouem vorat, caeteraeque omnes - territae - fugiunt: ſic tunc Achiui diuinitus in - fugam - coniecti - ſunt ab Hectore et Ioue patre omnes; *Hector* autem ſolum occidit Mycenaeum Periphetem, Coprei dilectum filium, qui *Copreus* Euryſthei regis nuntius ibat ad Herculem: hoc *vtique* genitus erat ex patre multo deteriore filius praeſtantior omnigenis virtutibus, et pedibus, (*velocitate curſus*) et pugnando; et prudentia *quoque* inter primos Mycenaeorum fuit: qui tunc Hectori gloriam ſuperiorem praebuit. Conuerſus enim retro, in ſcuti extrema - ora offendit, quod ipſe geſtabat, talare munimentum aduerſus - iacula: eo hic impeditus, cecidit ſupinus; caſſis autem terribiliter circum ſonuit circa tempora prolapſi. Hector autem cito animaduertit, currensque ei prope adſtitit, pectorique haſtam infixit, carosque ipſum prope ſocios interfecit. Illi

autem non poterant, triſtes licet ob ſocium, opitulari; ipſi enim valde timebant Hectorem nobilem; intra - ordines autem receſſerunt navium, circumque *eos* ſepſerunt extremae naves, quae propius *a mari* ſubductae erant; *hoſtes* autem certatim - inſequebantur. Argiui igitur a nauibus quidem receſſerunt prae neceſſitate prioribus; illic autem ad tentoria manſerunt conferti, nec diſſipabantur per caſtra: retinebat enim pudor et metus; perpetuo enim vociferantes - hortabantur inuicem. Neſtor autem maxime, Gerenius, cuſtos Achiuorum, obteſtabatur per parentes ſupplicans viro cuique:

„O amici, viri eſtote, et cum - pudore reveremini in animo alios homines; et recordamini quisque filiorum, et vxorum, et poſſeſſionis, et parentum, ſi cui viuunt, et ſi cui mortui ſunt. Hos per hic ego ſupplico, non praeſentes, vt - ſtetis fortiter; neque, *quaeſo*, vertamini in fugam.“

Sic fatus, accendit robur et animum cuiusque. Illis autem, ab oculis nubem caliginis ſubmouit Minerua diuinitus - immiſſam; valdeque ipſis lux coorta eſt vtrinque, et ex - parte nauium, et *ex parte* omnibus - aeque - grauis praelii. Hectorem autem conſpexerunt pugna ſtrenuum, et ſocios, tum quotquot a - tergo abſtiterant, neque pugnabant, tum quotquot ad naues pugnam pugnabant veloces. Neque vero amplius Aiaci magnanimo placuit mente ſtare, vbi alii conſiſtebant filii Achiuorum: ſed

hic nauium tabulata obibat, magnis - paſſibus gradiens, verſabatque contum magnum naualem in manibus, compactum clauis - ferreis, duorum - et - viginti - cubitorum. Vt vero, quum vir equis deſultoriis - vti peritus, qui, poſtquam ex multis quatuor ſelegit equos, agitans ex campo magnam ad vrbem incitat publicam per viam, multique eum admirantes - ſpectant viri et mulieres; ipſe autem firmiter ſine - lapſu aſſidue ſubſiliens, alias in alium alternat; illique *interim* volant; ſic Aiax multa velocium tabulata - excelſa - in - puppibus nauium obibat, magnis - paſſibus gradiens; voxque eius ad aethera perueniebat; ſemper enim terribiliter clamans Danaos hortabatur nauesque et tentoria defendere. At neque Hector manebat in Troianorum turba bene armatorum: ſed ſicut auium volucrium aquila fulua gentem inuadit, fluuium iuxta paſcentium, anſerum, vel gruum, vel cygnorum longa - colla - habentium: ſic Hector impetu ferebatur - recta in nauem prora - caeruleam, prorſum prorumpens; eumque Iupiter impellebat a tergo manu valde - magna, concitabatque populum vna - cum ipſo. Iterum vero acris pugna ad naues commiſſa eſt: dixiſſes certe indefeſſos et indefatigabiles, inter - ſe occurrere in praelio: tanto cum impetu pugnabant. Ac pugnantibus hic erat animus: Achiui quidem non putabant *ſe* euaſuros e clade, ſed perituros; Troianis autem credebat animus in pectoribus cuiusque, naues incenſuros eſſe *ſe*, occiſurosque heroas

Achiuos. *Atque* hi quidem his animis inſtabant ſibi inuicem.

Hector autem puppim nauis prehendit pontum transeuntis, pulcrae, velocis, quae Proteſilaum aduexerat ad Troiam, neque retro reduxit *eum* in patriam terram: huius vtique pro naue Achiuique Troianique occidebant alii - alios cominus. Neque ſane ii ſagittarum impetus eminus expectabant, neque iaculorum; ſed cominus ſtantes, vnum animum habentes, acutis iam ſecuribus et bipennibus pugnabant, et enſibus magnis, et haſtis vtrinque - acutis. Multi vero gladii pulcri, nigris - inditi - manubriis, capulis - magnis, alii quidem e manibus in - terram cadebant, alii vero ab humeris virorum pugnantium; fluebatque ſanguine terra nigra. Hector autem puppim - *nauis* poſtquam prehenderat, non dimittebat, ſummam - puppis partem manibus tenens; Troianis vero inclamabat:

„Ferte ignem, ſimulque et ipſi conferti excitate pugnam. Nunc nobis omnium Iupiter inſtar diem dedit; vt naues capiamus, quae huc diis inuitis profectae, nobis clades multas intulerunt, ignauia ſeniorum; qui me, volentem pugnare ad puppes nauium, ipſumque detinebant, inhibebantque exercitum. Verum, ſi tum laedebat mentes late - ſonans Iupiter noſtras, nunc ipſe impellit et iubet.“

Sic dixit. Illi autem inde acrius in Argiuos irruebant. Aiax autem non amplius ſuſtinebat, obruebatur enim telis; ſed recedebat paululum,

(veritus, *se* moriturum esse,) ad transtrum se-
ptem - pedale; liquit vero tabulata nauis vndique-
730 aequalis. Ibi ille stabat obseruans; hastaque
assidue Troianos arcebat a nauibus, quicun-
que ferret indefessum ignem; semperque hor-
rendum clamans, Danaos hortabatur:

„O amici, heroës Danai, famuli Martis;
viri estote, amici, recordaminique strenuae for-
735 titudinis. An aliquos putamus esse adiutores a
tergo? aut aliquem murum firmiorem, qui
viris perniciem arceat? Non quidem aliqua
prope est vrbs turribus munita, qua defenda-
mur, suis vicibus - succedentem exercitum haben-
tes: sed enim in Troianorum campo bene ar-
740 matorum, ponto admoti, longe sedemus a
patria terra; ideo in manibus salus, non in
remissione pugnae.“

Dixit, et furens insectabatur hasta acuta,
quicunque vtique Troianorum cauas ad naues
ferretur cum igne ardenti, *in* gratiam Hecto-
745 ris concitantis, hunc Aiax vulnerabat, exci-
piens acuta hasta; duodecim adeo ante naues
cominus feriit.

ILIADIS

LIBER XVI

Sic hi quidem de naui bonis - transtris - instructa pugnabant. Patroclus autem Achilli adstabat, pastori populorum, lacrymas calidas fundens, tanquam fons aquis - niger, qui vtique ab excelsa petra nigram fundit aquam. Hunc autem intuens miseratus est pedibus - celer nobilis Achilles, et ipsum compellans verbis alatis allocutus est:

„Curnam lacrymaris, Patrocle, tanquam puella paruula? quae cum matre currens, eam *se* - *brachiis* - suscipere flagitat, vestem apprehendens, et properantem detinet; lacrymabunda autem ipsam suspicit, vt *vlnis* - *se* - attollat: huic similis, Patrocle, rorantem lacrymam effundis. Anne aliquid Myrmidonibus nuntias, aut mihi ipsi? An aliquem nuntium ex Phthia audiuisti solus? Viuere sane adhuc aiunt Menoetium, Actoris filium; viuit et Aeaci filius Peleus inter Myrmidonas; quorum vtique valde alterutro tristaremur mortuo. An vero tu Argiuorum gratia luges, quod ita pereunt naues ad cauas, iniustitiam propter

ſuam? Eloquere; ne cela mehte; vt ſciamus ambo.

Hunc autem grauiter-ſuſpirans allocutus es, Patrocle eques: „O Achille, Pelei fili, multo fortiſſime Achiuorum, ne indigneris: tam-grauis enim dolor oppreſſit Achiuos. Illi enim iam omnes, quicunque ante erant fortiſſimi, in nauibus iacent eminus cominusque vulnerati. Eminus quidem ſauciatus eſt Tydei filius, fortis Diomedes; cominus vero Vlyſſes haſta-inclytus, atque Agamemnon: vulneratus etiam eſt Eurypylus in femore ſagitta. Atque hos quidem medici multis-medicamentis-vtentes curando-occupati ſunt, vulnera ſanantes: tu vero inexorabilis es, Achille. Ne me *vnquam* talis vtique ceperit ira, qualem tu ſeruas, in-malum-fortis! Quisnam a te alius iuuabitur poſthac, ſi non Argiuis *nunc* indignam perniciem propulſaueris? Immiſericors! non vtique tibi pater erat curru-pugnator Peleus, nec Thetis mater; caeruleum autem te peperit mare, excelſaeque petrae; quoniam tibi mens eſt ſaeua. Quod ſi aliquod mentibus tuis vaticinium vereris, et aliquod tibi a Ioue dixit veneranda mater: at me ſaltem mitte cito, ſimul caeteras copias praebe Myrmidonum, ſi forte lux, *ſalus*, Danais ſim. Da autem mihi humeris tua arma vt induam; ſi forte, me ob-ſimilitudinem-eſſe te credentes, abſtineant a pugna Troiani, reſpirentque Mauortii filii Achiuorum afflicti *iam:* exigua autem reſpiratio in bello *contingat.*

Facile vero integri defeſſos viros praelio repulerimus ad vrbem, a nauibus et tentoriis.“

Sic dixit ſupplicans, valde demens; certe enim erat ſibi ipſi mortemque malam, et fatum rogaturus. Illum autem grauiter gemens allocutus eſt pedibus velox Achilles:

„Hei mihi, nobiliſſime Patrocle, quid dixiſti! Neque vaticinium vllum vereor, quod audiuerim; neque quidquam mihi a Ioue dixit veneranda mater; ſed hic grauis dolor cor et animum occupat, quando aequalem quis voluerit priuare - *portione* - *ſua*, et praemium rurſus auferre *is*, qui potentia antecellit. Grauis dolor hic mihi eſt: poſtquam perpeſſus ſum aerumnas animo, puellam, quam quidem mihi praemium *pro illis aerumnis* elegerant filii Achivorum, haſtaque mea paraueram, vrbe bene - munita euerſa: hanc rurſus e manibus eripuit rex Agamemnon Atrei filius, tanquam ab aliquo honorum - exſorte inquilino. Sed haec quidem ante - acta - eſſe ſinamus. Neque ſane fas erat perpetuo iratum eſſe animo. Vtique ſtatueram equidem, non prius iram *me* cohibiturum, quam cum iam ad naues meas perueniſſet clamorque, pugnaque. Tu tamen humeris quidem mea inclyta arma indue, et dux eſto Myrmidonibus bellicoſis ad pugnam; ſiquidem nigra Troianorum nubes circumdedit naues praeualide; at littore maris concluſi ſunt, loci paruam deinceps portionem habentes, Argiui; Troianorum autem ciuitas tota ingruit, fiduciae plena. Non enim meae galeae vident

frontem prope ſplendentis. Cito certe fugientes foſſas - campeſtres impleuiſſent cadaueribus, ſi in me rex Agamemnon aequo animo fuiſſet; nunc vero exercitum occluſum - oppugnant. Non enim Tydei filii Diomedis in manibus furit haſta, a Danais mortem vt - arcere - poſſit; neque dum Atrei filii vocem audiui clamantis, inimico ex capite; ſed Hectoris homicidae *vox*, Troianis adhortantis, reſonat; illi autem cum clamore totum campum obtinent praelio vincentes Achiuos. Sed et ſic, Patrocle, a nauibus peſtem propulſans irrue ſtrenue; ne iam igne ardenti naues incendant, dulcemque reditum praecidant. Pareto autem, ſicut tibi ego ſermonis ſummam in animo repoſuero: quo mihi honorem magnum et gloriam referas ab omnibus Danais; et illi perpulcram puellam abductam reddant, inſuperque ſplendida dona praebeant. A nauibus vbi - hoſtem - repuleris, reuertere. Quod ſi tibi dederit gloriam conſequi altitonans maritus Iunonis: ne tu ſine me ſis - cupidus pugnandi cum Troianis bellicoſis; inhonoratiorem quippe me reddes. Neue exultans praelio et pugna, Troianos occidens, ad Jlium vsque *tuos milites* ducas: nequis ab Olympo deorum ſempiternorum *aduerſus te* deſcendat; valde hos vtique diligit longe - iaculans Apollo. Sed reuertaris, poſtquam ſalutem nauibus dederis, illosque ſine per campum praelio - certare. Vtinam enim, Iupiterque pater, et Minerua, et Apollo, neu quis Troianorum mortem effugiat, quam

multi ſunt, neue quis Argiuorum; nobis vero duobus effugere perniciem *contingat:* vt ſoli Troiae ſacra moenia diruamus.„

Sic hi quidem talia inter ſe loquebantur. Aiax vero non amplius permanebat; obruebatur enim telis; domabat eum *nempe* Iouisque conſilium et Troiani feroces, iaculantes: terribilem autem circa tempora fulgens galea percuſſa ſonitum edebat: percutiebatur quippe aſſidue ad clauos - callidis affabre - factos: ille vero ſiniſtro humero delaſſabatur, firmiter vsque tenendo ſcutum verſatile; neque - tamen poterant vndique illum loco - mouere, vrgentes telis; iugiter autem graui tenebatur anhelitu; eique ſudor vndique ex membris multus defluebat, neque omnino poterat reſpirare; ex omni - parte enim malo opprimebatur.

Dicite nunc mihi, Muſae, coeleſtes domos tenentes, quomodo primo ignis inciderit nauibus Achiuorum.

Hector Aiacis haſtam fraxineam prope adſtans percuſſit enſe magno, cuſpidis ad commiſſuram cum - ligno retro; penitusque amputauit. *Ac tum* quidem Telamonius Aiax vibrabat fruſtra in manu mutilum haſtile; procul autem ab ipſo cuſpis aerea humi reſonuit cadens. Agnouit vero Aiax animo egregio, exhorruitque acta deorum; quod penitus belli conſilia praecidat Iupiter altitonans, Troianisque *tum* deſtinet victoriam; receſſit itaque extra tela. Illi vero iniecerunt indefeſſum ignem naui veloci; per hanc autem ſtatim inextinguibilis

diffusa est flamma. Sic quidem puppim ignis circum-dedit. At Achilles femora percutiens, Patroclum allocutus est:

„Propera, nobilissime Patrocle, eques, video vtique apud naues, ignis hostilis impetum: ne iam naues capiant, et non posthac facultas fugiendi sit; induere arma ocyus, ego autem copias congregabo.“

Sic dixit. Patroclus autem armabat se corusco aëre. Ocreas quidem primum circa tibias posuit pulcras, argenteis fibulis apte-iunctas; deinde thoracem circa pectora induebat, varium, stellatum, pedibus-velocis Aeacidae; circa humeros autem suspendit ensem argenteis-clauis-distinctum, aereum, ac deinde scutum magnumque solidumque; capiti vero forti galeam affabre-factam imposuit, setis-equinis-comantem; horrendumque crista desuper nutabat. Sumsit porro validas hastas, quae eius manibus quadrabant: hastam vero non sumsit vnicam eximii Aeaci filii, grauem, magnam, validam; quam quidem non potuit alius Achiuorum vibrare; sed ipsam solus norat vibrare Achilles; Peliacam fraxinum, quam patri eius dederat Chiron Pelii ex vertice *caesam*, caedem futuram heroïbus. Equos autem Automedontem confestim iungere iussit: quem, post Achillem hostium-agmina-perrumpentem, honorabat maxime; fidelissimus enim ei erat in pugna, ad expectandum hortatum: *ad excipienda iussa Achillis.* Itaque Automedon iunxit sub iugum veloces equos, Xanthum et Balium, qui cursu-ven-

tis - aequo volabant; hos peperit Zephyro vento Harpyia Podarge, paſcens *in* prato iuxta fluentum Oceani. Loro autem exteriore eximium Pedaſum iunxit, quem quondam Eëtionis capta vrbe abduxit Achilles; qui *equus* licet mortalis, ſimul - ibat cum equis immortalibus. Myrmidones autem obiens armabat Achilles, omnes per tentoria cum armis; illi vero, lupi tanquam carniuori, quibus in praecordiis immenſum robur eſt, qui ceruum cornutum magnum *in* montibus interfectum laniantes - vorant; omnibusque maxilla ſanguine *ſit* rubra; tumque gregatim vadunt, e fonte aquis - nigro hauſturi linguis tenuibus nigram aquam ſummam, eructantes glutitum ſanguinem; animus vero pectoribus intrepidus ineſt, diſtenditurque venter: tales Myrmidonum ductores, atque principes, circum ſtrenuum famulum velocis filii 'Aeaci magnis - ibant - animis. Inter eos autem Mauortius ſtabat Achilles, adhortationibus - vrgens equosque et viros clypeatos.

Quinquaginta erant naues veloces, quibus Achilles ad Troiam copias - duxerat Ioui carus; in ſingulis autem quinquaginta erant viri ad tranſtra ſocii. Quinque autem duces fecerat, quibus confiſus erat, vt ii praeeſſent; ipſe vero ſummam tenens - poteſtatem imperabat. Vnius quidem agminis dux - erat Meneſthius vario - thorace - ornatus, filius Sperchii, a Ioue-fluentis fluuii; quem peperit Pelei filia, pulcra Polydora, *reuera* Sperchio indefeſſo,

mulier deo concubitu - miſta; ſed, nominemus, Boro, Perieris filio, qui palam *eam* vxorem - duxerat, datis immenſis *donis* ſponſalibus. *Agminis* autem ſecundi Eudorus Mauortius dux - erat clam - ſuſceptus, quem peperit choreis - ducendis - inclyta Polymela, Phylantis filia: hanc *nempe* potens Argicida adamavit, oculis conſpicatus, inter tripudiantes - cum - cantu, in choro Dianae aureo - arcu - inſignis, tumultuum - venaticorum - amantis; ſtatim vero in ſuperiora - domus aſcendens, concubuit *cum ea* clam Mercurius pacificus; peperitque *haec* ei illuſtrem filium Eudorum, egregium et curſus - celeritate, et pugna. Porro, poſtquam hunc partuum praeſes Jlithyia eduxerat in lucem, et ſolis *ille* vidit iubar, illam quidem Echeclei fortis vis Actoris filii duxit domum, quum dediſſet innumera dona ſponſalia; hunc autem ſenex Phylas magna - cum - cura nutriuit et educauit, vehementi - amore - proſequens tanquam ſuus *ipſius* filius foret. Tertii autem *agminis* Piſander Mauortius dux - erat Maemali filius, qui inter omnes excellebat Myrmidones, haſta pugnando, poſt Pelei filii ſocium. Quarto autem praeerat ſenex equûm - agitator Phoenix. Quinto demum Alcimedon, Laërcei filius eximius. Tum poſtquam omnes cum ducibus Achilles collocauerat bene ordinatos, acria vtique mandata dedit:

„Myrmidones, ne quis mihi minarum obliviſcatur, quas in nauibus velocibus minabamini Troianis, toto tempore irae; et me ac-

cuſabatis vnusquisque, *hoc modo:* Dure, Pelei fili, bili certe te nutriuit mater; immitis, qui apud naues tenes inuitos ſocios: domum ſaltem cum nauibus reuertamur pontum transeuntibus, retro; ſiquidem tibi adeo perniciosa ira incidit animo. Haec mihi, congregati, frequenter dicebatis; nunc vero apparet praelii committendi magnum opus, cuius antea quidem cupidi - eratis; ibi aliquis, forte pectus habens, contra Troianos pugnet.“

Sic fatus, excitauit robur et animum vniuscuiusque. Magis itaque cateruae addenſatae ſunt, vt regem audierunt. Vt vero, quando parietem vir coagmentet apto - iunctis lapidibus domus altae, impetus ventorum vitans; ſic arcte - iunctae - erant galeaeque et clypei vmbonibus - muniti; clypeus nempe clypeum fulciebat, galea galeam, virum vir; ſeque - inuicem - contingebant ſetis - equinis - comantes galeae ſplendentibus conis nutantium: adeo denſi ſtabant inter - ſe. Omnes autem ante, duo viri armabantur, Patroclusque et Automedon, vnum animum habentes, in - prima acie Myrmidonum pugnare. Sed Achilles perrexit ire in tentorium; arcaeque operculum aperuit pulcrae, affabre - factae, quam ei Thetis pedes - argentea impoſuit naui vehendam, quum bene - impleſſet tunicis, chlaenisque ventum - arcentibus, villoſisque tapetibus. Inibi autem ei poculum erat elaborate - factum; neque quis alius neque virorum bibebat ex eo nigrum vinum, neque cui libabat deorum, niſi Ioui

patri. Hoc vtique tunc ex arca ſumtum purgauit ſulphure primum, poſtea autem lauit aquae puro liquore; lauitque ipſe ſibi manus, hauſitque nigrum vinum. Precabatur deinde ſtans medio in ſepto, libauitque vinum, caelum ſuſpiciens; Iouemque non latuit fulmine-gaudentem:

„Iupiter rex, Dodonaee, Pelasgice, procul habitans, Dodonae praeſidens hyberno - frigore - infeſtae; circum autem Selli tui habitant vates, pedibus - illotis, humi cubantes; certe quidem iam olim meum ſermonem exaudiſti precantis, honoraſti quidem me, valdeque laeſiſti populum Achiuorum: itaque adhuc etiam nunc mihi hoc perfice votum. Ipſe quidem enim ego manebo nauium in coetu; ſed ſocium mitto, multis cum Myrmidonibus, ad-pugnam: cum hoc vna victoriam praemitte, late - ſonans Iupiter. Confirma autem ei cor in praecordiis; vt et Hector intelligat, num, etiam ſolus - *cum - ſit*, ſciat pugnare noſter famulus; an ei tunc *tantum* manus inuictae inſaniant, quando ego iero ad pugnam Martis. Ac poſtquam a nauibus praelium clamoremque repulerit, incolumis mihi poſtea veloces ad naues redeat, armisque cum omnibus, et cominus - pugnantibus ſociis.“

Sic dixit precans: hunc autem audiuit Iupiter; eique alterum quidem dedit pater, alterum vero abnuit. A nauibus quidem ei repellere praeliumque pugnamque dedit; ſaluum autem *Patroclum* abnuit e pugna reuerti. *At-*

que hic quidem, vbi *ita* libaratque et ſupplicauerat Ioui patri, rurſus tentorium ingreſſus eſt, poculumque repoſuit in arca. Stetit autem egreſſus pro tentorio; adhuc enim voluit animo ſpectare Troianorum et Achiuorum pugnam grauem.

Illi vero cum Patroclo magnanimo armati ordine-ibant, donec in Troianos magnis cum-animis irruerunt. Protinus autem veſpis ſimiles effundebantur in-via habitantibus, quas pueri irritant de-more, aſſidue vexantes, in via domicilia habentes, inſipientes; commune autem malum multis faciunt; has porro ſi aliquis praeteriens homo viator mouerit inſciens, ipſae continuo animoſum cor habentes, vltro quaeque prouolat, et defendit ſuos fetus. Harum tunc Myrmidones cor et animum habentes, ex nauibus fundebantur; clamor autem immenſus ortus eſt. Patroclus vero ſocios hortabatur altum clamans:

„Myrmidones, ſocii Pelidae Achillis, viri eſtote, amici; recordaminique ſtrenuae fortitudinis; vt Pelei filium honoremus, qui longe fortiſſimus *eſt* Argiuorum apud naues, et cominus-pugnantes famuli; cognoſcat autem et Atrei filius, late-dominans Agamemnon, ſuam noxam, quod fortiſſimum Achiuorum nihil honorauit.“

Sic fatus, excitauit robur et animum vniuscuiusque. Irruerunt itaque in Troianos conferti; circum autem naues terribiliter reſonarunt, clamantibus ab Achiuis. Troiani autem, vt

viderunt Menoetii fortem filium, ipſum, et famulum, cum armis coruſcantes: omnibus commotus eſt animus, inclinataeque ſunt phalanges, exiſtimantes apud naues velocem Pelei filium iram quidem abieciſſe, in gratiam vero rediiſſe. Circumſpectabat igitur vnusquisque, qua effugere - poſſet grauem perniciem.

Patroclus autem primus iaculatus eſt haſta fulgenti, recta in medium, vbi plurimi tumultuabantur, nauis ad puppim magnanimi Proteſilai, et percuſſit Pyraechmen, qui Paeonas equeſtres - bellatores duxit ex Amydone, ab Axio late fluente; hunc percuſſit dextrum humerum; is autem ſupinus in puluere concidit edito - gemitu; ſocii autem circa ipſum in fugam - coniecti - ſunt Paeones. Patroclus enim terrorem immiſerat omnibus, ductore occiſo, qui praeſtantiſſimus erat in pugna. A nauibus igitur *eos* repulit, extinxitque ardentem ignem. Semiuſta autem nauis relicta eſt illic. In fugam vero verſi ſunt Troiani, immani cum tumultu; Danai autem effundebantur naves per cauas; tumultusque vehemens factus eſt. Vt vero, cum a ſummo vertice montis magni dimouerit denſam nubem fulgurator Iupiter, continuoque apparent omnes ſpeculae et cacumina prominentia, et ſaltus, coelitusque adaperitur immenſa aethra: ſic Danai, a nauibus quidem depulſo hoſtili igne, paululum reſpirarunt; pugnae tamen non erat ceſſatio. Nondum enim prorſus Troiani bellicoſis ab Achiuis verſis vbique - tergis fugabantur nigris a nauibus;

ſed adhuc reſiſtebant, atque a nauibus recedebant neceſſitate. Tum vero vir interfecit virum, diffuſa-late pugna, ducum. Primus vtique Menoetii-fortis filius ſtatim auerſi Areïlyci percuſſit femur haſta acuta, penitusque aes transegit; fregit autem os haſta; is vero, pronus in terram decidit. Item Menelaus Mauortius vulnerauit Thoantem, pectore nudatum iuxta ſcutum; ſoluitque membra. Phylei filius autem Amphiclum irruentem obſeruans, prior aſſecutus percuſſit extremum crus, vbi craſſiſſima ſura hominis eſt; circumque haſtae cuſpide nerui diſciſſi ſunt; eum vero tenebrae oculos cooperuerunt. Neſtoris autem filii, alter quidem vulnerauit Atymnium acuta haſta, Antilochus, perque ile traiecit aeream haſtam; cecidit igitur ille ante *Antilochi* pedes. Maris autem cominus haſta in Antilochum irruebat, ob fratrem iratus, ſtans ante cadauer. Eum vero deo-par Thraſymedes prior eſt aſſecutus, antequam *is Antilochum* vulneraret; nec aberrauit, *ſed vulnerauit eum* ad humerum protinus; extremum autem brachium haſtae cuſpis amputauit a muſculis et os penitus abſcidit. Fragorem igitur edidit cadens, et caligo *ei* oculos cooperuit. Sic illi quidem duo duobus a fratribus domiti iuerunt ad Erebum, Sarpedonis fortes ſocii, filii iaculatores Amiſodari; qui Chimaeram nutriuit inſuperabilem, multis perniciem hominibus.

Aiax vero Cleobulum Oïlei filius impetu-facto viuum cepit, impeditum in turba; ſed

ei ibi - ſtatim ſoluit robur, percutiens enſe ceruicem capulum - magnum - habente. Totus autem incaluit enſis ſanguine; at illi oculos occupauit purpurea mors, et ſatum violentum.

Peneleus autem Lyconque concurrerunt; haſtis enim aberrarant a ſe inuicem, et incaſſum iaculati erant ambo; hi igitur rurſus enſibus concurrerunt. Tunc Lycon quidem ſetis equinis - criſtatae galeae conum percuſſit, et iuxta capulum enſis fractus eſt; at *ei* ſub aure ceruicem percuſſit Peneleus, totusque immerſus eſt enſis; retinebat autem ſola cutis; pendebatque *ab ea* caput; ſolutaque ſunt *eius* membra.

Meriones autem Acamantem, aſſecutus pedibus velocibus, percuſſit, currum conſcendentem, ad dextrum humerum; ceciditque *is* ex curru, oculisque offuſa eſt caligo.

Idomeneus autem Erymantem in os ſaeuo aere percuſſit; atque in aduerſum haſta aerea pertranſiit ſubtus ſub cerebro; diffiditque oſſa alba; excuſſi vero ſunt dentes; impletique ſunt ei ambo ſanguine oculi; quem et per os *quoque* et per nares efflauit aperto - ore; mortis autem nigra *eum* nubes obtexit. *Atque* hi quidem ductores Danaorum, interfecerunt virum ſinguli.

Vt vero lupi agnis vehementi - impetu - irruunt, vel hoedis, exitiabiles, e gregibus ſurripientes, qui in montibus paſtoris ſtultitia diſperſi ſunt; hi autem conſpicati, ſtatim diſcerpunt imbellem animum habentes: ſic Danaï

Troianis vehementi - impetu - irruebant; illi autem fugae horriſonae meminerunt, oblitique ſunt ſtrenuae fortitudinis.

Aiax vero ille magnus ſemper in Hectorem aere - armatum cupiebat iaculari; is autem ſcientia bellandi, clypeo taurino coopertus latos humeros, obſeruabat ſagittarumque ſtridorem, et ſonitum iaculorum. *Ac* certe quidem iam videbat pugnae alio - inclinatam victoriam; ſed et ſic manebat, ſeruabatque caros ſocios.

Vt vero quando ab Olympo nubes vadit in coelis, aetherem poſt ſerenum, cum Iupiter nimbos - procelloſos inducit; ſic horum, a nauibus *fugientium*, factus eſt clamorque fugaque; neque ſine foeda - clade *foſſam* transibant rurſus: Hectorem autem equi efferebant veloces cum armis; deſeruitque is populum Troianum, quos inuitos profunda foſſa coërcebat. Multi vero in foſſa trahentes - currum veloces equi, fractos ad ſummum temonem liquerunt currus regum. Patroclus autem inſequebatur, vehementer Danaos adhortans, Troianis mala cogitans. Hi autem clamoreque fugaque omnes implebant vias, poſtquam diſſipati ſunt; in altum autem procella *pulueris* ſpargebatur ſub nubes; perniciterque currebant ſolidi - vngulis equi retro ad vrbem, a nauibus et tentoriis. Patroclus vero, qua plurimum turbatas videbat copias, ea vtique dirigebat *equos*, minaciter-clamans; ſub axibus autem viri cadebant proni de curribus, currusque cum - fragore - euer-

tebantur. E regione autem foſſam tranſilierunt veloces equi, immortales, quos Peleo dii dederant praeclara dona, prorſum pergere-cupientes; in Hectorem autem inſtigabat *eum* animus; cupiebat enim ferire: illum vero extulerunt veloces equi.

Vt vero a nimbo-procelloſo tota nigra obruta-grauatur terra tempore autumnali, cum rapidiſſimum fundit imbrem Iupiter; quando vtique hominibus iratus ſaeuit, qui vi in foro peruerſa exercent iudicia, iuſtitiamque expellunt, deorum vltionem nihil verentes; horumque omnes quidem fluuii inundant fluentes, multasque montium-deuexitates tunc abſcindunt torrentes, et in mare purpureum valde ſtrepunt fluentes ex montibus in praeceps; corrumpunturque opera hominum: ſic equae Troianae valde ingemiſcebant currentes. Patroclus autem, poſtquam primas intercidiſſet phalangas, rurſus ad naues coërcitos-egit retrorſum, neque ad vrbem ſinebat cupientes aſcendere, ſed inter naues et fluuium et moenia ſublimia occidebat rapide-inſequens, multorumque exigebat vltionem. Tunc quidem Pronoum primum percuſſit haſta fulgenti, pectore nudatum iuxta clypeum; ſoluitque membra; fragorem vero *is* edidit cadens. *Patroclus* autem Theſtorem, Enopis filium, iterum impetu-facto, (qui quidem eleganter-polita in ſella ſedebat contractus; perculſus enim erat animo, ex manibusque habenae defluxerant; *Patroclus* autem *eum*) percuſſit cominus malam

dextram, perque eius tranſegit dentes; traxit autem *eum* haſta leuatum ſuper orbile - ad - ſellam - currus fixum; veluti cum vir ſcopulo in prominenti ſedens, ſacrum piſcem ex ponto foras lino et ſplendido aere: ſic *hunc* traxit e curru hiantem *Patroclus* haſta fulgenti; inque os *demum* proiecit; lapſumque ipſum liquit anima. Tum deinde Eryalum irruentem percuſſit *Patroclus* ſaxo, medio in capite; illudque in duas - partes totum diffiſſum eſt in caſſide valida; is itaque pronus in terram decidit; ipſumque mors circumfuſa eſt exitialis. Ac poſtea Erymantem, et Amphoterum, et Epaltem, Tlepolemumque Damaſtoris filium, Echiumque, Pyremque, Ipheumque, Euïppumque, et Argeae filium, Polymelum, omnes alium - ſuper - alium deiecit in terram almam.

Sarpedon autem, poſtquam vidit diſcinctos ſocios manibus Patrocli, Menoetii filii, domitos, adhortatus eſt eximios increpans Lycios:

„*Proh* pudor, o Lycii, quo fugitis? nunc ſtrenui eſtote; occurram enim huic viro, vt intelligam, quisnam iſte victor - graſſetur; vtique iam malis multis affecit Troianos; quippe multorumque et fortium genua ſoluit.“

Dixit, et de curru cum armis deſiliit in terram. Patroclus vero altera - ex parte, vt vidit, deſiliit de curru. Hi autem, ſicut vultures duo, vnguibus - aduncis, roſtris - curuis, petra ſuper excelſa ingentem clangorem - edentes pugnant: ſic ei, clamantes, alter in alterum

irruerunt. Hos autem intuitus, miſertus eſt Saturni filius verſuti, Iunonemque allocutus eſt ſororem vxoremque:

„Hei mihi, cum mihi Sarpedonem, cariſſimum hominum, in fatis *ſit* a Patroclo Menoetii filio domari. Bifariam autem animus mihi fertur, in praecordiis verſanti, vtrumne ipſum viuum pugna e lacrymoſa ponam abreptum Lyciae in opulento populo, an iam ſub manibus Menoetii filii necandum-dabo."

Huic autem reſpondit deinde magnis-oculis veneranda Iuno: „Importuniſſime Saturnie, quale verbum dixiſti? Virumne mortalem, iam-olim deſtinatum fato, nunc vis a morte triſti liberare? fac; at non tibi omnes aſſentiemur dii caeteri. Aliud autem tibi dicam, tu vero animo reconde tuo; ſi viuum dimiſeris Sarpedonem ſuam ad domum, perpende, ne quis poſthac deorum velit et alius abducendum-curare ſuum carum filium ex aſpero praelio. Multi enim circum vrbem magnam Priami pugnant filii immortalium, quibus iram grauem iniicies. Sed, ſi *hic* tibi dilectus eſt, tuumque *vicem eius* miſeratur cor, eum quidem ſinito in aſpera pugna manibus ſub Patrocli, Menoetii filii, domari; at poſtquam iam eum reliquerit animaque et vita, mitte eum vt Mors ferat, et ſuauis Somnus, donec Lyciae latae ad populum peruenerint; ibi ei exequias-facient fratresque, amicique, *cum* tumuloque, cippoque: hic enim honor eſt mortuorum."

Sic dixit; neque non - obſecutus - eſt pater hominumque deûmque; cruentas autem guttas demiſit in terram, filium dilectum honorans, quem ei Patroclus erat interemturus in Troia gleboſa, procul a patria.

Hi autem cum iam prope erant alter - in - alterum irruentes, tum Patroclus quidem inclytum Thraſymelum, qui ſtrenuus famulus Sarpedonis erat regis, hunc *(inquam)* percuſſit imum ad ventrem; ſoluitque membra. Sarpedon vero a *Patroclo* quidem aberrauit haſta fulgenti, ſecundus impetum faciens; at Pedaſum vulnerauit equum haſta dextrum *in* humerum; is autem gemuit animam expirans; deciditque in puluere eiulans, auolauitque anima. Duo autem *reliqui equi* diſſultabant; crepuitque iugum, habenaeque ipſis confundebantur, quoniam iacebat equus - exterioris lori in puluere. *Ac* huius - rei quidem Automedon haſta,- inclytus inuenit finem; educto *nempe* longo enſe robuſto a femore, inſurgens abſcidit equum *iſtum* funalem; neque ſegniter - egit. Itaque *bini equi iterum* apte - compoſiti - ſtabant, inque habenis directi erant; *Patroclus* vero *et Sarpedon* rurſus congreſſi - ſunt pugna in exitioſa.

Tum Sarpedon quidem aberrauit haſta fulgenti, Patroclique ſupra humerum ſiniſtrum abiit cuſpis haſtae, neque percuſſit ipſum; poſterior autem irruit aere Patroclus; huius autem non irritum telum effugit manu, ſed percuſſit, vbi vtique praecordia complectuntur denſum cor. Cecidit autem, ſicut quando ali-

qua quercus cadit, vel populus, vel pinus alta, quam in montibus fabri exciderunt ſecuribus recens-exacutis, nauale-lignum vt ſit: ſic ille ante equos et currum iacebat porrectus, dentibus-frendens, puluere manibus-prehenſo ſanguinolento. Veluti taurum interficit leo armento ſuperueniens, fuluum, magnanimum inter flexipedes boues, peritque *is* gemens ſub maxillis leonis; ſic a Patroclo Lyciorum ductor clypeatorum interfectus indignante-anima-gemebat, carumque nomine vocabat ſocium:

„Glauce cariſſime, bellator inter viros, nunc te admodum oportet pugnacemque eſſe, et audacem bellatorem. Nunc tibi cordi-ſit pugna grauis, ſi praelio-impiger es. Primum quidem adhortare Lyciorum ductores viros, quaquauerſum obiens, pro Sarpedone vt praelientur; quin deinceps et ipſe ſuper me pugnes aere. Tibi enim ego etiam poſthac pudor et opprobrium ero dies omnes perpetuo, ſi quidem mihi Achiui arma detraxerint, in hoc ad naues certamine interfecto. Verum capeſſe *pugnam* ſtrenue, adhortareque copias omnes."

Sic ipſum locutum finis mortis texit, oculos, naresque; *Patroclus* autem, calce pectoribus impreſſo, e corpore traxit haſtam, praecordiaque ipſam *adhaerentia* ſequebantur; eiusque ſimul animamque et haſtae euulſit cuſpidem. Myrmidones autem illic detinuerunt *eius* equos anhelantes, cupientes fugere, poſtquam reliquerant currus-dominorum *ſuorum*.

Glauco vero grauis dolor ortus eſt vocem *amici* audienti: commotum autem eſt ei cor, quod non poſſet opem ferre. Manu autem prehendens *eum* ſtringebat *ſibi* brachium; affligebat enim eum grauiter vulnus, quod iam ei Teucer irruenti inflixerat ſagitta, e muro excelſo malum a ſociis propulſans. Precans autem dixit longe - iaculanti Apollini:

„Exaudi, rex, qui alicubi Lyciae in opulento populo es, vel in Troia: potes autem tu vndecunque auſcultare viro dolenti, ſicut nunc me dolor inuadit. Vulnus enim habeo hoc graue, vndique autem mihi manus acutis doloribus transfixa eſt, neque mihi ſanguis ſiccari poteſt; grauatur autem mihi humerus per ipſum; haſtam autem non poſſum ſuſtinere firmiter, neque pugnare congreſſus cum hoſtibus. Vir autem fortiſſimus periit, Sarpedon, Iouis filius; ille vero ne ſuo quidem filio opem fert. Sed tu ſaltem mihi, rex, huic graui vulneri medere; ſopi autem dolores, praebeque vires; vt ſocios adhortans Lycios excitem ad pugnandum; ipſeque de cadauere mortuo pugnem.“

Sic dixit precans; hunc autem exaudiuit Phoebus Apollo; ſtatim ſedauit dolores, et a vulnere graui ſanguinem atrum ſiccauit, fortitudinemque immiſit animo. Glaucus autem agnouit ſua mente, laetatusque eſt, quod ſe cito exaudiuerat magnus deus precatum. Primum quidem excitauit Lyciorum ductores viros, quaquauerſum obiens, *vt* ſuper Sarpedone prae-

liarentur. Deinde vero Troas arceſſitum ibat, magnis - paſſibus gradiens, Polydamantem ad Panthoi filium et Agenorem nobilem; arceſſitum etiam iuit Aeneamque et Hectorem aere - armatum, prope autem ſtans verbis alatis allocutus eſt:

„Hector, nunc iam omnino oblitus es ſociorum, qui te propter, procul ab amicis, et patria terra, animam deperdunt; tu vero non vis malum propulſare. Iacet Sarpedon, Lyciorum ductor clypeatorum, qui Lyciam tuebatur iusque dicendo et virtute ſua: hunc vtique ſub Patroclo domuit haſta aereus Mars. Sed, amici, adeſte, indignamini que animo, ne arma abstulerint, indignisque modis acceperint mortuum Myrmidones, de Danais irati, quotquot perierunt, quos apud naues veloces interfecimus haſtis.“

Sic dixit. Troianos vero prorſus occupauit dolor intolerabilis, cedere - neſcius; quippe ipſis columen vrbis erat, alienigena licet; multae enim illum copiae ſequebantur, inter quas ipſe fortiſſimus erat in pugna. Ibant autem recta in Danaos ardentes; praeibatque ipſis Hector, iratus de Sarpedone. At Achiuos concitabat *ad certamen* Menoetii filii, Patrocli, animoſum cor; Aiaces primos allocutus eſt, animis - incitatos etiam per ſe:

„Aiaces, iam vobis hoſtes propulſare cordi ſit, quales quidem antea eratis inter viros, vel et fortiores. Iacet vir, qui primus inſiliit in murum Achiuorum, Sarpedon; ſed *experia-*

mur an ipſum contumelia - afficere potuerimus *ab Achiuis* abstractum, armaque ab humeris auferre, et aliquem ſociorum ab eo *nos* propulſantium proſternere ſaeuo aere.“

Sic dixit. Hi vero etiam per - ſe *hoſtes* arcere promtis - erant - animis. Poſtquam autem vtrinque firmarant phalangas, Troiani et Lycii, et Myrmidones et Achiui; concurrerunt ſuper cadauere mortuo pugnaturi, horrendum clamantes; ingenti autem fragore ſonuerunt arma virorum. Iupiter vero noctem perniciosam extendit ſuper aſpera pugna, vt dilecto de filio pugnae perniciosus labor eſſet. Mouerunt autem loco priores Troiani nigros - oculis Achiuos: percuſſus enim erat nequaquam ignauiſſimus vir inter Myrmidones, filius Agaclei magnanimi, nobilis Epigeus, qui in Budio bene - habitato imperabat antea; ſed tunc ſtrenuum conſobrinum cum occidiſſet, ad Peleum venit - ſupplex, et ad Thetin argenteis - pedibus - decoram: hi autem vna cum Achille hoſtium - agmina - perrumpente miſerunt comitem Jlium ad generoſis - equis - fecundam, vt aduerſus Troianos pugnaret. Hunc quidem tunc manum - iniicientem cadaueri percuſſit illuſtris Hector ſaxo caput; illud vero in - duas partes totum diffiſſum eſt in caſſide valida; is itaque pronus ſuper cadauere decidit, ipſumque mors circumfuſa eſt exitialis. Patroclo autem dolor ortus eſt de interfecto ſocio; recta vero prorupit per primos pugnatores, accipitri ſimilis veloci, qui fugatos - perſequitur

graculosque, ſturnosque: ſic recta - in Lycios. Patrocle currus moderator, ruiſti et Troianos; iratus nempe eras corde, de ſocio. Et percuſſit Sthenelaum, Ithaemenis dilectum filium, ceruicem ſaxo, abrupitque eius tendines. Ceſſerunt autem retro et primi pugnatores et illuſtris Hector. Quantus autem iaculi iactus longi eſt, quod quidem vir emiſerit connixus vel in certamine - ludi, vel etiam in pugna, hoſtes propter animam - perdentes: tantum receſſerunt Troiani; locoque mouerunt *eos* Achiui.

Glaucus autem primus, Lyciorum ductor clypeatorum, conuerſus eſt, interfecitque Bathyclem magnanimum, Chalconis dilectum filium, qui in Hellade domos habitans, opibusque diuitiisque excellebat inter Myrmidones. Hunc quidem Glaucus, pectore medio, vulnerauit haſta, conuerſus repente, quando ipſum iam - aſſequebatur inſequens; fragorem vero *is* edidit cadens. Vehemens autem dolor cepit Achiuos, quod - ita ceciderat ſtrenuus vir; admodum vero Troiani gauiſi ſunt, ſteteruntque circa ipſum progreſſi frequentes; neque ſane Achiui fortitudinis obliti ſunt, ſed vires recta ferebant in eos.

Tum vero Meriones Troianorum interfecit virum armis - acrem Laogonum, audacem filium Onetoris, qui Iouis ſacerdos Idaei erat, deusque veluti, honorabatur a populo; hunc percuſſit ſub mala et aure; confeſtim vero anima abiit e membris; horrendaeque illum tenebrae

occuparunt. Aeneas autem in Merionem haſtam aeream miſit; ſperabat enim *ſe* ſtricturum *eſſe eum* ſub clypei - tegmine progredientem: ſed ille quidem ex aduerſo conſpicatus euitauit aeream haſtam; in anteriorem enim partem proclinauit, a tergo autem haſta longa ſolo infixa eſt, ſuperaque pars poſterior quaſſabatur haſtae; tum deinde remiſit impetum rapide - actum aes; cuſpis adeo Aeneae vibrans in terram abiit; quippe incaſſum robuſta e manu exilierat. Aeneas autem animo iratus eſt, dixitque:

„Merione, cito certe te, ſaltatorem quantumuis *egregium*, haſta mea compeſcuiſſet in perpetuum, ſi quidem te percuſſiſſem.“

Illum vero Meriones haſta - inclytus viciſſim affatus eſt: „Aenea, arduum *eſt*, te, fortis licet ſis, omnium hominum extinguere robur, quicunque te contra venerit propulſaturus; mortalis certe et tu es. Si et ego te percuſſero aſſecutus medium acuto aere, ſtatim, ſtrenuus licet ſis et manibus fretus, gloriam mihi dederis, animam autem Plutoni equis - inſigni.“

Sic dixit: Hunc autem obiurgauit Menoetii fortis filius: „Merione, cur tu haec, ſtrenuus licet, concionaris? O amice, neutiquam Troiani contumelioſis verbis a cadauere cedent, antequam aliquem terra tenebit: in manibus enim ſumma pugnae, verborum autem *ſumma* in concilio; quapropter haudquaquam oportet verba multiplicare, ſed pugnare.“

Sic fatus, hic quidem praeibat, ille vero vna ſequebatur deo - par vir. Horum autem velvti ligna - caedentium virorum fragor exoritur montis in ſaltibus, longeque exauditur: ſic horum excitabatur ſtrepitus a terra late - patente, aereque, corioque, boumque - tergoribus, ſcite - compoſitis, percuſſorum, enſibusque et haſtis vtrinque acutis. Neque iam vel ſolers vir Sarpedonem nobilem agnoſſet; quippe telis et ſanguine et puluere a vertice obuolutus erat vsque ad pedes imos. Illi vero aſſidue circa mortuum pugnabant, vt quum muſcae in ſtabulo murmurant lacte - plenas ad mulctras, tempore in verno, quando lac vaſa - rigat: ſic vtique ii circa mortuum verſabantur.

Nec vnquam Iupiter vertebat ab aſpera pugna oculos fulgentes, ſed in ipſos vsque aſpiciebat, et conſultabat animo multa admodum de caede Patrocli, anxie - deliberans, an iam et illum in aſpera pugna, illic ſuper deo - parem Sarpedonem illuſtris Hector aere caederet, deque humeris arma auferret; an adhuc etiam pluribus *aliis ſeruato Patroclo* augeret laborem grauem *pugna continuata.* Sic autem ei cogitanti, viſum eſt ſatius eſſe, vt ſtrenuus famulus Pelei filii, Achillis, retro Troianos Hectorem et aereis - armis - acrem repelleret ad vrbem, multorumque animam eriperet. Hectori autem primo imbellem animum immiſit; curruque *is* conſcenſo in - fugam vertit - *ſe*, hortatusque eſt caeteros Troianos fugere; agnovit enim Iouis ſacras lances. Tum vero ne

fortes quidem Lycii ſuſtinuerunt, ſed in-fugam-verſi-ſunt omnes. regem enim viderunt vulneratum pectore, iacentem in cadauerum aceruo: multi enim ſuper ipſum deciderant, quando certamen-aſperum intendebat Saturnius. Illi vero ab humeris Sarpedonis arma abſtulerunt, aerea, coruſcantia, quae quidem cauas ad naues dedit ferenda ſociis Menoetii fortis filius. Et tunc Apollinem allocutus eſt nubes-cogens Iupiter:

„Eia age nunc, dilecte Phoebe, atro ſanguine purga profectus e telorum-aceruo *ſublatum* Sarpedonem, et ipſum deinde, procul illinc efferens, laua fluminis fluentis, vngeque ambroſia, immortalibusque veſtibus induito. Deducendum autem eum da deductoribus velocibus qui ferant, Somno et Morti gemellis, qui quidem eum celeriter ponent Lyciae latae *in* opulento populo; ibi ei exequias-facient fratresque familiaresque, tumuloque cippoque: hic enim honor eſt mortuorum.“

Sic dixit. Neque patri non-fuit-dicto-audiens Apollo; deſcendit autem ab Idaeis montibus ad pugnam-grauem, ſtatimque e telorum-aceruo Sarpedonem nobilem ſublatum, procul inde efferens, lauit fluminis fluentis, vnxitque ambroſia, immortalibusque veſtibus induit; deducendum autem eum dedit deductoribus velocibus qui ferrent, Somno et Morti gemellis: qui quidem eum celeriter depoſuerunt in Lyciae latae opulento populo.

Patroclus autem equos et Automedontem exhortatus, Troianos et Lycios inſequebatur, et valde mente captus eſt, demens. quod ſi mandatum Pelidae obſeruaſſet, certe effugiſſet fatum exitiale atrae mortis. Sed ſemper Iouis validius conſilium, quam hominum; qui et fortem virum in - fugam vertit, et aufert victoriam facile, interdum autem ipſe excitat ad pugnandum; qui ei et tunc animum in pectoribus extimulauit. Tum quem primum, quem et poſtremum interfeciſti, Patrocle, quando iam te dii ad mortem vocarunt? Adreſtum quidem primum, et Autonoum, et Echeclum, et Perimum Megadem, et Epiſtorem, et Melanippum; deinde vero Elaſum, et Mulium, atque Pylartem; hos interfecit; caeteri autem in - fugam - *ſe vertendi* memores fuere quisque. Tum certe altam - portis Troiam cepiſſent filii Achiuorum, Patrocli ſub manibus; ſupra - modum enim ante alios haſta furebat; niſi Apollo Phoebus bene - ſtructa ſuper turri ſtetiſſet, illi exitialia cogitans, Troianisque auxilians. Ter quidem in cubitum ſcandebat muri excelſi Patroclus, ter autem ipſum - aſpere - exceptum deturbauit Apollo, manibus immortalibus fulgentem clypeum feriens; ſed quando iam quarto irruebat deo par, minaciter tum vero increpitans allocutus eſt longe - iaculans Apollo:

„Recede, nobiliſſime Patrocle; neque enim fatum tua ſub haſta vrbem vaſtatum iri Troia-

norum magnanimorum, neque sub Achille, qui tamen te multo fortior."

Sic dixit. Patroclus autem recessit longe retro, iram deuitans longe - iaculantis Apollinis.

Hector vero in Scaeis portis tenebat solides - vngulis equos; secum enim ambigebat, num pugnaret in turbam iterum actis equis, an copias ad murum clamore - imperaret congregari. Haec quidem ei cogitanti adstitit Phoebus Apollo, viro cum - se - assimulasset iuuenique, fortique, Asio, qui auunculus erat Hectoris equum - domitoris, frater - germanus Hecubae, filiusque Dymantis, qui Phrygiam habitabat fluenta ad Sangarii; huic se cum assimulasset, allocutus est Phoebus Apollo:

„Hector, cur a pugna cessas? neque enim omnino te decet. Vtinam quanto deterior sum, tanto te fortior essem; tum profecto statim tuo - malo a pugna recessisses. Sed age, in Patroclum impellito validos - vngulis equos, si qua ipsum interficere potueris, dederitque tibi gloriam Apollo."

Sic fatus, rursus quidem abiit deus per pugnam virorum: Cebrionem vero iussit bellicosum illustris Hector equos ad praelium verberantem - agere. At Apollo ingressus est medium - agmen profectus; perturbationemque Argiuis immisit exitialem, Troianisque et Hectori gloriam praebuit. Hector autem caeteros quidem Danaos omittebat, neque occidebat; sed ille in Patroclum dirigebat validos - vngulis

equos. Patroclus autem ex - altera - parte ab equis desiliit in terram, sinistra hastam tenens, alteraque arripuit saxum candidum, asperum, quod eius manus capiebat; misit vero connixus, neque diu aberat a viro, neque frustra - misit telum; percussit enim Hectoris aurigam Cebrionem, nothum filium illustris Priami, equorum habenas tenentem, *in* frontem acuto lapide; ambo autem supercilia confregit lapis, neque eius restitit os; oculi autem humi ceciderunt in puluerem ipsius ante pedes; ipse vero, vrinatori similis, decidit ab affabre - facto curru; liquitque ossa anima. Illum autem aspere - deridens allocutus es, Patrocle eques:

„Papae, profecto perquam agilis vir, quum - ita facile vrinatur; sicubi sane et ponto in piscoso esset, multos satiare posset vir hic, ostrea quaerens, naue desiliens, etsi tempestuosus esset: adeo nunc in campo e curru facile vrinatur. Profecto et inter Troianos vrinatores vtique sunt!"

Sic locutus, Cebrionem heroëm inuasit, impetum leonis habens, qui stabula vastans, vulneratur ad pectus, suaque ipsum perdit virtus: sic in Cebrionem, Patrocle, insiliisti ardens. Hector vero ex - altera - parte ab equis desiliit in terram. Hi duo de Cebrione, leones tanquam, pugnabant; qui *in* montis verticibus de interemta cerua, ambo esurientes, magnis animis pugnant: sic de Cebrione duo artifices pugnae, Patroclusque Menoetii filius et illustris Hector cupiebant alter alterius inci-

dere corpus ſaeuo aere. Hector quidem capite poſtquam prehendit, non dimittebat; Patroclus autem ex - altera parte tenebat pede; etiam caeteri Troiani et Danai committebant acre praelium.

Vt vero Eurusque Notusque certant inter ſe montis in ſaltibus, profundam concutere ſyluam, fagumque, fraxinumque, corticoſamque cornum, quae altera alteri affligunt extenſos - in - longum ramos ſono immenſo, fragor autem *exoritur* inter frangendum: ſic Troiani et Achivi mutuis aſſultibus caedebant, neutri vero meminerant pernicioſae fugae. Multae autem Cebrionem circa acutae haſtae defixae ſunt, ſagittaeque alatae a neruis ſalientes; multa et ſaxa ingentia clypeos contudere pugnantium circa ipſum; is autem in vortice pulueris iacebat ingens ingenti - ſpatio, oblitus aurigationis.

Quamdiu quidem ſol medium coelum aſcendebat, tamdiu valde vtrosque tela attingebant; cadebatque populus. Cum vero ſol tranſibat ad occaſum: et tum quidem praeter fatum Achiui ſuperiores erant. Cebrionem quidem e telorum aceruo heroëm extraxerunt, Troianorum e tumultu, et humeris arma ademerunt. Patroclus vero Troianis infeſto animo irruit. Ter quidem deinde irruit, veloci par Marti, horrendum clamans; ter autem nouenos viros interfecit. Sed cum iam quartum impetum - faceret, deo par, tum vero tibi, Patrocle, manifeſtus - imminebat vitae finis; occurrebat

enim tibi Phoebus in aspera pugna terribilis. Hic quidem illum euntem per turbam non vidit; caligine enim multa tectus obuius - veniebat; stetit autem a - tergo, percussitque interscapilium, latosque humeros, manu prona; vertigine autem correpti - sunt ei oculi; eius vero a capite quidem galeam deiecit Phoebus Apollo; voluta autem tinnitum dabat pedibus sub equorum oblonga galea; foedataeque sunt iubae sanguine et pulueribus; antea quidem fas vtique non erat, setis - equinis comantem cassidem foedari pulueribus; sed viri diuini caput, venustamque frontem tuebatur Achillis; tum vero Iupiter Hectori dedit suo capite ferendam; prope enim ei erat exitium. Tota vero ei in manibus fracta est praelonga hasta, grauis, magna, valida, *aere* - praemunita; et ab humeris clypeus cum loro in humum cecidit talaris; soluit porro ei thoracem rex, Iouis filius, Apollo. Illi vero stupor animum occupauit, solutaque sunt pulcra membra. Stetit itaque attonitus; a - tergo autem interscapilium acuta hasta humeros inter ex - propinquo percussit Dardanus vir, Panthoi filius, Euphorbus, qui supra aequales ornatus erat hastaque aurigandique - peritia, pedibusque velocibus: etenim iam olim viros viginti deturbauerat de curribus, cum primum venit curru - vectus, discens praeliari. Qui tibi primus immisit telum, Patrocle eques, neque domuit. Is quidem retro recurrit, immistusque est turbae, e corpore abrepta hasta fraxinea; neque sustinuit Patroclum,

nudum licet, in pugna. Patroclus autem, dei plaga et hasta percussus, retro sociorum in agmen recedebat, mortem euitans. Hector vero, vt vidit Patroclum magnanimum retro cedentem, vulneratum acuto aere, prope eum venit per ordines, cominusque percussit hasta imum ad ile; penitusque aes adegit; fragorem vero *is* edidit cadens, magnoque affecit dolore populum Achiuorum. Vt autem cum aprum viribus ingentem leo vrget pugna, hique montis *in* verticibus magnis animis decertant, fonte de exiguo; volunt quippe bibere ambo; multum autem anhelantem *aprum* leo domat vi: sic multos occidenti Menoetii forti filio Hector Priami filius cominus hasta animum abstulit, et super eum glorians verba alata dixit: „Patrocle, credidisti vtique, vrbem *te* vastaturum nostram, Troianasque mulieres, libero die erepto, abducturum esse in nauibus dilectam in patriam terram. Demens! pro his enim Hectoris veloces equi pedibus contendunt pugnatum; hasta vero ipse inter Troianos bellicosos excello, qui ab ipsis arceo diem seruilem; te autem hic vultures comedent. Infelix, neque tibi fortis *licet*, auxilio fuit Achilles, qui nimirum tibi admodum multis remanens mandauit proficiscenti, ne mihi ante reuertere, Patrocle currus moderator, naues ad cauas, quam Hectoris homicidae sanguinolentam loricam circa pectora disciderís. Sic nimirum te allocutus est, tibique animum vecordi persuasit.“

Illum vero languens allocutus es, Patrocle currus moderator: „Iam nunc, Hector, magnis-verbis gloriator; tibi enim dedit victoriam Iupiter Saturnius et Apollo, qui me profligarunt facile; ipſi enim ab humeris arma detraxerunt. Tales vero *qualis tu es*, etiam ſi mihi viginti occurriſſent, omnes hic periiſſent, mea haſta domiti. Sed me fatum perniciofum et Latonae interfecit filius, eque mortalibus Euphorbus; tu vero me tertius interfectum-ſpolias. Aliud autem tibi dicam, tu vero in animo reconde tuo: Haud ſane ne tu quidem ipſe diu in-vita progredieris, ſed tibi iam prope adſtat mors et fatum violentum, manibus caſuro Achillis eximii Aeacidae."

Sic illum quidem locutum finis mortis obtexit. Anima autem e membris volans ad orcum deſcendit, ſuam ſortem lugens, relicto robore-virili et iuuenta. Hunc et mortuum allocutus eſt illuſtris Hector:

„Patrocle, cur mihi vaticinaris graue exitium? Quis vero ſcit, an Achilles Thetidis filius comas-pulcrae, prior mea haſta percuſſus animam perdiderit?"

Sic ſane locutus haſtam aeream e vulnere traxit, calce impreſſo; illum vero ſupinum repulit ab haſta. Statim autem cum haſta in Automedontem ibat, deo parem famulum velocis Aeacidae; cupiebat enim percutere; illum vero extulerunt veloces equi immortales, quos Peleo dii dederant, ſplendida dona.

I L I A D I S

L I B E R XVII.

Neque latuit Atrei filium, bellicosum Menelaum, Patroclus a Troianis occisus in praelio; processit autem per primos pugnatores armatus corusco aere, ipsumque circumiens protegebat, tanquam aliqua circum vitulum mater, tum primum enixa, querula, non ante experta partum: ita circa Patroclum ibat flavus Menelaus; praetendit autem ipsi hastamque et clypeum vndique aequale, illum interficere paratus, quicunque sibi aduersum veniret. Neque vero Panthoi filius hasta praestans neglexit Patroclum prostratum eximium; prope autem ipsum stetit, et allocutus est bellicosum Menelaum:

„Atride Menelae, Iouis alumne, dux populorum, recede, et linque mortuum, finitoque spolia cruenta; Non enim quisquam prior Troianorum inclytorumque sociorum Patroclum percussit hasta in aspera pugna; quare me sine gloriam magnam inter Troianos reportare, ne te percutiam, dulcemque animam eripiam.“

Illum vero grauiter indignans allocutus eſt flauus Menelaus: „Iupiter pater, haud ſane decorum ſuperbe gloriari. Nec vero pantherae tanti ſpiritus, neque leonis, neque ſuis apri infeſti, (cuius tamen maximus animus in pectoribus ſupra - modum robore truculentus - effertur) quantam Panthoi filii haſtae - peritia - inſignes ferociam - ſpirant. Atqui neque vis Hyperenoris equûm - domitoris ſuae iuuentutis fructum - percepit, cum me probris - inceſſit, et me *aggredientem* ſuſtinuit, et me dicebat inter Danaos ignauiſſimum bellatorem eſſe; neque ipſum autumo pedibus ſuis reuerſum, oblectaſſe vxoremque dilectam, venerandosque parentes. Sic certe et tuum ego ſoluam robur, ſi me contra ſteteris. Sed te ego recedentem hortor in turbam abire; neque aduerſus conſiſtas mihi, antequam aliquod malum paſſus fueris; factum vero et ſtultus agnouit.“

Sic dixit; illi vero non perſuaſit; ſed viciſſim affatus eſt: „Nunc ergo iam, Menelae Iouis - alumne, omnino certe vltionem - dabis fratri meo, quem interfeciſti; et iactabundus praedicas; viduaſti autem vxorem in conclaui thalami recentis, immenſumque parentibus luctum et moerorem feciſti. Ipſis equidem miſeris luctus finis fierem, ſi quidem ego caputque tuum et arma reportata Panthoo in manus dedero et Phrontidi nobili. Sed non quidem iam diutius intentatus labor erit, neque certaminis - expers, neque virtutis, neque terroris.“

Sic fatus, feriit clypeum vndique aequale; neque tamen perrupit aes, recuruata autem eſt ei cuſpis ſcuto in valido. Secundus vero impetum - fecit aere Atrei filius Menelaus, precatus Iouem patrem. Pedem autem retrahentis gulam imam percuſſit, et ipſe connixus - imprimebat, robuſta manu fretus; e - regione autem mollem per ceruicem abiit cuſpis. Fragorem vero edidit cadens, ſonitumque dedere arma ſuper ipſum. Sanguine ei rigabantur comae, Gratiis ſimiles, cincinnique, qui auroque et argento conſtricti erant. Qualem vero nutrit plantam vir late frondentem oliuae loco in ſolitario, vbi abunde ſcaturit aqua, pulcram, germinantem, quam flatus motant omnium ventorum, et pullulat *ea* flore albo; veniens autem repente ventus cum turbine multo, foſſaque euertit, et extendit ſuper terram: talem Panthoi filium haſtae - peritia - inſignem Euphorbum Atrei filius Menelaus, poſtquam interfecerat, armis ſpoliabat. Vt vero quando quis leo in - montibus - nutritus, robore fretus, paſcentis armenti bouem rapuerit, quae optima, huius autem ceruicem frangit, correptam validis dentibus, primum, deinde vero ſanguinemque et viſcera omnia haurit dilanians; circum autem hunc canesque virique paſtores crebro admodum clamant e longinquo, neque animus fert contra ire; valde enim pallidus timor occupat: ſic horum nemini animus in pectoribus audebat contra ire Menelaum gloria - ſublimem. Tunc quidem facile abstuliſſet inclyta

arma Panthoi filii Atrei filius: nisi ipsi inuidisset Phoebus Apollo, qui in eum Hectorem incitauit veloci parem Marti, viro se - cum - assimulasset Ciconum ductori Mentae; et ipsum edita - voce verbis alatis allocutus est: „Hector, nunc tu quidem sic curris, quos - non - assequeris persequens equos Aeacidae bellicosi: illi vero difficiles viris quidem mortalibus ad domandum et regendum, alii saltem, quam Achilli, quem immortalis peperit mater. Interim autem tibi Menelaus, Mauortius Atrei filius, Patroclum protegens, Troianorum fortissimum occidit Panthoi filium Euphorbum, finemque imposuit impetuosae fortitudini."

Sic fatus, rursus quidem abiit deus per - pugnam virorum; Hectori vero grauis dolor circumtexit mentem profundam. Circumspectabat autem deinde per ordines; statim vero animaduertit hunc quidem auferentem inclyta arma, illum autem in terra iacentem; fluebat vero sanguis per inflictum vulnus. Processit autem per primos - pugnatores, armatus, corusco aere, acutum clamans, flammae similis Vulcani inextinguibili; neque filium latuit Atrei acutum vociferans, ingemiscens vero *is* dixit ad suum magnum animum:

„Hei mihi! si quidem dereliquero arma pulcra, Patroclumque, qui iacet meum propter hic honorem; *vereor*, ne quis mihi Danaorum succenseat, qui viderit: si vero cum Hectore solus et Troianis pugnem prae - verecundia - *fugae*, *metuo* ne qua me circumue-

niant vnum multi; Troianos enim huc omnes adducit pugnam expedite - ciens Hector. Sed cur mihi haec meus ſecum - disſerit animus? Quandocunque homo vult aduerſus deum cum viro pugnare, quem deus honorat, ſtatim in eum magna clades deuoluitur. Ideo mihi nemo Danaorum ſuccenſebit, qui viderit Hectori cedentem, quoniam deo - iubente pugnat. Sicubi vel Aiacem praelio ſtrenuum audire - potuero, ambo tum reuerſi reminiſceremur pugnae, etiam aduerſus deum; ſi quo modo eripere poterimus mortuum in gratiam Pelidae Achillis; inter mala ſane melius eſſet."

- Dum is haec verſabat in mente et in animo: interea Troum ordines ſuperuenerunt: praeibat autem Hector. Hic vero retroceſſit, reliquitque mortuum ſubinde - ſe - conuertens; vt leo bene - iubatus, quem canesque et viri e ſtabulo abigunt, contis et clamore; eius autem in praecordiis forte cor cohorreſcit, inuitusque *is* abit a caula: ſic a Patroclo diſceſſit flavus Menelaus. Conſtitit autem conuerſus, poſtquam venit ad agmen ſociorum, circumſpectando quaerens Aiacem magnum Telamonium filium; hunc autem perquam celeriter aduertit pugnae ad laeuam totius, confirmantem ſocios, et concitantem ad pugnam; diuinitus enim iis terrorem immiſerat Phoebus Apollo; perrexit autem currere, et ſtatim adſtans verbum dixit:

„Aiax, huc, amice, de Patroclo mortuo *pugnaturi* feſtinemus, ſi forte cadauer ſaltem

Achilli referre poſſimus nudum; arma enim habet expedite pugnam - ciens Hector."

Sic dixit; Aiaci vero bellicoſo animum commouit; proceſſitque *ille* per primos - pugnatores, ſimulque flauus Menelaus. Hector quidem Patroclum, poſtquam inclytis armis exuerat, trahebat, vt ab humeris caput abſcinderet acuto aere, et cadauer Troianis raptatum canibus daret; Aiax autem prope venit, geſtans ſcutum, tanquam turrim. Hector vero retro in turbam abiens recedebat ſociorum; in currum autem concito - niſu - aſcendit; deditque ille arma pulcra Troianis ferenda ad vrbem, magna gloria vt - eſſent ipſi. Aiax vero Menoetii filio ſcuto lato obtento, conſtitit, tanquam leo circumeundo - defenſans ſuos natos, cui ſcymnos ducenti occurrerint in ſylua viri venatores, hic autem prae robore truces - oculos voluit, totumque ſupercilium deorſum trahit, oculos tegens: ſic Aiax Patroclum heroëm circumiens - protegebat. Atrei filius autem ex - altera - parte, bellicoſus Menelaus, ſtabat magnum luctum in pectore augens.

Glaucus vero, Hippolochi filius, Lyciorum ductor virorum, Hectorem torue intuitus graui obiurgauit ſermone:

„Hector, forma praeſtantiſſime, a bellica ſane virtute longe abes: certe te ſine cauſa fama bona tenet, fugax cum - ſis. Conſidera nunc, quomodo ciuitatem et vrbem ſeruare - poſſis ſolus cum populis, qui in Jlio nati ſunt. Non enim quisquam Lyciorum ſaltem pugnatu-

rus cum Danais ibit pro vrbe; quoniam nulla vtique gratia fuit pugnare hoſtibus cum viris indeſinenter vsque. Quomodo tu deteriorem virum ſeruaueris in turba, improbe; dum Sarpedonem ſimul hoſpitem et ſocium reliquiſti Argiuis capturam et praedam fieri, qui magno commodo fuit vrbique et ipſi tibi, viuus; nunc vero non ab eo arcere canes ſuſtinuiſti? Itaque nunc ſi quis mihi Lyciorum obſequetur virorum, *ſuadeo*, domum ire; Troiae vero manifeſta - aderit grauis pernicies. Si enim nunc Troianis vis animoſa ineſſet intrepida, qualis viros ſubit, qui pro patria aduerſus hoſtes laborem et certamen ſuſcipiunt: ſtatim Patroclum traheremus in Jlium. Quod ſi ille ad vrbem magnam Priami regis aſcendiſſet mortuus, et ipſum traxiſſemus e pugna: illico certe Argiui Sarpedonis arma pulcra *hoc* pretio redderent, et ipſum duceremus in Jlium. Eius enim famulus interfectus eſt viri, qui longe fortiſſimus Argiuorum apud naues, et cominus - pugnantes famuli. Sed tu Aiacem magnanimum non ſuſtinuiſti ſtare contra, oculos intuitus hoſtium in pugna, neque ex - aduerſo pugnare; te nempe fortior eſt.“

Hunc autem torue intuitus allocutus eſt expedite pugnam - ciens Hector: „Glauce, quid tu, talis cum ſis, ſuperbe locutus es? O amice, putabam equidem te prudentia ſuperare caeteros eos, quotquot Lyciam gleboſam habitant: nunc vero tuam reprehendo omnino mentem, dum ita dixiſti; qui me ais Aiacem

ingentem non ſuſtinuiſſe. Nequaquam ego horrui pugnam, neque ſtrepitum equorum; ſed ſemper Iouis validius conſilium aegidem tenentis; qui et fortem virum in - fugam - vertit, et auſert victoriam facile; alias et ipſe excitat ad pugnam. Sed age huc adſis, amice, prope me ſta, et adſpice opus: num tota die ignauus ero, vt dicis; an aliquem etiam Danaorum, bellica licet virtute promtiſſimum, reprimam a defenſione Patrocli mortui.“

Sic locutus, Troianos hortabatur altum clamans: „Troiani, et Lycii, et Dardani - cominus - pugnantes, viri eſtote, amici, recordaminique impetuoſae fortitudinis; dum ego Achillis eximii arma induam, pulcra, quibus Patroclum fortem ſpoliaui interfectum.“

Sic quidem locutus abiit pugnam - expedite - ciens Hector ardenti e praelio; currens autem aſſecutus eſt ſocios cito admodum, necdum longo - interuallo; pedibus velocibus inſequutus, qui ad vrbem portabant inclyta arma Pelidae. Stans vero ſeorſum a praelio lacrymoſo, arma mutabat; ille quidem ſua dedit, ferenda ad Jlium ſacram, Troianis bellicoſis, ipſe vero immortalia arma induebat Pelidae Achillis, quae eius dii coelites patri caro dederant; is autem ſuo filio praebuit iam ſenex; ſed non filius in armis patris ad - ſenectutem - peruenit.

Illum vero vt ſeorſum vidit nubes - cogens Iupiter armis Pelei filii armari diuini, quaſſans vtique caput ad ſuum locutus eſt animum:

„Ah miſer, haudquaquam tibi mors in animo eſt, quae iam te prope eſt; tu vero immortalia arma induis viri fortiſſimi, quem tremunt et alii. Huius iam ſocium interfeciſti mitemque, fortemque; arma autem contumelioſe a capiteque et humeris abstuliſti. Veruntamen tibi nunc ſaltem ingentem victoriam dabo, eius compenſationem, quod tibi haudquaquam, e pugna reuerſo, excipiet Andromache inclyta arma Pelei filii.“

Dixit, et nigris ſuperciliis annuit Saturnius. Hectori autem apta erant ad corpus; ſubiit vero eum Mars horrendus bellicus; impletaque ſunt ei membra intus vigoris et roboris. Ad inclytos autem ſocios iuit magno clamore. *Achilli* vero ſimilis - videbatur ipſis omnibus, armis reſplendens magnanimi Pelei filii. Hortabatur autem vnumquemque obiens verbis, Meſthlemque, Glaucumque, Medontemque, Therſilochumque, Aſteropaeumque, Diſenoremque, Hippothoumque, Phorcynque, Chromiumque, et Ennomum augurem. Hos ille incitans, verbis alatis allocutus eſt:

„Audite, innumerae copiae circumcirca - habitantium ſociorum: Non enim ego multitudinem quaerens, neque egens *ea*, huc e veſtris vrbibus exciui quemque; ſed vt mihi Troianorum vxores et infantes liberos promtis - animis defenderetis bellicoſis ab Achiuis: haec in - animo - habens, donis - praebendis exhaurio et commeatu ciues, veſtrumque cuiusque animum recreo. Idcirco aliquis nunc

ingentem non ſuſtinuiſſe. Nequaquam ego horrui pugnam, neque ſtrepitum equorum; ſed ſemper Iouis validius conſilium aegidem tenentis; qui et fortem virum in - fugam - vertit, et aufert victoriam facile; alias et ipſe excitat ad pugnam. Sed age huc adſis, amice, prope me ſta, et adſpice opus: num tota die ignauus ero, vt dicis; an aliquem etiam Danaorum, bellica licet virtute promtiſſimum, reprimam a defenſione Patrocli mortui.“

Sic locutus, Troianos hortabatur altum clamans: „Troiani, et Lycii, et Dardani - cominus - pugnantes, viri eſtote, amici, recordaminique impetuoſae fortitudinis; dum ego Achillis eximii arma induam, pulcra, quibus Patroclum fortem ſpoliaui interfectum.“

Sic quidem locutus abiit pugnam - expedite - ciens Hector ardenti e praelio; currens autem aſſecutus eſt ſocios cito admodum, necdum longo - interuallo; pedibus velocibus inſequutus, qui ad vrbem portabant inclyta arma Pelidae. Stans vero ſeorſum a praelio lacrymoſo, arma mutabat; ille quidem ſua dedit, ferenda ad Jlium ſacram, Troianis bellicoſis, ipſe vero immortalia arma induebat Pelidae Achillis, quae eius dii coelites patri caro dederant; is autem ſuo filio praebuit iam ſenex; ſed non filius in armis patris ad - ſenectutem - peruenit.

Illum vero vt ſeorſum vidit nubes - cogens Iupiter armis Pelei filii armari diuini, quaſſans vtique caput ad ſuum locutus eſt animum:

„Ah miſer, haudquaquam tibi mors in animo eſt, quae iam te prope eſt; tu vero immortalia arma induis viri fortiſſimi, quem tremunt et alii. Huius iam ſocium interfeciſti mitemque, fortemque; arma autem contumelioſe a capiteque et humeris abstuliſti. Veruntamen tibi nunc ſaltem ingentem victoriam dabo, eius compenſationem, quod tibi haudquaquam, e pugna reuerſo, excipiet Andromache inclyta arma Pelei filii.“

Dixit, et nigris ſuperciliis annuit Saturnius. Hectori autem apta erant ad corpus; ſubiit vero eum Mars horrendus bellicus; impletaque ſunt ei membra intus vigoris et roboris. Ad inclytos autem ſocios iuit magno clamore. *Achilli* vero ſimilis videbatur ipſis omnibus, armis reſplendens magnanimi Pelei filii. Hortabatur autem vnumquemque obiens verbis, Meſthlemque, Glaucumque, Medontemque, Therſilochumque, Aſteropaeumque, Diſenoremque, Hippothoumque, Phorcynque, Chromiumque, et Ennomum augurem. Hos ille incitans, verbis alatis allocutus eſt:

„Audite, innumerae copiae circumcirca habitantium ſociorum: Non enim ego multitudinem quaerens, neque egens *ea*, huc e veſtris vrbibus exciui quemque; ſed vt mihi Troianorum vxores et infantes liberos promtis animis defenderetis bellicoſis ab Achiuis: haec in animo habens, donis praebendis exhaurio et commeatu ciues, veſtrumque cuiusque animum recreo. Idcirco aliquis nunc

recta conuersus, aut pereat, aut saluus sit: hoc enim belli commercium. Quicunque vero Patroclum, mortuum licet, tamen Troianos ad equûm - domitores pertraxerit, cesseritque ei Aiax; *illi* dimidium exuuiarum tribuam, dimidium vero ipse habebo ego; gloria autem ei erit, quanta vel mihi."

Sic dixit. Illi vero recta in Danaos magna - mole ferebantur, hastis eleuatis; admodum autem ipsis sperabat animus mortuum ab Aiace abstrahere Telamonio. Stulti; certe multis super ipso animam abstulit. Et tunc Aiax allocutus est pugna strenuum Menelaum:

„O amice, o Menelae, Iouis - alumne, haud iam nos spero vel ipsos redituros e praelio. Haudquaquam tantum de cadauere timeo Patrocli, qui mox vtique Troianorum saturabit canes atque alites, quantum meo capiti metuo, ne quid *grauius* patiatur, et tuo; praelii enim nubes omnia contegit, Hector; nobis vero manifestus - imminet grauis interitus. Sed age, fortissimos Danaorum voca, si quis audierit."

Sic dixit; neque non - obsecutus - est pugna strenuus Menelaus; vociferatus autem est alta - voce Danaos, inclamans:

„O amici, Argiuorum ductores, atque principes, qui iuxta Atrei filios Agamemnonem et Menelaum, publice - praebitum - *vinum* bibunt, et imperant singuli copiis; a Ioue autem honor et gloria sequitur. Difficile vero mihi est dispicere vnumquemque ducum: tantum enim certamen pugnae ardet. Sed aliquis

sponte veniat, indigneturque animo, Patroclum Troianis canibus ludibrium fieri."

Sic dixit: confestim autem exaudiit Oïlei *filius* velox Aiax; primusque obuius venit, currens per praelium. Hunc vero post Idomeneus et armiger Idomenei Meriones, par Marti homicidae. Caeterorum vero quisnam sua mente nomina dicere posset, quotquot iam postea pugnam instaurarunt Achiuorum? Troiani vero priores *in eos* impetum fecerunt conferti; praeibat autem Hector. Vt autem cum in ostiis a Ioue fluentis fluuii fremit ingens fluctus adversus *eius* fluentum, circumque extrema littora clamant, eructato mari extra: tantus vtique Troianorum clamor ortus est. At Achiui stabant circum Menoetii filium, vnum animum habentes, septi scutis aeratis. Illis autem circum splendidas galeas Saturnius caliginem multam circumfudit; neque enim Menoetii filium oderat vel antea, dum, viuus famulus erat Aeaci filii; odiosum autem habebat vtique, illum hostium canibus praedam fieri Troianis; ideoque eum vt defenderent excitauit socios. Mouerunt autem loco priores Troiani nigris oculis Achiuos. Mortuo vero hi derelicto trepidi fugerunt; neminem tamen eorum Troiani magnanimi interfecerunt hastis, cupidi licet, sed cadauer trahebant; haud diu vero ab illo neque Achiui absfuturi erant: admodum enim illos celeriter conuertit Aiax, qui superabat quidem forma, superabat et factis caeteros Danaos, post eximium Pelei filium. Recta autem

perrupit per primos pugnatores, ſui ſimilis vi apro, qui in montibus canes florenteſque - aetate iuuenes facile diſſipat, ſe ſubito - impetu conuertens per fruticeta: ſic filius Telamonis praeclari illuſtris Aiax, facile aggreſſus Troum diſſipauit phalangas, quae Patroclum circumdederant, ſperabantque maxime vrbem ad ſuam trahere, et gloriam reportare. Illum quidem, Lethi Pelasgi illuſtris filius, Hippothous pede trahebat per acrem pugnam, ligatum loro ad malleolum circa tendines, Hectori et Troianis gratificans; repente autem ipſi venit malum, quod ab eo nemo arcuit cupientium licet. Illum vtique filius Telamonis, impetu - facto per turbam, percuſſit cominus, galeam per aeneis - munitam - malis; ſciſſa eſt autem equinis - ſetis - denſa galea transfixa haſtae cuſpide, percuſſa haſtaque magna et manu robuſta; cerebrum vero, per conum *galeae* proſiliebat ex vulnere, cruentum; eius autem ibidem ſolutum eſt robur; e manibus vero Patrocli pedem magnanimi remiſit in terram cadere; prope autem ipſum cecidit cernuus ſuper mortuum, longe a Lariſſa gleboſa; neque parentibus nutritia caris reddidit; breuis autem ei aetas fuit, Aiacis magnanimi haſta domito. Hector vero in Aiacem iaculatus eſt haſta fulgenti: ſed is quidem ex - aduerſo conſpicatus euitauit aeream haſtam paululum; ille autem Schedium, magnanimum Iphiti filium, Phocenſium longe fortiſſimum, qui in inclyto Panopeo domos habitabat, multis

viris imperans; hunc percuſſit ſub iugulum medium; penitus autem extrema cuſpis aerea prope ſummum humerum exiit; fragorem vero edidit cadens, ſonitumque - dedere arma ſuper ipſo. Aiax autem Phorcynem bellicoſum, Phaenopis filium, Hippothoum defendentem, medium ad ventrem percuſſit; rupitque thoracis cauitatem, inteſtina autem aes penetrans - hauſit; ille vero in puluerem lapſus, prehendit terram palma. Ceſſerunt autem retro primique pugnatores et illuſtris Hector. Argivi autem altum clamarunt, traxeruntque mortuos Phorcynque, Hippothoumque; ſoluebantque arma ab humeris.

Tum vero prorſus Troiani, bellicoſis acti ab Achiuis, in Jlium aſcendiſſent, ignauia *ſua* victi; Argiui autem victoriam retuliſſent, etiam praeter Iouis fatum, fortitudine et robore proprio: verum ipſe Apollo Aeneam inſtigauit, corpore Periphanti ſimilis, praeconi Epyti filio, qui ei apud patrem ſenem praeconem - agens conſenuerat, beneuolis mentem conſiliis inſtructus; huic ſe - cum - aſſimulaſſet, ipſum allocutus eſt Iouis filius Apollo:

„Aenea, quo pacto, etiam inuito deo, ſervare poſſetis Jlium excelſam? vt iam vidi viros alios fortitudineque roboreque confiſos, virtuteque, multitudineque ſua, et immotas - pauore copias habentes *(id feciſſe?)* nobis vero Iupiter quidem potius annuit, quam Danais, victoriam: ſed ipſi fugitis - territi admodum, neque pugnatis.“

Sic dixit; Aeneas autem longe iaculantem Apollinem agnouit coram intuitus; magna autem voce Hectorem allocutus eſt clamans:

„Hectorque, et caeteri Troianorum ductores atque ſociorum, dedecus quidem nunc hoc *eſt, nos* bellicoſis *actos* ab Achiuis in Jlium adſcendere per ignauiam victos. Verum enim et iam aliquis ait deorum, mihi prope adſtans, Iouem ſummum conſiliarium in pugna auxiliatorem eſſe: ideo recta in Danaos eamus, neque illi quieti Patroclum nauibus admouerint mortuum.“

Sic dixit; et multo ante primos pugnatores proſiliens, ſtetit. Illi vero conuerſi ſunt, et aduerſi ſteterunt Achiuis. Tum vero Aeneas Leocritum vulnerauit haſta, filium Arisbantis, Lycomedis fortem ſocium. Hunc autem lapſum miſeratus eſt bellicoſus Lycomedes, ſtetitque admodum prope eum accеſſerat, et iaculatus eſt haſta fulgenti, et percuſſit Hippaſi filium Apiſaonem, paſtorem populorum, hepar ſubter praecordia; ſtatimque genua ſoluit: qui vtique a Paeonia gleboſa venerat, et poſt Aſteropaeum fortiſſime res gerebat in pugna. Hunc autem lapſum miſeratus eſt Mauortius Aſteröpaeus, rectaque prorupit et hic promtus cum Danais pugnare: ſed haudquaquam iam poterat; ſcutis enim obſepti erant vndique, qui ſtabant circa Patroclum, haſtasque praetendebant. Aiax enim valde omnes obibat, multis adhortans; nec quenquam vel retro a mortuo cedere ſinebat, nec quenquam procurrere ad pugnan-

dum Achiuos ante alios, ſed ſtrenue ipſum circumeuntes - defendere, cominusque pugnare. Sic Aiax praecipiebat ingens; ſanguine autem terra rigabatur purpureo; illi vero alii - ſuper - alios cadebant mortui ſimul Troianorum, et animoſorum ſociorum, et Danaorum: neque enim vel hi ſine ſanguine pugnabant; pauciores tamen multo peribant; recordabantur enim perpetuo a ſe mutuo per turbam arcere periculum graue.

Sic hi quidem pugnabant inſtar ignis; neque prorſus dixiſſes aut ſolem omnino ſaluum eſſe, aut lunam: caligine enim occupabantur in praelio, quotquot fortiſſimi ſtabant circa Menoetii filium mortuum. Alii vero Troianique et bene ocreati Achiui, liberi pugnabant ſub aëre - ſereno: expanſus autem erat ſplendor ſolis acutus, nubesque non exſurgebat a toto campo, neque montibus; interquieſcentes autem pugnabant, ſua - inuicem euitantes tela luctuoſa, longe disſiti; hi vero in medio dolores patiebantur caligine et pugna; affligebanturque ſaeuo aere, quotquot fortiſſimi erant.

Duo vero nondum viri audierant, viri glorioſi, Thraſymedes, Antilochusque, de Patroclo mortuo eximio, ſed adhuc putabant vivum in primo tumultu cum Troianis pugnare. Hi autem intuentes caedem et trepidationem ſociorum, ſeorſum pugnabant, quoniam ſic iuſſerat Neſtor, hortatibus - impellens ad pugnam nigris a nauibus. His autem per - totum - diem contentionis magnum certamen ortum erat

grauis; defatigatione autem et ſudore indeſinenter aſſidue genuaque, tibiaeque, pedesque ſubtus vniuscuiusque, manusque, oculique, foedabantur pugnantium, circa ſtrenuum famulum pedibus - velocis filii Aeaci. Vt vero cum vir tauri bouis magni pellem populis dederit distendendam, ebriam pinguedine, acceptam autem hi ſeorſum - diſpoſiti extendunt in orbem, ſtatimque humor exiit, ſubitque adeps, multis trahentibus, tenditur autem tota vndique: ſic hi huc et illuc cadauer paruo in ſpatio trahebant vtrique; admodum enim ipſis ſperabat animus, Troianis quidem, trahere ad Jlium, at Achiuis, naues ad cauas; de ipſo autem tumultus ortus erat atrox, neque omnino Mars copiarum - concitator, neque Minerua hunc conſpicata vituperaſſet, ne quidem ſi maxime ipſam ira cepiſſet: talem Iupiter ſuper Patroclo virorumque et equorum die illo intendit exitialem laborem.

Nec dum quicquam ſciebat Patroclum mortuum nobilis Achilles: longe enim ſeorſum - a nauibus pugnabant velocibus, muro ſub Troianorum: quare illum nunquam exiſtimabat animo mortuum eſſe; ſed viuum, vbi acceſſiſſet ad portas, reuerſurum: neque enim hoc credebat omnino, euerſurum vrbem ſine ſe, ſed neque ſecum. Saepe enim hoc ex matre didicerat, ſeorſum audiens, quae ei referebat Iouis magni ſententiam. Tum tamen non ei dixerat malum tantum, quantum acciderat,

mater, quod ſcilicet ei multo cariſſimus periiſſet familiaris.

Illi vero aſſidue circa mortuum acutas haſtas tenentes, indeſinenter concurrebant, et alii alios interficiebant. Sic autem aliquis dicebat Achiuorum aere - loricatorum: „O amici, non ſane nobis honeſtum *eſt* redire naues ad cauas, ſed hic terra nigra omnibus dehiſcat; hoc prorſus - nobis continuo multo ſatius eſſet, quam *ſi* hunc Troianis permittamus equûm - domitoribus vrbem ad ſuam trahere, et gloriam referre.“

Sic autem aliquis Troianorum magnanimorum dicebat: „O amici, etiam ſi fatale *ſit*, iuxta virum hunc domari omnes ſimul, nunquam aliquis recedat a pugna.“

Sic vtique aliquis dicebat, animosque excitabat ſocii. Sic hi quidem pugnabant; ferreus autem ſtrepitus aereum ad coelum ibat, per aërem infructuoſum *(vaſtum)*.

Equi autem filii Aeaci, a pugna ſeorſum ſtantes, flebant, vt primum ſenſerunt aurigam in puluere proſtratum Hectoris vi homicidae, et Automedon quidem, Dioris fortis filius, ſaepe et ſcutica arguta vrgebat verberans, ſaepe et blandis *verbis* alloquebatur, ſaepe et minis: illi vero neque retro ad naues latum verſus Hellespontum volebant ire, neque in pugnam ad Achiuos; ſed veluti cippus manet firmiter, qui ſuper tumulo viri ſtat mortui, aut mulieris; ſic manebant immote perpulcro currui iuncti, ſolo admotis capitibus; lacrymae au-

tem illis calidae de palpebris in - terram fluebant plorantibus, aurigae desiderio; floridaque foedabatur iuba, circulo profusa iuxta iugum ambobus. Plorantes autem illos conspicatus, miseratus est Saturnius, motoque capite, ad suum dixit animum:

„Ah miseri, cur vos dedimus Peleo regi mortali, vos autem estis senii expertes, immortalesque! An vt aerumnosos inter homines dolores haberetis? Non enim quicquam alicubi est calamitosius homine omnium, quotquot super terram spirantque et mouentur. At non sane vobis tamen et curru artificiose - facto Hector Priamides vehetur; haud enim permittam. Annon satis, quod et arma habet, et gloriatur temere? Vobis autem in genua mittam robur et in animum, vt et Automedontem saluum euehatis e pugna naues ad cauas. Adhuc enim istis, *(Troianis)* gloriam praebebo, vt caedem - edant, vsque - dum ad naues bonis - transtris - instructas peruenerint, occideritque sol; et tenebrae sacrae superuenerint.“

Sic locutus, equis inspirauit robur validum. Illi vero a iubis puluere in - solum excusso, velociter ferebant citum currum inter Troianos et Achiuos. His autem *vectus* Automedon pugnabat, dolens licet de socio, curru ruens, tanquam vultur in anseres. Facile enim et refugiebat e Troianorum tumultu, facile et irruebat confertam per turbam persequens. Sed non interficiebat viros, cum impetum sumebat ad persequendum; haudquaquam enim licuit,

ſolus cum eſſet ſacra in ſella, haſta impetum facere, et inhibere veloces equos. Tandem vero illum ſocius vir vidit oculis Alcimedon, filius Laërcei Aemonis filii; ſtetit autem poſt currum, et Automedontem allocutus eſt:

„Automedon, quisnam tibi deorum inutile conſilium pectori indidit, et abstulit mentem ſanam, quod ita in Troianos pugnas prima in turba ſolus; tibi vero ſocius occiſus eſt; arma autem Hector ipſe gerens humeris exſultat filii Aeaci?“

Illum vero Automedon allocutus eſt, Dioris filius: „Alcimedon, quisnam tibi Archiuorum alius ſimilis, equorum immortalium qui teneat domituramque animosque, niſi Patroclus, diis artifex par, dum viueret? nunc vero mors et fatum occupat. Quin tu ſcuticam et habenas miro-artificio-factas accipe, ego vero de equis decedam, vt pugnem.“

Sic dixit. Alcimedon autem celerem-praelio currum vt-conſcendit, ſtatim ſcuticam et habenas cepit manibus; Automedon vero deſiliit. Animaduertit autem illuſtris Hector, ſtatimque Aeneam allocutus eſt prope adſtantem:

„Aenea, Troianorum princeps aere-loricatorum, equos hos animaduerti velocis filii Aeaci in pugnam progreſſos, cum aurigis imbellibus: ideo ſperauerim *me* capturum, ſi modo tu animo tuo velis; neque enim irruentes vtique nos ſuſtinuerint contra ſtantes pugnare Marte.“

Sic dixit: neque non - obſecutus eſt fortis filius Anchiſae. Hi autem recta ibant, tergoribus boum tecti humeros, aridis, ſolidis; multiplex vero ſuper inductum erat aes. Cum his autem Chromiusque, et Aretus diuina - forma - praeditus, ibant ambo; admodum vero iis ſperabat animus ipſosque interficere, abigereque arduos - ceruicibus equos; ſtulti, neque enim erant ſine - ſanguine vtique reuerſuri retro ab Automedonte; ille autem, precatus Iouem patrem, fortitudine et robore repletus eſt praecordia circumfuſa - caligine; ſtatim vero Alcimedontem affatus eſt fidum ſocium:

„Alcimedon, ne iam a me longe tene equos, ſed proxime inſpirantes in tergum: haud enim ego Hectorem Priami filium a robore temperaturum puto, antequam Achillis pulcre iubatos conſcenderit equos, nobis interfectis, fugaueritque ordines virorum Argiuorum, vel ipſe inter primos captus fuerit."

Sic fatus, Aiaces vocauit, et Menelaum: „Aiaces, Argiuorum ductores, et Menelae, mortui quidem curam committite *iis*, quotquot fortiſſimi, vt eum circumeuntes defendant, et propulſent ordines virorum; a nobis vero viuis propulſate crudelem diem. Hac enim ingruunt pugnam per lacrymoſam Hector Aeneasque, qui Troianorum ſunt fortiſſimi. Sed haec quidem deorum in genibus poſita ſunt; iaculabor enim et ego: haec autem Ioui omnia curae erunt."

Dixit, et vibratam emisit praelongam hastam, et intorsit Areti in clypeum vndique aequalem; is vero non hastam inhibuit, penitus autem transiit aes, imumque in ventrem per balteum traiecit. Vt vero cum acutam tenens securim iuuenis vir, ictu incusso post cornua bouis agrestis, neruum perscindit totum; hic autem saltu dato cadit: sic vtique et ille saltu dato cecidit supinus; ei autem hasta in visceribus perquam acuta vibrata soluit membra. Hector vero in Automedontem iaculatus est hasta fulgenti: sed is quidem ex aduerso conspicatus euitauit aeream hastam; in anteriorem enim partem proclinauit; a tergo vero hasta longa solo infixa est, supraque pars posterior quassabatur hastae; tum vero deinde remisit impetum *suum* valida hasta. Et omnino tunc ensibus cominus concurrissent, si non ipsos Aiaces diremissent ardentes, qui adueniebant per turbam, socio vocante; hos autem subueriti cesserunt rursus retro Hector, Aeneasque, atque Chromius diuina - forma - praeditus; Aretum vero ibidem dereliquerunt, vulneratum corde, iacentem; Automedon autem, veloci par Marti, armisque spoliauit, et glorians verbum dixit:

„Profecto iam paululum saltem de Menoetiade mortuo cor dolore leuaui, deteriorem licet interfecerim."

Sic fatus, in currum sumtas exuuias cruentas posuit, ipseque - conscendebat, pedes et

manus ſuperne ſanguinolentus, tanquam leo taurum depaſtus.

Rurſus autem ſuper Patroclo intendebatur aſpera pugna, grauis, lacrymoſa: excitabat nempe certamen Minerua, e-coelo delapſa; miſerat enim late-ſonans Iupiter vt concitaret Danaos; iam enim animus conuerſus erat eius. Veluti cum purpuream irin mortalibus extendit Iupiter coelitus, quae portendat vel pugnam vel etiam tempeſtatem frigidam; quae continuo ab operibus homines ceſſare-facit ſuper-terram, pecudesque contriſtat: ſic haec, caerulea nube quum contexerat ſe, ingreſſa eſt Achiuorum gentem, excitabatque virum quemque. Primum vero Atrei filium incitans allocuta eſt, fortem Menelaum, hic enim eam prope erat, poſtquam-ſemet-aſſimulauerat Phoenici corpore et indefeſſa voce:

„Tibi certe iam, Menelae, pudor et opprobrium erit, ſi quidem Achillis illuſtris fidum ſocium muro ſub Troianorum veloces canes diſcerpſerint; ſed capeſſe *pugnam* ſtrenue, adhortareque aciem omnem.“

Hanc autem viciſſim affatus eſt pugna ſtrenuus Menelaus: „Phoenix, pater, ſenex olim nate, vtinam Minerua daret robur mihi, telorumque auerteret impetum: ita equidem vellem adeſſe et auxilium ferre Patroclo; grauiter enim mihi mortuus deſiderio-percuſſit animum. Sed Hector ignis horrendam habet vim, neque ceſſat aere caedem-edere; ei enim Iupiter gloriam praebet.“

Sic - dixit. Gauiſa eſt autem oculos - caeſia Minerua, quod ſe ante deos precatus eſſet omnes; vim autem humeris et genibus indidit, et ei muſcae audaciam pectoribus immiſit, quae licet abacta crebro a corpore humano, appetit mordere, dulcisque illi ſanguis hominis *eſt*: tali eum audacia repleuit praecordia circumfuſa - caligine. Acceſſit vero ad Patroclum, et iaculatus eſt haſta fulgenti. Erat autem in Troianis Podes, filius Eetionis, divesque, fortisque; maxime vero eum honorabat Hector inter populares; ſibi enim ſodalis erat carus conuiua: hunc ad balteum percuſſit flavus Menelaus, ruentem in - fugam; penitusque aes adegit; fragorem vero edidit cadens; at Atrides Menelaus mortuum a Troianis ſubtrahebat ad agmen ſociorum. Hectorem autem prope ſtans hortans - excitabat Apollo, Phaenopi Aſii filio, ſimilis, qui illi omnium hoſpitum cariſſimus erat, in Abydo aedes habitans; huic ſeſe cum aſſimulaſſet, ipſum affatus eſt longe - iaculans Apollo:

„Hector, quis omnino te amplius alius Achivorum formidauerit? Quando ita nunc Menelaum territus fugis, qui tamen antehac mollis bellator, nunc vero abiit ſolus ſublatum auferens mortuum e Troianis; tuum autem interfecit fidum ſocium, ſtrenuum, inter primos - pugnatores, Poden, filium Eetionis.“

Sic dixit. Illum vero doloris nubes obtexit nigra; proceſſit autem per primos - pugnatores armatus coruſco aere. Tum vero Satur-

nius sumsit aegidem fimbriatam, splendentem, Idamque nubibus cooperuit, fulguribusque emissis, admodum grande intonuit; eamque concussit; victoriam autem Troianis dedit, inque - fugam - vertit Achiuos.

Primus Penelaus Boeotius fuit dux fugae: percussus enim fuerat in humerum hasta, cum facie in - hostem - esset vsque versa, summum leuiter; perstrinxit nempe ei ad os vsque cuspis Polydamantis; is enim percusserat prope accedens. Leïtum deinde Hector cominus percussit in manum ad carpum, filium Alectryonis magnanimi; cessare autem fecit a pugna; trepidusque *is* fugit circumspectans; haud enim amplius sperabat animo hastam tenentem manu *se* pugnaturum cum Troianis. Hectorem vero Idomeneus in Leïtum irruentem percussit thoracem ad pectus iuxta papillam; ad cuspidis autem iuncturam fracta est longa hasta; et clamauerunt Troiani. Hic autem in Idomeneum iaculatus est Deucali filium in curru stantem; ab eo quidem paululum aberrauit; caeterum hic Merionis armigerumque aurigamque, Coeranum, qui e Lycto bene - habitata comitabatur eum: (pedes enim primo, relictis nauibus vtrinque - remis - actis, venerat, et omnino Troianis magnam victoriam praebuisset: nisi Coeranus confestim celeres adduxisset equos; et huic quidem salus venit, arcuitque saeuum diem; ipse autem perdidit animam Hectoris vi homicidae.) Hunc percussit sub malam et aurem; dentes autem excussit hasta extrema,

linguamque perſcidit mediam. Cecidit autem e curru, habenasque effudit in terram; et illas Meriones cepit manibus ſuis inclinans ſe a ſolo, et Idomeneum allocutus eſt:

„Vrge nunc ſcutica *equos*, vsque dum veloces ad naues perueneris; ſentis enim et ipſe, quod non amplius victoria *eſt* Achiuorum.“

Sic dixit. Idomeneus autem ſcutica impellebat pulcros iubis equos naues verſus cauas; iam enim timor inciderat animo. Neque latuit Aiacem magnanimum et Menelaum Iupiter, quum iam Troianis dabat alternantem victoriam; hisce autem ſermonem orſus eſt magnus Telamonius Aiax:

„Eheu, iam quidem, etiam qui admodum ſtultus eſt, ſenſerit, quod Troianis pater Iupiter gloriam praebet. Illorum enim omnium tela aſſequuntur, quicunque emittat, ſeu imbellis, ſeu ſtrenuus; Iupiter nempe omnino omnia dirigit; nobis vero incaſſum omnibus irrita cadunt in terram. Sed agite; per nos tamen excogitemus conſilium optimum, quo pacto et mortuum extrahamus, et ipſi gaudio dilectis ſociis ſimus reuerſi; qui huc vtique reſpicientes triſtantur, neque iam putant Hectoris homicidae robur et manus inuictas ſuſtenturos *nos*, ſed in manibus nigris irruituros eſſe. Vtinam vero eſſet ſocius, qui nuntiaret citiſſime Pelidae: non enim illum opinor ne audiiſſe quidem triſtem nuntium, quod ſibi carus periit ſocius. Atqui nondum poſſum conſpicari talem inter Achiuos: caligine enim

645 occupati sunt simul ipsique et equi. Iupiter
pater, quin tu libera a caligine filios Achiuorum,
facque serenitatem, daque oculis videre; in
luce vero vel perde; quandoquidem tibi pla-
cuit ita.“

Sic dixit. Eum autem pater miseratus est la-
crymantem; statim autem caliginem quidem
650 dissipauit, et amouit nebulam; sol vero afful-
sit, aciesque tota illustrata est. Et tunc Aiax
allocutus est pugna strenuum Menelaum:

„Circumspice nunc, Menelae Iouis - alumne,
si quo modo videre possis viuum adhuc Anti-
lochum, magnanimum Nestoris filium; hor-
tare vero, vt Achilli bellicoso ocyus profectus
655 nuntiet, quod quidem ei multo carissimus periit
familiaris.“

Sic dixit; neque non - obsecutus - est pugna
strenuus Menelaus. Perrexit autem ire, tan-
quam leo a caula, qui postquam fatigatus vti-
que fuerit canesque virosque lacessens, qui
660 ipsum non sinunt boum adipem exsugere; to-
tam - noctem vigilantes; ille autem carnium cu-
pidus, recta - irruit, sed nihil proficit: crebra
enim iacula aduersa volant audacibus a mani-
bus, incensaeque faces: quas quidem hor-
rens - recedit incitatus licet; mane autem se-
665 orsum discedit moesto animo: sic a Patroclo
pugna strenuus Menelaus abibat perquam in-
vitus: admodum enim timebat, ne ipsum Achiui
graui prae metu praedam hostibus relinquerent.
Multis autem Merionique et Aiacibus manda-
bat:

„Aiaces, Argiuorum ductores, Merioneque, nunc aliquis manſuetudinis Patrocli miſeri recordetur; omnibus enim norat mitis eſſe dum viueret; nunc vero mors et fatum occupat.“

Sic fatus abiit flauus Menelaus, quaquaverſum circumſpectans, veluti aquila, quam aiunt acutiſſime cernere inter aërias volucres; quam licet in alto pedibus velox non latet lepus, arbuſto ſub late - comanti iacens; ſed in ipſum *ea* impetum facit, eique celeriter rapto eximit animam. Sic tunc tibi, Menelae Iouis - alumne, oculi lucidi quaquauerſum verſabantur, multorum per agmen ſociorum, ſicubi Neſtoris filium adhuc viuentem videre poſſes. Illum vero citiſſime animaduertit, pugnae ad ſiniſtram totius, confirmantem ſocios, et concitantem ad pugnandum; prope vero adſtans allocutus eſt flauus Menelaus:

„Antiloche, eia age huc ades, Iouis - alumne, vt audias triſtem rem - nuntiandam, quae non debuit euenire. Iam quidem te quoque ipſum opinor inſpicientem ſentire, quod cladem deus Danais aduoluit, victoria autem Troianorum; occiſus eſt nempe fortiſſimus Achiuorum Patroclus, magnumque deſiderium Danais contigit. Sed tu cito Achilli, currens ad naues Achiuorum, nuntia, ſi quo modo celerrime cadauer ad nauem integrum - auferre potuerit nudum; arma enim habet pugnam - expedite - ciens Hector.

Sic dixit. Antilochus autem horrore - correptus eſt, ſermone audito; diu vero eum in-

opia vocis tenuit; eique oculi lacrymis impleti ſunt, liquidaque ei haeſit vox. Sed ne ſic quidem Menelai mandatum neglexit. Perrexit autem currere, armaque eximio dedit ſocio Laodoco, qui eum prope flectebat ſolidos - vngulis equos. Hunc quidem, lacrymas - fundentem pedes ferebant e praelio, Pelei filio Achilli triſtem nuntium nuntiaturum.

Neque ſane tibi, Menelae Iouis - alumne, voluit animus laborantibus ſociis auxiliari, vnde diſceſſerat Antilochus, magnum autem deſiderium Pyliis factum erat; ſed ille his *vt auxiliaretur* Thraſymedem nobilem excitauit; ipſe vero rurſus ad Patroclum heroëm profectus eſt; conſtitit autem, vt ad Aiaces venit, et ſtatim allocutus eſt:

„Illum quidem iam ad naues miſi celeres vt - eat ad Achillem pedibus velocem; neque tamen illum puto nunc venturum, vehementer licet iratum Hectori nobili; nullo enim modo inermis cum - Troianis pugnauerit; nos autem etiam per - nos excogitemus conſilium optimum, quo - pacto et mortuum extrahamus, et ipſi Troianorum e pugna mortem et fatum effugiamus.“

Huic autem reſpondit deinde ingens Telamonius Aiax: „Omnia recte dixiſti, admodum - inclyte o Menelae; ſed tu quidem, et Meriones, ſubeuntes valde cito, mortuum ſublatum ferte e praelio; a - tergo autem nos pugnabimus cum Troianisque et Hectore nobili, parem animum habentes, cognomines, qui et antea

ſuſtinebamus acrem Martem prope inuicem manentes. "

Sic dixit. Illi vero mortuum a terra vlnis ſuſtulerunt alte admodum ſtrenue; acclamauit autem exercitus retro Troianus, vt viderunt cadauer tollentes Achiuos; recta vero irruerunt, canibus ſimiles, qui in aprum percuſſum, impetum faciunt ante iuuenes venatores; aliquantisper etenim currunt, dilacerare cupidi; ſed, cum iam in illos conuertitur, robore fretus, continuo retroceduntque, diffugiuntque trepidi alio alius: ſic Troiani, aliquantisper quidem cateruatim aſſidue ſequebantur, ferientes enſibusque et haſtis vtrinque acutis; at vbi iam Aiaces conuerſi contra ipſos conſtitiſſent, eorum vtique mutabatur color; neque quis ſuſtinebat impetu in aduerſum facto, de mortuo pugnare.

Sic hi vtique alacres cadauer efferebant ex praelio naues verſus cauas; pugna vero gliſcebat ipſis atrox, velut ignis, qui ingruens, vrbem hominum concitatus ex improuiſo incendit, pereuntque aedes in flamma magna; eamque fremebunda agitat vis venti: Sic quidem hos equorumque et virorum bellicoſorum horriſonus tumultus inſequebatur abeuntes. Illi vero tanquam muli, validum robur induti, trahunt ex monte per aſperam viam, vel trabem, vel lignum ingens nauale, in *ipſis* vero et animus affligitur ſimul laboreque et ſudore magnopere contendentibus: ſic illi alacres cadauer ferebant; at a tergo Aiaces arcebant *Troia-*

nos, ſicut agger arcet aquam ſyluoſus campum per totum porrectus; qui vel rapidorum fluminum violentos curſus reprimit, et continuo omnibus fluxum in campum dirigit repellens, haudquaquam enim eum vi perrumpunt fluentes: ſic vsque Aiaces aciem reprimebant retro Troianorum; illi tamen ſimul ſequebantur, duoque in iis maxime, Aeneasque Anchiſae filius, et illuſtris Hector. Vt vero ſicut ſturnorum nubes aufugit, vel graculorum, acutum vociferantium, cum vident ingruentem circum, qui paruis caedem infert auibus: ſic vtique acti vi Aeneaeque et Hectoris filii Achivorum acutum vociferantes abibant, obliuiſcebanturque pugnae. Multa vero arma pulcra ceciderunt inque circumque foſſam, fugientium Danaorum; pugnae autem non erat ceſſatio.

ILIADIS

LIBER XVIII.

Sic illi quidem pugnabant instar ignis ardentis; Antilochus vero Achilli pedibus celer nuntius venit. Illum autem inuenit ante naues puppibus excelsas, ea cogitantem animo, quae iam peracta erant. Ingemiscens autem dicebat ad suum magnum animum:

„Hei mihi, quid est, quod rursus comantes Achiui, ad naues fugati - aguntur, turbati per campum? *Metuo*, ne iam mihi perfecerint dii tristes solicitudines animo, vt olim mihi mater narrauit, et mihi dixit, Myrmidonum fortissimum, adhuc viuente me, manibus caesum Troianorum deserturum esse lucem solis. Certe omnino iam mortuus est Menoetii fortis filius, miserandus! certe iusseram eum, repulso - hostili igne, ad naues redire, neque cum Hectore magno - animo pugnare.“

Dum is haec versabat in mente et in animo, interea ad eum prope accessit illustris Nestoris filius, lacrymas calidas fundens, dixitque nuntium grauem:

„Hei mihi, Pelei fili bellicosi, profecto perquam tristem audies rem nuntiatam, quae

non debuit euenire. Iacet Patroclus; de cadauere autem iam pugnant nudo; arma enim habet pugnam - expedite - ciens Hector.

Sic dixit. Illum vero doloris nubes obtexit nigra. Ambabus autem manibus ſublatos cineres fudit ſuper caput, venuſtamque deturpabat faciem; diuinaeque tunicae niger vndique - adhaeſit cinis. Ipſe vero in puluere ingens ingenti - ſpatio porrectus iacebat, ſuisque manibus comam deturpabat ſcindens. Ancillae autem, quas Achilles in - praeda - ceperat, Patroclusque, animo triſtatae altum eiulabant, et foras procurrebant circa Achillem bellicoſum; manibus vero omnes pectora plangebant, reſolutaque ſunt membra cuiusque. Antilochus autem ex altera - parte lugebat, lacrymas fundens, manus tenens Achillis; hic vero ſuſpirabat generoſo corde; timebat enim *Antilochus*, ne iugulum diſcinderet ferro. Horrendum vero eiulabat *Achilles*: audiuit autem veneranda mater, ſedens in fundo maris, apud patrem ſenem; tum protinus vlulauit. Deae autem circa ipſam congregabantur omnes, quotquot in fundo maris Nereïdes erant. Illic quidem erat Glauceque, Thaliaque, Cymodoceque, Neſaea, Spioque, Thoaque, Haliaque magnis - oculis decora, Cymothoëque, et Actaea, et Limnorea, et Melite, et Iaera, et Amphithoë, et Agaue, Dotoque, Protoque, Pheruſaque, Dynameneque, Dexameneque, et Amphinome, et Callianira, Doris, et Panope, et inclyta Galatea, Nemerteſque, et Apſeudes, et Cal-

lianaſſa: illic erat et Clymene, Ianiraque, et Ianaſſa, Maera, et Orithyia, et comas - pulcra Amathea; aliaeque, quae in fundo maris Nereïdes erant. Iſtis vero ſplendidus implebatur ſpecus: hae autem ſimul omnes pectora plangebant; Thetis vero exorſa eſt luctum:

„Audite, ſorores Nereïdes, vt bene omnes ſciatis audientes, quanti meo inſint dolores animo. Hei mihi miſerae, hei mihi infeliciter - fortiſſimum enixae, quae poſtquam pepereram filium eximiumque fortemque, praeſtantiſſimum heroum, isque ſuccreuerat plantae ſimilis; hunc quidem ego educatum, tanquam plantam in fecundo - loco agri, nauibus miſi recuruis ad Ilium, contra Troianos pugnaturum; hunc autem non receptura ſum rurſus domum reverſum, intra aedes Peleïas. Sed et quamdiu mihi viuit et videt lumen ſolis, triſtatur, neque quod ei poſſum auxiliari profecta. Sed proficiſcar, vt viſamque dilectum filium, et audiam, quinam ipſum inuaſerit luctus, ſeorſum a pugna manentem.“

Sic locuta reliquit ſpecum; illae vero cum ipſa lacrymabundae ibant; circum ipſas autem vnda maris ſcindebatur. Hae autem vbi iam ad Troiam gleboſam venerant, littus conſcenderunt ordine, vbi frequentes Myrmidonum ſubductae - erant naues velocem circum Achillem. Huic autem grauiter - ſuſpiranti adſtitit veneranda mater, acuto autem edito - vlulatu caput prehendit filii ſui; et lugens, verbis alatis allocuta eſt:

non debuit euenire. Iacet Patroclus; de cadauere autem iam pugnant nudo; arma enim habet pugnam - expedite - ciens Hector.

Sic dixit. Illum vero doloris nubes obtexit nigra. Ambabus autem manibus ſublatos cineres fudit ſuper caput, venuſtamque deturpabat faciem; diuinaeque tunicae niger vndique - adhaeſit cinis. Ipſe vero in puluere ingens ingenti - ſpatio porrectus iacebat, ſuisque manibus comam deturpabat ſcindens. Ancillae autem, quas Achilles in - praeda - ceperat, Patroclusque, animo triſtatae altum eiulabant, et foras procurrebant circa Achillem bellicoſum; manibus vero omnes pectora plangebant, reſolutaque ſunt membra cuiusque. Antilochus autem ex altera - parte lugebat, lacrymas fundens, manus tenens Achillis; hic vero ſuſpirabat generoſo corde; timebat enim *Antilochus*, ne iugulum diſcinderet ferro. Horrendum vero eiulabat *Achilles*: audiuit autem veneranda mater, ſedens in fundo maris, apud patrem ſenem; tum protinus vlulauit. Deae autem circa ipſam congregabantur omnes, quotquot in fundo maris Nereïdes erant. Illic quidem erat Glauceque, Thaliaque, Cymodoceque, Neſaea, Spioque, Thoaque, Haliaque magnis - oculis decora, Cymothoëque, et Actaea, et Limnorea, et Melite, et Iaera, et Amphithoë, et Agaue, Dotoque, Protoque, Pheruſaque, Dynameneque, Dexameneque, et Amphinome, et Callianira, Doris, et Panope, et inclyta Galatea, Nemertesque, et Apſeudes, et Cal-

lianaſſa: illic erat et Clymene, Ianiraque, et Ianaſſa, Maera, et Orithyia, et comas - pulcra Amathea; aliaeque, quae in fundo maris Nereïdes erant. Iſtis vero ſplendidus implebatur ſpecus: hae autem ſimul omnes pectora plangebant; Thetis vero exorſa eſt luctum:

„Audite, ſorores Nereïdes, vt bene omnes ſciatis audientes, quanti meo inſint dolores animo. Hei mihi miſerae, hei mihi infeliciter - fortiſſimum enixae, quae poſtquam pepereram filium eximiumque fortemque, praeſtantiſſimum heroum, isque ſuccreuerat plantae ſimilis; hunc quidem ego educatum, tanquam plantam in fecundo - loco agri, nauibus miſi recuruis ad Jlium, contra Troïanos pugnaturum; hunc autem non receptura ſum rurſus domum reverſum, intra aedes Peleïas. Sed et quamdiu mihi viuit et videt lumen ſolis, triſtatur, neque quod ei poſſum auxiliari profecta. Sed proficiſcar, vt viſamque dilectum filium, et audiam, quinam ipſum inuaſerit luctus, ſeorſum a pugna manentem."

Sic locuta reliquit ſpecum; illae vero cum ipſa lacrymabundae ibant; circum ipſas autem vnda maris ſcindebatur. Hae autem vbi iam ad Troiam gleboſam venerant, littus conſcenderunt ordine, vbi frequentes Myrmidonum ſubductae - erant naues velocem circum Achillem. Huic autem grauiter - ſuſpiranti adſtitit veneranda mater, acuto autem edito - vlulatu caput prehendit filii ſui; et lugens, verbis alatis allocuta eſt:

„Fili, quid fles? quisnam tuam mentem invasit dolor? Eloquere, ne cela. Illa quidem iam tibi perfecta sunt a Ioue, vt iam antea precatus - es, manibus sublatis, omnes ad puppes cogi filios Achiuorum, tui indigentes, patique indignas res.“

Illam autem grauiter - suspirans allocutus est pedibus velox Achilles: „Mater mea, haec quidem mihi Olympius perfecit; sed quae mihi ex his voluptas, dum carus periit amicus, Patroclus? Quem ego supra omnes honorabam amicos aeque ac meum caput, hunc perdidi; arma vero Hector, postquam - trucidauerat, exuit ingentia, mirabilia visu, pulcra; quae quidem Peleo dii dederunt, splendida dona, die illo, quando te mortalis viri collocarunt in thoro. Vtinam tu quidem ibidem inter immortales marinas habitasses, Peleusque mortalem duxisset vxorem! Nunc vero *mortali nupsisti*, vt et tibi luctus in animo immensus esset de filio interfecto; quem non recipies rursus domum reuersum; neque enim me animus iubet viuere, neque hominibus interesse, nisi Hector primus mea hasta percussus animam perdiderit, Patroclumque ob - interfectum - poenas Menoetii filium dederit.“

Illum vero vicissim affata est Thetis lacrymas fundens: „Cito - moriturus certe mihi, fili, es, cum ita dicis; illico enim tibi deinde post Hectorem fatum imminet.“

Illam vero grauiter ingemiscens allocutus est pedibus velox Achilles: „Illico moriar; cum

in fatis non fuit me amico dum interficere-
tur auxiliari. Ille quidem valde procul a patria
100 interiit; me vero desiderauit, malum qui propul-
sarem. Nunc autem, quoniam non reuertar
vtique caram in patriam terram, neque vl-
lam Patroclo attuli salutem, neque sociis cae-
teris, qui iam multi domiti sunt ab Hectore no-
bili: sed sedeo apud naues inutile pondus ter-
105 rae, talis cum sim qualis nullus Achiuorum
aere - loricatorum in pugna; concione etsi
meliores sunt et alii. Vtinam contentio a diis,
et ab hominibus pereat; et Ira, quae impellit
etiam admodum - prudentem saeuire; quae-
110 que multo dulcior melle stillante hominum in
pectoribus augescit, tanquam fumus: adeo
me nunc irasci - fecit rex virorum Agamemnon.
Sed haec quidem ante - acta - esse sinamus, do-
lentes licet, animo in pectore domito necessi-
tate. Nunc vero ibo, vt cari capitis perdito-
115 rem inueniam Hectorem; mortem autem ego
tunc accipiam, quandocunque demum Iupiter
voluerit euentum adducere, atque immortales dii
caeteri. Neque enim ne vis quidem Herculis
effugit mortem, qui tamen carissimus erat
Ioui Saturnio regi; sed eum fatum domuit et
120 grauis ira Iunonis. Ita et ego, si iam mihi si-
mile fatum est, iacebo, vbi mortuus fuero;
nunc autem gloriam bonam auferam; et ali-
quam Troadum et Dardanidum profundos - si-
nus - habentium, ambabus manibus genis a
teneris lacrymas abstergentem crebro suspirare
125 cogam. Sentiant autem, quod iamdiu ego a

pugna ceſſaui. Neque me prohibe a praelio, diligens licet; neque enim mihi perſuadebis."

Huic autem reſpondit deinde dea Thetis pedes - argentea: „Sane iam hoc, fili, verum; non malum eſt, laborantibus ſociis arcere grauem perniciem: ſed tibi arma pulcra inter Troianos detinentur, aerea, coruſcantia; illa quidem pugnam - expedite - ciens Hector ipſe ferens humeris exſultat: neque tamen ipſum puto diu exſultaturum eſſe, caedes enim prope eum. Sed tu quidem neutiquam ingredere pugnam Martis, antequam me huc profectam oculis videris. Mane enim reuertar, ſimul ac ſol ortus erit, arma pulcra ferens a Vulcano rege."

Sic fata, retro ſe vertit a filio ſuo, et conuerſa, inter marinas ſorores dixit:

„Vos quidem nunc ſubite maris latum ſinum, viſurae ſenemque marinum et aedes patris, et ei omnia dicite; ego vero ad excelſum Olympum vado ad Vulcanum arte- fabrili - clarum, ſi velit filio meo dare inclyta arma collucentia."

Sic dixit. Illae autem vndam maris ſtatim ſubierunt. Ad Olympum vero dea Thetis pedes - argentea abiit, vt dilecto filio inclyta arma afferret. - Illam quidem ad Olympum pedes ferebant.

At Achiui immenſo cum fremitu acti vi Hectoris homicidae fugientes, ad nauesque et Hellespontum venerant. Nec tamen Patroclum bene - ocreati Achiui extra tela extraxerant

mortuum, famulum Achillis; rursus enim iam illum assecuti fuerant peditesque et currus, Hectorque, Priami filius, flammae similis vi. Ter quidem illum retro pedibus prehendit illustris Hector, abstrahere cupiens, magnaque - voce Troianos inclamabat: ter autem duo Aiaces, impetuosam induti fortitudinem, a mortuo vi - repulerunt; ille vero, *Hector*, constanter robore fretus, interdum impetum - faciebat per tumultum, interdum vero consistebat alta - voce clamitans; retro autem non cedebat omnino. Vt vero a corpore haudquaquam leonem fuluum possunt pastores in agro - pernoctantes valde esurientem summouere: sic vtique non poterant duo Aiaces armis acres Hectorem Priamidem a mortuo absterrere. Et iam prorsus abstraxissetque, et immensam retulisset gloriam, nisi Pelei filio pedibus - ventosa velox Iris nuntia venisset currens ab Olympo vt - prodiret - in pugnam, clam Ioue, aliisque diis; miserat enim eam Iuno; prope autem stans verbis alatis allocuta est:

„Surge, Pelei fili, omnium terribilissime virorum: Patroclo auxiliare; cuius gratia certamen graue stat ante naues; illi vero se - invicem perdunt, hi quidem, pugnantes cadavere pro mortuo; vt autem trahant ad Jlium ventosam Troiani recta - irruunt; maxime vero illustris Hector, abstrahere cupit; caputque ipsum animus iubet infigere palo, abscissum tenera a ceruice. Sed surge, nec amplius iaceto; pudorque tuum animum tangat, Pa-

pugna ceſſaui. Neque me prohibe a praelio, diligens licet; neque enim mihi perſuadebis.“

Huic autem reſpondit deinde dea Thetis pedes-argentea: „Sane iam hoc, fili, verum; non malum eſt, laborantibus ſociis arcere grauem perniciem: ſed tibi arma pulcra inter Troianos detinentur, aerea, coruſcantia; illa quidem pugnam-expedite-ciens Hector ipſe ferens humeris exſultat: neque tamen ipſum puto diu exſultaturum eſſe, caedes enim prope eum. Sed tu quidem neutiquam ingredere pugnam Martis, antequam me huc profectam oculis videris. Mane enim reuertar, ſimul ac ſol ortus erit, arma pulcra ferens a Vulcano rege.“

Sic fata, retro ſe vertit a filio ſuo, et conuerſa, inter marinas ſorores dixit:

„Vos quidem nunc ſubite maris latum ſinum, viſurae ſenemque marinum et aedes patris, et ei omnia dicite; ego vero ad excelſum Olympum vado ad Vulcanum arte-fabrili-clarum, ſi velit filio meo dare inclyta arma collucentia.“

Sic dixit. Illae autem vndam maris ſtatim ſubierunt. Ad Olympum vero dea Thetis pedes-argentea abiit, vt dilecto filio inclyta arma afferret. — Illam quidem ad Olympum pedes ferebant.

At Achiui immenſo cum fremitu acti vi Hectoris homicidae fugientes, ad nauesque et Hellespontum venerant. Nec tamen Patroclum bene-ocreati Achiui extra tela extraxerant

mortuum, famulum Achillis; rurſus enim iam illum aſſecuti fuerant peditesque et currus, Hectorque, Priami filius, flammae ſimilis vi. Ter quidem illum retro pedibus prehendit illuſtris Hector, abſtrahere cupiens, magnaque - voce Troianos inclamabat: ter autem duo Aiaces, impetuoſam induti fortitudinem, a mortuo vi - repulerunt; ille vero, *Hector*, conſtanter robore fretus, interdum impetum - faciebat per tumultum, interdum vero conſiſtebat alta - voce clamitans; retro autem non cedebat omnino. Vt vero a corpore haudquaquam leonem fuluum poſſunt paſtores in agro - pernoctantes valde eſurientem ſummouere: ſic vtique non poterant duo Aiaces armis acres Hectorem Priamidem a mortuo absterrere. Et iam prorſus abſtraxiſſetque, et immenſam retuliſſet gloriam, niſi Pelei filio pedibus - ventoſa velox Iris nuntia veniſſet currens ab Olympo vt - prodiret - in pugnam, clam Ioue, aliisque diis; miſerat enim eam Iuno; prope autem ſtans verbis alatis allocuta eſt:

„Surge, Pelei fili, omnium terribiliſſime virorum: Patroclo auxiliare; cuius gratia certamen graue ſtat ante naues; illi vero ſe - invicem perdunt, hi quidem, pugnantes cadavere pro mortuo; vt autem trahant ad Jlium ventoſam Troiani recta - irruunt; maxime vero illuſtris Hector, abſtrahere cupit; caputque ipſum animus iubet infigere palo, abſciſſum tenera a ceruice. Sed ſurge, nec amplius iaceto; pudorque tuum animum tangat, Pa-

180 troclum Troianis canibus ludibrium fieri; tibi
contumelia, si quid cadauer indignè - acceptum
venerit."

Huic autem respondit deinde pedibus - celer
nobilis Achilles: „Iri dea, quisnam te deo-
rum mihi nuntiam misit?"

Illum vero vicissim allocuta est pedibus ven-
tosa velox Iris: „Iuno me misit, Iouis glo-
185 riosa coniux; neque scit Saturnius in - alto -
sedens, neque quis alius immortalium, qui
Olympum valde niuosum habitant."

Hanc autem respondens allocutus est pedibus
celer Achilles: „Et quomodo ire possum ad
pugnam? habent enim arma isti; mater autem
190 me cara prius vetuit armari, quam ipsam re-
versam oculis viderem; pollicita enim est, a
Vulcano allaturam *se* arma pulcra. Alterius
autem non vllius scio, cuius inclyta arma indue-
re possim, nisi Aiacis vtique scutum Telamo-
nii; sed et ipse hic, spero, inter primos ver-
195 satur, hasta caedem - edens Patrocli gratia
mortui."

Illum vero vicissim allocuta - est pedibus -
ventosa velox Iris: „Bene quidem et nos sci-
mus, quod inclyta arma detinentur; sed sic
ad fossam profectus, Troianis da - te - in - con-
spectum, si forte te veriti abstinuerint pugna
200 Troiani, respirauerintque Mauortii filii Achiuo-
rum afflicti *iam*; exigua autem et respiratio a
praelio."

Illa quidem sic locuta, abiit pedibus velox Iris.
At Achilles surrexit Ioui carus; Minerua vero

humeris validis circumpoſuit aegidem fimbriatam; caput autem ei nube cinctum - ornauit auguſtiſſima dearum aurea, eque ipſa accendit flammam collucentem. Vt vero cum fumus adſcendens ex vrbe ad aetherem aſſurgit longe ex inſula, quam hoſtes oppugnant, qui, toto die, horrendo decernunt Marte vrbe *procurrentes* ex ſua; vt vero ſol occiderit, continuo et faces - in - ſpeculis ardent denſae, inque altum ſplendor emicat, finitimi vt - videant; ſi forte cum nauibus Martis propulſatores venire velint: ſic ab Achillis capite ſplendor ad aetherem perueniebat. Stetit autem ad foſſam profectus extra murum, nec tamen Achiuis ſe miſcebat: matris enim prudens reuerebatur praeceptum. Ibi ſtans clamauit; ſeorſum autem Pallas Minerua vociferata eſt; et inter Troianos immenſum excitauit tumultum. Vt vero cum admodum - luculenta vox *fit*, quando clangit tuba vrbem cingentes hoſtes per exitiales: ſic tunc admodum - luculenta vox erat Aeacidae. Illi vero vt audiuerunt vocem aeream Aeacidae, omnibus commotus - eſt animus; pulcri autem iubis equi retro currus vertebant; praeſagiebant enim clades animo. Aurigae autem perculſi ſunt, vbi viderunt indefeſſum ignem horrendum ſuper caput magnanimi Pelidae ardentem: illum nempe accendebat dea oculis - caeſia Minerua. Ter quidem ſuper foſſam magna - voce clamauit nobilis Achilles; ter vero turbati ſunt Troiani inclytique ſocii. Ibidem autem etiam tunc perierunt duodecim viri

troclum Troianis canibus ludibrium fieri; tibi contumelia, ſi quid cadauer indignè - acceptum venerit.“

Huic autem reſpondit deinde pedibus - celer nobilis Achilles: „Iri dea, quisnam te deorum mihi nuntiam miſit?“

Illum vero viciſſim allocuta eſt pedibus ventoſa velox Iris: „Iuno me miſit, Iouis glorioſa coniux; neque ſcit Saturnius in - alto - ſedens, neque quis alius immortalium, qui Olympum valde niuoſum habitant.“

Hanc autem reſpondens allocutus eſt pedibus celer Achilles: „Et quomodo ire poſſum ad pugnam? habent enim arma iſti; mater autem me cara prius vetuit armari, quam ipſam reverſam oculis viderem; pollicita enim eſt, a Vulcano allaturam *ſe* arma pulcra. Alterius autem non vllius ſcio, cuius inclyta arma induere poſſim, niſi Aiacis vtique ſcutum Telamonii; ſed et ipſe hic, ſpero, inter primos verſatur, haſta caedem - edens Patrocli gratia mortui.“

Illum vero viciſſim allocuta - eſt pedibus - ventoſa velox Iris: „Bene quidem et nos ſcimus, quod inclyta arma detinentur; ſed ſic ad foſſam profectus, Troianis da - te - in - conſpectum, ſi forte te veriti abſtinuerint pugna Troiani, reſpirauerintque Mauortii filii Achiuorum afflicti *iam;* exigua autem et reſpiratio a praelio.“

Iſta quidem ſic locuta, abiit pedibus velox Iris. At Achilles ſurrexit Ioui carus; Minerua vero

humeris validis circumpoſuit aegidem fimbriatam; caput autem ei nube cinctum - ornauit auguſtiſſima dearum aurea, eque ipſa accendit flammam collucentem. Vt vero cum fumus adſcendens ex vrbe ad aetherem aſſurgit longe ex inſula, quam hoſtes oppugnant, qui, toto die, horrendo decernunt Marte vrbe *procurrentes* ex ſua; vt vero ſol occiderit, continuo et faces - in - ſpeculis ardent denſae, inque altum ſplendor emicat, finitimi vt - videant; ſi forte cum nauibus Martis propulſatores venire velint: ſic ab Achillis capite ſplendor ad aetherem perueniebat. Stetit autem ad foſſam profectus extra murum, nec tamen Achiuis ſe miſcebat: matris enim prudens reuerebatur praeceptum. Ibi ſtans clamauit; ſeorſum autem Pallas Minerua vociferata eſt; et inter Troianos immenſum excitauit tumultum. Vt vero cum admodum - luculenta vox *fit*, quando clangit tuba vrbem cingentes hoſtes per exitiales: ſic tunc admodum - luculenta vox erat Aeacidae. Illi vero vt audiuerunt vocem aeream Aeacidae, omnibus commotus - eſt animus; pulcri autem iubis equi retro currus vertebant; praeſagiebant enim clades animo. Aurigae autem perculſi ſunt, vbi viderunt indeſeſſum ignem horrendum ſuper caput magnanimi Pelidae ardentem: illum nempe accendebat dea oculis - caeſia Minerua. Ter quidem ſuper foſſam magna - voce clamauit nobilis Achilles; ter vero turbati ſunt Troiani inclytique ſocii. Ibidem autem etiam tunc perierunt duodecim viri

fortiſſimi impediti et confixi ſuis curribus et haſtis: at Achiui alacriter Patroclum extra tela extractum, depoſuerunt in lecto; cari autem circumſtabant ſocii lugentes; atque eos pedibus - velox ſequebatur Achilles, lacrymas calidas fundens, poſtquam adſpexit fidum ſocium iacentem in feretro, laceratum acuto aere: quem quidem miſerat cum equis et curribus in praelium, neque rurſus recepit reuerſum.

Solem autem indefeſſum oculis - magnis decora veneranda Iuno miſit ad Oceani fluenta inuitum redire. Sol quidem occidit, finemque fecerunt nobiles Achiui certaminis aſperi et omnibus - aeque - grauis pugnae. Troiani vero ex - altera - parte ex aſpero praelio vt exceſſerant, ſoluerunt a curribus veloces equos. Ad concionem autem congregabantur, antequam coenam curarent. Erectis autem ſtantibus concio habita eſt, neque quis ſuſtinuit ſedere; omnes enim tenebat tremor, eo quod Achilles in - conſpectum - ſe - dederat; diu enim pugna abſtinuerat triſti. Illis autem Polydamas prudens coepit concionari Panthoi filius; hic enim ſolus videbat futura et praeterita; Hectori autem erat ſodalis, eademque nocte nati erant; ſed hic quidem verbis, ille vero haſta multum ſuperabat. Qui inter eos ſapiens concionatus eſt et dixit:

„In - vtramque - partem diligenter deliberate amici; hortor enim ego in - vrbem nunc ire, neque exſpectare auroram pulcram in campo prope naues; procul enim a muro ſumus.

Quamdiu quidem hic vir Agamemnoni iraſcebatur nobili, tamdiu minus - graues in - pugna erant Achiui. Gaudebam enim ego quoque veloces iuxta naves pernoctans, ſperans *nos* naves vtique capturos vtrinque - remis - actas. Nunc vero grauiter timeo velocem Pelei filium; qualis illius animus violentus, non volet manere in campo, in - quo Troiani et Achiui in medio vtrique vim Martis communem - experiuntur; ſed de vrbeque pugnabit, atque vxoribus. Itaque eamus ad vrbem, obſequimini mihi, ſic enim erit. Nunc quidem nox abstinere - fecit velocem Pelei filium, dulcis; ſi autem nos offenderit hic manentes cras progreſſus cum armis, probe tunc aliquis illum agnoſcet: libenter enim peruenerit ad Jlium ſacram, quicunque effugerit; multos vero canes et vultures comedent Troianorum. Vtinam ſane mihi omnino inauditum tale quid ſit! Si vero meis verbis obſecuti fuerimus, triſtes licet: per - noctem quidem in foro robur reficiemus; vrbem autem turres excelſaeque portae, tabulaeque ad has aptatae longae, bene - politae, coagmentatae, tutabuntur; mane autem ſub aurora armis inſtructi ſtabimus ſuper turribus; huic autem grauius *fuerit*, ſi voluerit, profectus a nauibus, circa murum nobiscum pugnare. Retro iterum ibit ad naues, poſtquam arduos ceruicibus equos vario curſu ſatiarit ſub vrbem vagans. Intus vero nec ipſum ſua magnanimitas irruere ſinet, nec vnquam vaſtabit; prius ipſum canes veloces edent.

Illum vero torue intuitus allocutus - eſt pugnam - expedite - ciens Hector: Polydama, tu quidem non amplius mihi grata haec dicis, qui hortaris in vrbem *nos* cogi reuerſos. An nondum ſatiati - eſtis clauſi - manendo intra turres? Antea enim Priami vrbem articulate - loquentes homines omnes praedicabant diuitem - auri, diuitem - aeris; nunc vero iam perierunt ex aedibus - pretioſae - res - reconditae pulcrae; multae autem iam in Phrygiam et Maeoniam amabilem opes venum - auectae abiere, poſtquam magnus iratus fuit Iupiter. Nunc vero cum mihi dedit Saturni filius verſuti gloriam retuliſſe apud naues, marique concluſiſſe Achiuos, ſtulte, ne iam haec conſilia oſtende inter ciues; non enim quis Troianorum obtemperabit; neque enim ſinam. Sed agite, ſicut ego dixero, pareamus omnes. Nunc quidem coenam ſumite per exercitum turmatim, et excubiarum mementote, et vigilate quisque; Troum vero quicunque de - opibus *periclitantibus* admodum ſollicitus eſt, collectas - in - vnum copiis det publice - abſumendas, quorum aliquem melius eſt, *illis* frui, quam Achiuos. Mane vero ſub aurora armis inſtructi, naues iuxta cauas excitemus acre praelium. Sin reuera apud naues ſurrexit - ad - certamen nobilis Achilles, grauius, ſi voluerit, ei erit; non illum ego ſane fugiam e pugna horriſona, ſed omnino contra ſtabo, ſeu referat magnam victoriam, ſeu referam. Communis Mars, et occiſorem ſaepe occidit.

Sic Hector concionatus eſt; Troiani autem acclamarunt; vecordes; eorum enim mentes eripuerat Pallas Minerua; Hectori enim aſſenſi ſunt perniciosa conſilia danti, Polydamanti vero nullus, qui bonum protulerat, conſilium. Coenam deinde ſumſerunt per exercitum. At Achiui tota - nocte Patroclum edebant - gemitus lugentes. Illis autem Pelei filius denſum - ſuſpiriis exorſus eſt luctum, manibus homicidis impoſitis pectori ſodalis, crebros admodum edens - gemitus. Sicut leo bene - barbatus, cui nempe catulos venaticus ſurripuerit vir ſylua ex denſa; ille vero triſtatur ſero cum aduenerit; multas autem continuo conualles obit, viri veſtigia indagans, ſicubi inueniat; perquam enim acris ira corripit: ſic is grauiter - ſuſpirans dixit inter Myrmidones:

„Papae! irritum prorſus verbum effudi die illo, bono - animo - eſſe - iubens heroëm Menoetium in aedibus! Dicebam enim ei in Opuntem inclytum filium reducturum, Ilium vbi euaſtauerit, nactusque fuerit praedae portionem. Sed non Iupiter hominibus cogitata omnia perficit; ambos enim fato - ratum eſt eandem terram rubefacturos hic in Troia; neque enim me reuerſum excipiet in aedibus ſenex equûm agitator Peleus, neque Thetis mater, ſed hic terra tenebit. Nunc vero quandoquidem, Patrocle, te poſterior ſubeo terram, non tibi ante iuſta - faciam, quam Hectoris huc attulero arma et caput magnanimi tui interfectoris. Duodecim autem ante rogum cerui-

ces - abſcindam Troianorum praeclaris filiis, de te interfecto iratus. Interea vero mihi apud naues recuruas iacebis ſic; circumque te Troianae et Dardanides profundos - ſinus - habentes plorabunt, noctesque et dies lacrymas - fundentes: quas ipſi acquiſiuimus, vique haſtaque longa, opulentas euaſtantes ciuitates articulate - loquentium - hominum.“

Sic fatus, ſocios iuſſit nobilis Achilles igne circumdare poſitum tripodem magnum, vt celerrime a Patroclo abluerent tabum cruentum. Illi vero aptum - ad - lauacra tripodem ſtatuerunt in ignem ardentem; aquam autem infuderunt, ſubtusque ligna accenderunt allata. Ventrem quidem tripodis ignis ambibat, calefiebatque aqua; vt vero feruefacta eſt aqua in ſonoro aere, tum ſtatim lauerunt que, et vnxerunt pingui oleo; vulnera autem repleuerunt vnguento nouenni; in lectis vero poſitum, tenui linteo texerunt ad pedes a capite; deſuper autem, palla candida. Tota - nocte quidem deinde pedibus - celerem circa Achillem Myrmidones Patroclum gemitus - edebant lugentes.

Iupiter autem Iunonem allocutus eſt ſororem, coniugemque:

„Et perfeciſti opus tandem, magnis - oculis - decora veneranda Iuno, excitato *ſcilicet* Achille pedibus celeri; te nimirum ex ipſa nati ſunt comantes Achiui.“

Ei vero reſpondit deinde magnis - oculis - decora veneranda Iuno: „Saeuiſſime Saturnie,

qualem orationem habuiſti? Vel iam aliquis homo homini *talia* perfecerit, qui tamen mortalisque eſt, neque tot conſilia nouit: quomodo ergo ego, quae aio dearum me eſſe praeſtantiſſimam, vtrumque, genereque, et quod tua vxor vocor, tu vero omnibus immortalibus imperas, non debui Troianis ira - accenſa mala machinata - eſſe?“ Sic illi quidem talia inter ſe loquebantur.

Vulcani autem peruenit ad domum Thetis pedes - argentea immortalem, fulgentem, inſignem inter immortales, aeream, quam quidem ipſe fecerat Claudus. Illum vero inuenit ſudantem, verſantem ſe circa folles, ſtudioſe - agentem; tripodas enim viginti omnes fabricabatur, qui - ſtarent ad parietem bene fundatae domus. Aureas autem ipſis rotas vnicuique fundo ſubdiderat, vt ei ſponte - ſua diuinum ingrederentur conſeſſum, ac rurſus domum redirent, mirabile viſu. Illi autem in tantum quidem perfecti erant, aures vero nondum artificioſae additae - erant, quas quidem apparabat; cudebatque clauos. Dum is haec conficiebat peritis praecordiis, interea ad eum prope acceſſit dea Thetis pedes - argentea. Illam autem vidit progreſſa Charis vittis elegantibus nitida pulcra, quam vxorem duxerat inclytus Vulcanus; inque eius haeſit manu, verbaque fecit, dixitque: „Quam - ob - rem, Theti ſinuoſo - peplo - induta, venis ad noſtram domum, verandaque dilectaque? antea quidem

nequaquam ſaepe - veniebas. Sed ſequere vlterius; vt tibi hoſpitales - epulas apponam."

Sic locuta, vlterius ducebat auguſtiſſima dearum; hanc quidem deinde ſedere - fecit in ſede argenteis - clauis - diſtincta, pulcra, vario - artificio - facta; ſcabellum vero pedibus ſuberat: vocauit autem Vulcanum inclytum - artificem, dixitque ſermonem:

„Vulcane, prodi huc, Thetis aliqua vtique in re tui indiget." Huic vero reſpondit deinde inclytus Vulcanus:

„Profecto mihi omnino colendaque et veneranda dea intus, quae me ſeruauit, quando me dolor occupauit prolapſum longe, matris meae propter conſilium impudentis, quae me volebat occultaſſe, claudus cum eſſem; tum ſane paſſus forem dolorem animo, niſi me Eurynomeque, Thetisque excepiſſet ſinu; Eurynome, filia reflui Oceani. Has apud per nouennium fabricaui artificioſa multa, fibulasque, tortilesque armillas, fiſtulasque, et torques, in ſpecu concaua; circum autem fluentum Oceani ſpuma murmurans fluebat immenſum; neque quis alius norat neque deorum, neque mortalium hominum, ſed Thetisque et Eurynome aderant, quae me ſeruarunt. Haec nunc noſtram ad domum venit; ideo me admodum decet omnia Thetidi comas - pulcrae praemia - vitae ſeruatae ſoluere. Sed tu quidem nunc ei apponito epulas - hoſpitales lautas, dum ego folles reponam, inſtrumentaque omnia."

Dixit, et ab incudis - ſtipite vaſtus ardens *deus* ſurrexit claudicans; ſubtus autem tibiae multo molimine - ferebantur imbecillae. Folles quidem ſepoſuit ab igne, inſtrumentaque omnia arcam in argenteam collecta - collocavit, quibus opus - faciebat; ſpongia autem vndiquaque ora et ambas manus abſterſit, cervicemque validam et pectus hirſutum; induit vero tunicam; accepitque ſceptrum craſſum; et exiit foras claudicans; ancillae vero validis - ibant - paſſibus ſuſtentantes regem, aureae, viris adoleſcentulis ſimiles. Quibus quidem mens ineſt in praecordiis, ineſt et vox, et vis, ab immortalibus autem diis opera doctae - ſunt. Hae quidem, a latere regis ſedulo - ibant; ille vero aegre - gradiens, prope, vbi Thetis, in throno conſedit fulgido, inque eius haeſit manu, verbaque fecit, dixitque:

„Quam - ob - rem, Theti ſinuoſo - induta - peplo, venis noſtram ad domum, venerandaque, dilectaque? Antea quidem haudquaquam ſaepe veniebas. Eloquere, quod habes - in animo; perficere autem me animus iubet, ſi poſſum vtique perficere, et ſi perfici poteſt.“

Huic autem reſpondit deinde Thetis lacrymas - defundens: „Vulcane, an omnino iam vlla, quotquot deae ſunt in Olympo, tot mente ſua pertulit moerores graues, quot mihi prae omnibus Saturnius Iupiter dolores dedit? Vnam quidem me ex aliis marinis homini coniugem - ſubiecit, Aeaci filio Peleo, et ſuſtinui hominis amplexum, admodum inuita; is qui-

dem iam ſenio graui iacet in aedibus confectus; alios vero mihi nunc *dolores dedit Iupiter*. Filium poſtquam mihi dedit vt parerem enutriremque, praeſtantiſſimum heroum, is autem ſuccreuerat plantae ſimilis; eum quidem ego educatum, tanquam plantam in - fecundo - loco agri, nauibus miſi recuruis ad Jlium, contra Troianos pugnaturum: hunc autem non - recipiam rurſus domum reuerſum, in aedes Peleïas. Sed et, quamdiu mihi viuit et videt lumen ſolis, triſtatur, neque quid ei poſſum auxiliari profecta. Puellam quam quidem ei praemium - electum - dederant filii Achiuorum, hanc rurſus e manibus abstulit rex Agamemnon. Is ſane huius gratia moerens, praecordiis tabeſcebat: at Achiuos Troiani ad puppes actos - concluſerunt, neque foras ſinebant exire; hunc autem precati - ſunt primores Argiuorum, et multa inclyta dona recenſita - pollicebantur. Ibi ipſe quidem deinceps abnuit exitium arcere; ſed ille Patroclum ſuis armis induit, miſitque eum in pugnam, multasque vna copias praebuit. Toto vero die pugnarunt ad Scaeas portas; et omnino eo ipſo die vrbem expugnaſſent, niſi Apollo, magnam cladem cum - iam - fecerat, Menoetii fortem filium occidiſſet inter primos pugnatores, et Hectori gloriam dediſſet. Huius gratia nunc ad tua genua accedo, ſi volueris filio meo breui - morituro dare clypeum et galeam, et pulcras ocreas fibulis apte - iunctas, et thoracem; quicquid enim ei erat *armorum*, perdidit

fidus ſodalis, a Troianis domitus; hic vero iacet - ſuper terram animo dolens.“

Huic vero reſpondit deinde inclytus Vulcanus: „Bono - ſis animo, ne tibi haec menti tuae ſolicitudini - ſint. Vtinam enim ipſum a morte horriſona ſic poſſem ſeorſum abscondere, quando eum fatum graue adierit, vt ei arma pulcra aderunt, qualia quilibet certe hominum multorum admirabitur, qui quidem viderit.“

Sic locutus, illam quidem reliquit illic, abiitque ad folles; illos autem recta contra ignem vertit, iuſſitque operari. Folles autem in fornacibus viginti omnes ſpirabant, omnigenum facilem - inflatu ſpiritum emittentes; nunc quidem opus vrgenti vt inſeruirent, nunc vero contra, quemadmodum Vulcanusque vellet et opus perfici poſſet. Aes autem in igne poſuit indomitum, ſtannumque, et aurum pretioſum, et argentum; deinde vero poſuit in ſtipite magnam incudem; ſumſitque manu malleum grauem, alteraque ſumſit forcipem.

Fecit autem primum Scutum magnumque ſolidumque, vndiquaque artificio - vario exornans, orbemque extimum circumdedit fulgidum, triplicem, candentem, et ab *eo nexuit* argenteum lorum. Quinque autem ipſius erant ſcuti plicae; et in eo fecit artificioſa multa peritis praecordiis.

In *eo* quidem terram finxit et coelum, finxit et mare, ſolemque indefeſſum, lunamque plenam. Finxit et ſidera omnia, quibus coelum

redimitum - ornatur, Pleiadesque, Hyadesque, roburque Orionis, Vrſamque, quam et Plauſtrum vulgo vocant, quae ibidem vertitur, et Orionem obſeruat; ſola autem exſors eſt lauacrorum Oceani.

Fecit in *eo* et duas vrbes articulate - loquentium hominum pulcras: in vna quidem nuptiaeque erant, conuiuiaque - ſolennia; ſponſas autem ex thalamis, taedis ſublucentibus, ducebant per vrbem, crebroque hymenaeus excitabatur; adoleſcentes autem ſaltatores in orbem - agebant ſe, interque eos tibiae citharaeque ſonum edebant; mulieres vero ſtantes admirabantur in veſtibulis vnaquaeque. Homines autem in foro erant frequentes; ibi nempe contentio . orta erat: duo enim viri contendebant gratia mulctae, propter virum interfectum; alter quidem affirmabat, omnia reddidiſſe, populo declarans; alter vero negabat, quicquam accepiſſe. Ambo itaque cupiebant teſtibus - datis litem ad exitum perducere. Ciues autem vtrisque acclamabant, hinc - inde fautores; praecones vero populum ſedabant; at ſeniores ſedebant ſuper politos lapides, ſacro in circulo. Sceptra vero praeconum in manibus habebant vocibus - aërem - replentium, *et* cum his deinde exſurgebant, et alternatim cauſſam dicebant. Iacebant autem in medio duo auri talenta, ei danda qui inter hos cauſſam rectiſſime egiſſet.

Alteram vero vrbem duo exercitus obſidebant copiarum, armis fulgentes; bifariam autem ipſis placebat conſilium, aut euertere, aut in-

duas - partes omnia diuidere, opes *ſcilicet*, quantas oppidum amoenum intus continet. Illi vero, *oppidani* nondum parebant, ad inſidias autem clam ſe - armabant, murum quidem coniugesque dilectae et parui liberi cuſtodiebant ſupra - ſtantes, interque *eos* viri, quos tenebat ſenectus. Ipſi vero profecti ſunt; praeibat autem iis Mars et Pallas - Minerua, ambo aurei, aureasque veſtes induti erant, pulcri et magni, cum armis, ſicut dii ſcilicet, vtrinque perinſignes; populi autem humiliores erant. Ii autem cum iam *eo* peruenerant, vbi illis videbatur inſidiari, apud fluuium, vbi et aquatio erat omni pecori, ibi hi conſederunt, tecti coruſco aere; his vero deinde ſeorſum duo ſpeculatores ſedebant a copiis, obſeruantes, ſiquando bues viderent et camuros boues. Illi vero *qui obſidebant*, ſtatim progrediebantur, duoque vna ſequebantur paſtores, oblectantes - ſe fiſtulis; inſidias enim neutiquam praeſenſerant. Ii quidem *in inſidiis ſedentes* his proſpectis incurrerunt, et continuo praedantes abducebant boum armenta et greges pulcros candidarum ouium, interficiebant autem inſuper paſtores. Illi vero *obſidentes* vt audierunt magnum tumultum apud boues, pro concione ſedentes, confeſtim equos conſcendentes pedes - in - altum - attollentes inſecuti ſunt; moxque peruenerunt. Conſiſtentes vero pugnabant pugnam fluuii propter ripas, feriebantque inuicem ſe aeratis haſtis. Inter eos autem Diſcordia, et Tumultus verſabantur, et exitiale Fatum, alium viuum tenens re-

cens - vulneratum, alium illaeſum; alium interfectum per praelium trahebat pedibus. Veſtem autem habebat circum humeros admodum - cruentatam ſanguine humano; verſabantur vero, tanquam viui homines, atque pugnabant, cadaueraque ſuorum - inuicem trahebant interemta.

Poſuit in *eo* et nauale molle, pingue aruum, latum, tertiatum: multi autem aratores in ipſo iuga conuertentes agebant huc et illuc. Ii autem quoties reuerſi peruenirent ad finem arui, iis tunc in manus poculum praedulcis vini dabat vir obiens; illi autem conuertebant ſe ad ſuos quisque ſulcos, cupidi noualis profundi ad terminum perueniendi. Ipſum autem *nouale* nigricabat a - tergo, verſoque - aratris ſimile - erat, aureum licet eſſet; hoc ſane ingens miraculum effictum erat.

Poſuit in *eo* et ſeparatum agrum profundae ſegetis; in quo operarii metebant, acutas falces in manibus tenentes; manipuli autem alii recta ſerie denſi cadebant in - terram, alios vero manipulorum - ligatores vinculis conſtringebant. Tres autem manipulorum - ligatores ſequentes inſtabant; at pone pueri manipulos - colligentes in vlnis ferentes, vsque porrigebant. Rex vero inter hos ſilentio ſceptrum tenens ſtabat apud ſulcum laetus corde. Praecones autem ſeorſum ſub quercu conuiuium apparabant; bouem nempe mactatum magnum hinc - inde curabant; mulieresque coenam operariis, albas farinas multas immiſcebant.

Fecit in *eo* et vuis admodum grauatam vineam, pulcram, auream; nigrique per *eam* racemi erant; ſtabatque innixa - palis - ex - ordine argenteis; circum autem *fecit* cyaneam foſſam, circum et ſeptum duxit ſtanni; vna autem ſola ſemita erat ad eam, qua ibant baiuli, quando vindemiarent vineam. Virgunculae autem et adoleſcentuli, teneris animis, textilibus in qualis portabant praedulcem fructum. His vero in mediis puer cithara arguta ſuauiter perſonabat; chordaque eleganter ſuccinebat tenella voce: hi autem ferientes - *terram* ſimul cum cantuque ſibiloque, pedibus tripudiantes ſequebantur.

In *eo* et armentum fecit boum capita - alte - ferentium; boues autem ex auro effictae erant, ſtannoque, cumque mugitu e ſtabulo ruebant ad - paſcua praeter fluuium reſonantem, admodum rapidum, cannis - abundantem. Aurei autem paſtores vna ibant cum bobus quatuor, nouemque illos canes pedibus celeres ſequebantur. Terribiles vero leones duo inter primas boues taurum graues - gemitus - edentem tenebant; isque, alte mugiens trahebatur, eumque canes recepturi - ſequebantur et iuvenes. Illi quidem diſcerpta bouis magni pelle, viſcera et nigrum ſanguinem hauriebant; paſtores vero fruſtra inſequebantur, veloces canes hortatibus incitantes. Illi enim mordere quidem recuſant leones, ſtantes autem admodum prope latrabant, et euitabant.

Fecit in *eo* et paſcuum inclytus Vulcanus, amoeno in ſaltu, magnum ouium candidarum, ſtabulaque, tuguriaque, tectaque ouilia.

In *eo* et chorum vario - effinxit - artificio inclytus Vulcanus, ei ſimilem, qualem olim in Cnoſſo lata Daedalus concinnauit comas - pulcrae Ariadnae. Ibi quidem adoleſcentes et virgines formoſae tripudiabant, alter alterius ad carpum manus tenentes; horum autem illae quidem tenues linteas - veſtes habebant; illi vero tunicas induti erant bene - textas, leniter nitentes oleo. Et hae quidem pulcras coronas gerebant, illi vero gladios habebant aureos pendentes ab argenteis balteis. Hi vero quandoque quidem *in orbem* discurrebant doctis pedibus leuiter admodum, veluti cum aliquis rotam aptatam manibus ſedens figulus tentaverit, ſi currat; quandoque autem rurſus discurrebant per ordines inuicem. Multa vero pulcram choream circumſtabat turba oblectantes - ſe. Duo autem ſaltantes - in - caput inter ipſos cantum exordientes agebant - ſe per medios.

Poſuit in *eo* et fluuii magnum robur Oceani, orbem propter extremum ſcuti affabre facti.

At poſtquam fabricatus erat Scutum magnumque ſolidumque, fecit ei Thoracem fulgentiorem ignis ſplendore: fecit ei et Caſſidem validam, temporibus quadrantem, pulcram, mul-

to - exornatam - artificio; aureamque Criſtam ſuperimpoſuit; fecit ei et Ocreas e ductili ſtanno.

At poſtquam omnia arma elaborarat inclytus Vulcanus, coram matre Achillis poſuit ſublata. Illa vero, accipiter tanquam, deſiliit ab Olympo niuoſo, arma coruſcantia a Vulcano ferens.

ILIADIS

LIBER XIX.

Aurora quidem croceo - peplo - induta ab Oceani fluentis exoriebatur, vt immortalibus lucem ferret et mortalibus: illa vero ad naves peruenit a deo dona ferens. Inuenit autem Patroclo circumfuſum ſuum carum filium, eiulantem acute; multi autem circum ipſum ſocii lamentabantur; inter hos vero adſtitit auguſtiſſima dearum, inque eius haeſit manu, verbaque fecit, dixitque:

„Fili mi, hunc quidem ſinamus, dolentes licet, iacere, quandoquidem primum deorum conſilio interfectus eſt: tu vero a Vulcano allata inclyta arma accipe, pulcra admodum, qualia nondum quisquam vir humeris geſtauit."

Sic ſane locuta dea arma depoſuit ante Achillem; illa vero ſonitum - edidere facta - artificioſe omnia. Myrmidones vero omnes cepit tremor, neque quis ſuſtinuit contra adſpicere, ſed territi - diffugerunt. At Achilles vt vidit, ſtatim ipſum magis ſubiit ira; intus autem ei oculi terribiliter ſub palpebris, tanquam flamma, micuerunt. Oblectabatur autem in manibus tenens dei ſplendida dona. At, poſt-

quam mente ſua delectatus erat artificioſa adſpiciens, continuo matrem ſuam verbis alatis allocutus eſt:

„Mater mea, haec quidem arma deus dedit, qualia par *eſt*, opera eſſe immortalium, neque mortalem virum perfeciſſe; nunc vero ego quidem me armabo; ſed perquam grauiter timeo, ne mihi interea Menoetii fortem filium muſcae ſubeuntes per aere - inflicta vulnera vermes intus generent, deturpentque cadauer; (vita nempe ademta eſt;) inque corpore omnia putreſcant.“

Ei autem reſpondit deinde dea Thetis pedes - argentea: „Fili, ne tibi haec in animo tuo ſint - curae; ab hoc quidem ego conabor arcere improba examina, muſcas, quae ſane viros pugna - interfectos comedunt. Etſi enim iaceat vel integrum in annum: vsque ei erit corpus incorruptum, aut etiam melius. Quin tu, ad concionem vocatis heroibus Achiuis, ira renuntiata Agamemnoni, paſtori populorum, continuo prorſus ad pugnam armator, indueque fortitudinem.“

Sic quidem fata, animum audentiſſimum immiſit; Patroclo vero ambroſiam et nectar rubrum inſtillauit per nares, vt ei corpus incorruptum eſſet.

Ibat autem praeter littus maris nobilis Achilles, horrendum vociferans, excitabatque heroas Achiuos; et quicunque etiam antea nauium in coetu ſolebant manere, quique gubernatores, et tenebant clauos nauium, et

promi - condi apud naues erant, cibi diſpenſatores; et hi tunc ſane ad concionem ibant, quod Achilles in conſpectum - ſe - dederat; diu enim pugna abſtinuerat triſti. At duo claudicantes ibant Martis famuli, Tydidesque bellicoſus, et nobilis Vlyſſes, haſtae innitentes; adhuc enim habebant vulnera grauia; in prima autem concione conſederunt profecti. At vltimus venit Rex virorum Agamemnon, vulnus habens: etenim illum in aſpera pugna vulnerauerat Coon Antenorides aerata haſta. Verum poſtquam omnes congregati ſunt Achiui, inter eos exſurgens locutus eſt pedibus celer Achilles:

„Atride, ſane aliquantum hoc vtrique vtilius erat tibi et mihi (haec non eueniſſe); quando nos quidem dolentes corde, animum - rodente contentione exarſimus, gratia puellae. Hanc debebat in nauibus occidere Diana ſagitta, die illo, quo ego cepi Lyrneſſum populatus! Tum ſane non tot Achiui mordicus prehendiſſent immenſum ſolum, hoſtium manibus - ſtrati, me iram - fouente. Hectori quidem et Troianis hoc vtilius; at Achiuos diu meae et tuae contentionis memores - fore puto. Sed ea quidem ante - acta - eſſe ſinemus, dolentes licet, animo in pectoribus noſtro domito neceſſitate. Nunc vero ego ſane impono - finem irae, neque omnino me par eſt pertinaciter vsque iraſci. Sed age ocyus hortatibus - concita ad praelium comantes Achiuos, vt adhuc etiam Troum periculum - faciam obuius profec-

tus, num velint apud naues pernoctare. Sed aliquem puto libenter ipſorum genu flexurum eſſe, qui quidem effugerit ardenti e praelio *fugatus* ab haſta noſtra.“

Sic dixit: Laetati autem ſunt bene - ocreati Achiui, irae cum renuntiaſſet magnanimus Pelides.

Inter hos autem locutus eſt et rex virorum Agamemnon, ex - eo ipſo - loco, a ſede, neque in medios prodiens ſtabat:

„O amici, heroës Danai, famuli Martis, ſtantem quidem decet *vos* audire, neque conuenit interpellare: moleſtum enim *eſt*, *interpellari*, peritus licet quis ſit. Virorum autem in magno tumultu quomodo quis audire poſſit, vel dicere? Impeditur autem, canorus licet concionator. Ad Pelidem quidem ego orationem dirigam: ſed vos caeteri intelligite, Argiui, ſermonemque diligenter cognoſcite quisque. Saepe iam mihi hunc Achiui ſermonem dixerunt, et mihi conuitiari - ſoliti - ſunt; ego autem non in - cauſa ſum, ſed Iupiter, et Fatum, et per - tenebras - vagans Erinnys, qui mihi in concione menti iniecerunt ſaeuam noxam, die illo, quo Achillis praemium ipſe abſtuli. Sed quid faciam? numen omnia perficit: veneranda *nempe* Iouis filia Ate, [*Noxa,*] quae omnes noxa - afficit, pernicioſa: huius quidem molles pedes; non enim ad ſolum appropinquat, enimvero illa per virorum capita incedit, laedens homines; *alium igitur quoque*, non modo nos, *malo illa irretiuit.* Etenim iam olim Io-

vem laeſit, quem tamen potentiſſimum hominum et deorum dicunt eſſe; ſed ſane etiam hunc Iuno, femina licet, dolis decepit, die illo, quo erat vim Herculeam Alcmena paritura pulcris - cincta muris in Thebe. Ille ſane glorians dixerat inter omnes deos:"

„Auſcultate mihi, omnesque dii, omnesque deae, vt dicam, quae me animus in pectore iubet: Hodie virum in - lucem partuum - doloris - praeſes Jlithyia edet, qui omnibus finitimis imperabit, eorum hominum, ex genere qui et ſanguine meo ſunt."

Hunc vero dolos - meditans allocuta eſt veneranda Iuno: „Falles, neque poſthaec effectum ſermoni impones. Eia autem age, nunc mihi iura, Olympie, firmum iusiurandum, revera eum omnibus finitimis imperaturum, quisquis die hoc ceciderit intra pedes mulieris eorum hominum, qui tui ex ſanguine ſunt generis."

„Sic dixit. Iupiter autem neutiquam fraudem ſenſit, ſed iurauit magnum iuramentum; deinde vero magnum malum - accepit. Iuno enim impetu - facto reliquit verticem Olympi, ſtatimque peruenit Argos Achaicum, vbi vtique norat generoſam vxorem Stheneli - Perſeï filii. Ea vero geſtabat - vtero - carum filium, ſeptimo ineunte menſe; eduxit autem *Iuno* in - lucem, nondum licet aſſecutum iuſtum - menſium - numerum; Alcmenae vero inhibuit partum, repreſſitque Jlithyias; ipſa autem renunciatura *factum*, Iouem Saturnium allocuta eſt:"

„Iupiter pater, rutilum fulmen iaculans, rem quandam tibi in mentem ponam: Iamiam vir natus eſt nobilis, qui Argiuis imperabit, Euryſtheus, Stheneli filius Perſeïdae, tuum genus; non ei indignum *eſt* imperare Argiuis.“

„Sic dixit. Eum vero dolor acutus in mente feriit profunda. Illico autem corripuit Aten capite nitentibus - capillis - ornato, iratus animo ſuo, et iurauit firmum iuramentum, nunquam in Olympumque et coelum ſtellatum redituram Aten, quae omnibus noxam - infert.“

„Sic fatus, proiecit a coelo ſtellato manu circumrotatam; ſtatim autem peruenit *ea* ad opera hominum. Huius opera ſemper ingemiſcebat *is*, quando ſuum carum filium videret, opus indignum ſuſtinentem, ſub Euryſthei laboribus.“

„Sic et ego, quando nempe ingens pugnam - expedite - ciens Hector Argiuos perdebat ad puppes nauium, non poteram obliuiſci noxae, qua ſemel laeſus fueram. At poſtquam noxam - accepi, et meam mentem eripuit Iupiter, iterum volo placare, dareque infinita dona. At exſurge ad pugnam et caeteras excita copias. Dona autem ego ipſe omnia praebebo, quaecunque tibi profectus heſternus in tentoriis promiſit nobilis Vlyſſes. Sin vis, expecta, feſtinans licet ad certamen; dona autem tibi miniſtri, mea ex naue ſumta, ferent, vt videas, quod tibi animum - placantia dabo.“

Hunc autem reſpondens allocutus eſt pedibus velox Achilles: „Atride glorioſiſſime, rex

virorum, Agamemnon, dona quidem ſi vis praebere, vt aequum eſt; vel retinere, in tua poteſtate eſt; nunc vero recordemur praelii ſtatim prorſus; non enim decet verbis - tempus - terere hic manentes, neque moras - trahere. Adhuc enim magnum opus infectum: vt aliquis vtique rurſus Achillem inter primos videat haſta aerea Troianorum perdentem phalangas. Sic vero et aliquis veſtrum memor cum viro pugnet.“

Hunc autem reſpondens allocutus eſt abundans - conſiliis Vlyſſes: „Ne tamen ſic, ſtrenuus licet ſis, deo - ſimilis Achille, ieiunos impelle ad Jlium filios Achiuorum cum Troianis pugnaturos: quia non *in* exiguum tempus erit certamen, poſtquam primum congreſſae - fuerint phalanges virorum, deusque inſpirauerit animos vtrisque. Sed veſci iube velocibus in nauibus Achiuos cibo et vino; hoc enim, robur eſt et vis. Neque enim vir totum diem vsque ad ſolem occidentem expers cibi poterit contra *hoſtem* pugnare. Tametſi etenim animo vtique promto - ſit ad pugnandum: tamen ſenſim membra grauantur, et inceſſunt ſitisque et fames, debilitantur genua eunti. Qui vero vir, vini ſatur et cibi, cum viris hoſtibus totam diem pugnat: audens omnino ei animus in praecordiis, neque quicquam membra prius defatigantur, quam omnes recedant a pugna. Sed age, populum quidem dimitte, et ientaculum iube inſtrui; dona autem rex virorum Agamemnon ferat in mediam concionem,

vt omnes Achiui oculis videant, tuque animo tuo laeteris. iuret autem tibi iusiurandum, inter Argiuos surgens, nunquam huius cubile ascendisse *se*, vel congressum esse, qua mos est, rex, et virorum et mulierum. Quin et tibi ipsi animus in praecordiis placidus sit. Ac deinde te conuiuio in tentoriis recreet, lauto, vt ne quid quod pro satisfactione postulari potest, desit. Atride, tu vero deinde aequior et in alium eris; haudquaquam enim indigne ferendum, regem virum placare, quando quis prior iniuria accepta indignetur."

Illum vero vicissim allocutus est rex virorum, Agamemnon: „Gaudeo tuo, Laërtiade, hoc sermone audito: recte enim et ordine omnia obiisti et enumerasti. Haec sane ego volo iurare, iubetque me animus, neque peierabo, per deum; sed Achilles maneat hic eousque saltem, festinans licet ad certamen; manete et alii omnes congregati, donec dona e tentoriis venerint, et foedera fida ferierimus. Tibi vero ipsi hoc ego praecipio, et iniungo, *o Vlysses*, delectis iuuenibus primoribus vniuersorum Achiuorum, dona mea a naue afferto, quot Achilli heri polliciti sumus *nos* daturos esse, adducitoque mulieres. Talthybius autem mihi ocyus per castra lata Achiuorum aprum quaesitum apparet mactandum Iouique, Solique."

Hunc autem respondens allocutus est pedibus velox Achilles: „Atride, gloriosissime, rex virorum, Agamemnon, alio quidem tempore potius debetis haec procurare, quando aliqua

ceſſatio a pugna poſtea fuerit, et martius ardor non tantus ſit in praecordiis meis; nunc vero illi quidem iacent confoſſi, quos domuit Hector Priami filius, quando ei Iupiter victoriam praebuit; vos autem ad cibum *Achiuos* convocate; ego ſane omnino nunc quidem hortarer pugnam - inire filios Achiuorum ieiunos, impaſtos; vbi vero ſol occiderit, parare magnam coenam, poſtquam vlti eſſemus contumeliam. Ante vero nequaquam mihi quidem meum per guttur demittetur nec potus, neque cibus, ſodale mortuo, qui mihi in tentorio confoſſus acuto aere iacet, in veſtibulum *pedibus* conuerſis; circum autem ſocii lugent. Ideo mihi neutiquam in mente haec curae ſunt, ſed caedesque, et ſanguis, et grauis gemitus virorum.“

Illum vero reſpondens allocutus eſt abundans - conſiliis Vlyſſes: „O Achille, Pelei fili, longe fortiſſime Achiuorum, praeſtantior es me et fortior non parum quidem haſta; ego vero te prudentia vtique ſuperauero multum; prior etenim natus ſum, et plura cognoui: itaque tibi acquieſcat animus verbis meis. Statim prorſus pugnae fit ſatietas hominibus, cuius plurimam quidem ſtipulam in terram aes fudit; meſſis autem eſt perexigua, quando inclinet lances Iupiter, qui hominum arbiter pugnae eſt. Ventre vero haudquaquam licet mortuum lugere Achiuos. Admodum enim multi et crebri diebus omnibus cadunt; quando igitur quis reſpirare poterit a dolore? ſed oportet eum qui-

dem ſepelire, quicunque mortuus ſit, patientem animum habentes, per diem vnam deflendo; quótquot vero pugnae horrendae ſuperfuerint, meminiſſe potus et cibi, vt adhuc acrius magis viris *cum* hoſtibus pugnemus indefinenter vsque, induti corpus aere indomito. Neque quis alia copiarum cohortatione expectata ſubſiſtat; illa enim cohortatio male ei cedet, quicunque relictus fuerit apud naues Argiuorum; ſed omnes-ſimul *caſtris*-egreſſi in Troianos equûm-domitores excitemus acre praelium."

Dixit, et Neſtoris filios ſibi comites delegit gloria ſublimis, Phylei filium quidem Megetem, Thoantemque, Merionemque, et Creontis filium Lycomedem, et Melanippum. Perrexerunt autem ire ad tentorium Agamemnonis Atridae. Statim deinde ſimul verbum fuit, et perfectum eſt opus. Septem quidem e tentorio tripodes ferebant, quos ei pollicitus erat, ſplendidosque lebetes viginti, duodecimque equos. Eduxerunt confeſtim et mulieres forma-egregias, operum ſcientes, ſeptem; at octauam, Briſis filiam genas-pulcram. Auri autem appenſa Vlyſſes decem omnia talenta, praeibat *ferens;* ſimulque alii dona ferebant iuuenes Achiuorum. Et ea quidem in media concione poſuerunt. At Agamemnon ſurrexit; Talthybius autem, deo ſimilis voce, aprum tenens manibus, adſtabat paſtori populorum. Atrei filius autem, extracto manibus cultro, qui ei iuxta enſis magnam vaginam ſemper pendebat, apri ſetis pro primitiis abſciſſis, Ioui manibus ſublatis, precabatur.

Ii vero omnes ibidem ſedebant tacite Argivi, vt par erat, auſcultantes regi. Conceptis autem precibus dixit, ſuſpiciens in coelum latum:

„Teſtis - ſit nunc Iupiter primum, deorum ſummus et optimus, Terraque, et Sol, et Furiae, quae ſub terram homines puniunt, quicunque periurium iurarit: Nequaquam ego puellae Briſis filiae manum intuli, neque concubitus cauſa indigens *ipſa*, neque alicuius alterius *rei:* ſed manſit intacta in tentoriis meis. Si vero quid horum periurium *eſt*, mihi dii aerumnas dent multas admodum, quot dant *ei*, qui in eos peccarit iurando."

Dixit, et iugulum apri abſcidit ſaeuo aere: hunc quidem Talthybius cani maris in magnum aequor proiecit circumrotatum, eſcam piſcibus. At Achilles aſſurgens inter Argiuos bellicoſos locutus eſt:

„Iupiter pater, magnas calamitates omnino mortalibus infers; neque enim vnquam animum in praecordiis meis Atrides commouiſſet prorſus, neque puellam vtique abduxiſſet, me inuito, mala - ſtruens; at nimirum Iupiter voluit Achiuis mortem multis contingere. Nunc vero abite ad ientaculum, vt committamus praelium."

Sic dixit. Soluitque concionem celerem. Illi quidem diſpergebantur ſuam ad nauem quisque: dona vero Myrmidones magnanimi procurabant. Iuerunt autem ad nauem ferentes Achillis diuini; et ea quidem in tentoriis po-

ſuerunt, collocaueruntque - in - ſedibus mulieres; equos vero ad armentum egerunt famuli praeclari. Tum vero Briſis filia ſimilis aureae Veneri, vt vidit Patroclum laceratum acuto aere, ipſi circumfuſa, ſtridulum edebat - vlulatum, manibusque laniabat pectoraque, et teneram ceruicem, atque pulcra ora. Dixit autem flens mulier, ſimilis deabus:

„Patrocle, mihi miſerae cariſſime animo, viuum quidem te reliqui ego, e tentorio abiens, nunc vero te mortuum inuenio, princeps populorum reuerſa. Vt me excipit malum e malo ſemper! Virum quidem, cui collocarant me pater et veneranda mater, vidi ante vrbem confoſſum acuto aere; tresque fratres, quos mihi eadem peperit mater, coniunctiſſimos, qui omnes exitialem diem obierunt; haudquaquam tamen me ſinebas, quando virum meum velox Achilles interfecit, euertitque vrbem diuini Mynetis, flere; ſed me dicebas Achillis diuini puellarem vxorem *te* facturum eſſe abducturumque in nauibus in Phthiam, inſtructurumque epulas - nuptiales inter Myrmidonas. Ideo te indeſinenter fleo mortuum, animo ſemper manſuetum."

Sic dixit flens: adgemebant autem feminae, de Patroclo, ſpecie; de ſuis autem *reuera* ipſarum malis ſingulae. Ipſum vero circum *Achillem* ſeniores Achiuorum congregabantur, precantes, vt ientaculum ſumeret. Is vero recuſabat gemebundus:

„Obſecro, ſiquis omnino mihi carorum obſequatur ſociorum, ne me ante cibo iubete, neque potu, ſatiare meum animum; dolor enim me grauis inuadit; ad occidentem autem ſolem expectabo, et durabo *ſine cibo* prorſus.“ Sic fatus, alios quidem dimiſit reges; duo autem Atridae manebant et nobilis Vlyſſes, Neſtor, Idomeneusque, ſenexque equûm - agitator Phoenix, oblectantes aſſidue triſtem; neque quicquam animo oblectabatur, antequam praelii aciem ſubiret ſanguinolenti. Recordatus vero crebros ex - imo - pectore - trahebat - *gemitus*, dixitque: „Certe mihi olim et tu, infelix, cariſſime ſodalium, ipſe in tentorio lautum ientaculum apponebas propere et diligenter, quando feſtinarent Achiui Troianis equûm - domitoribus inferre lacrymoſum Martem. Nunc vero tu quidem iaces confoſſus; ſed meum cor expers potus et cibi, *ex iis*, quae in domo ſunt, tui deſiderio. Neque enim quicquam peius aliud paterer, ne quidem ſi vel patrem mortuum audirem, qui fortaſſe nunc in Phthia molles lacrymas effundit, deſiderio talis filii; ipſe vero alienigeno in populo propter inuiſam Helenam contra Troianos bellum - gero; vel, *ſi mortuum audirem*, illum, qui in Scyro mihi nutritur carus filius, ſi quidem adhuc viuit, Neoptolemus diuina - forma - praeditus. Nam antea quidem mihi animus in praecordiis ſperabat, ſolum me moriturum eſſe, longe ab Argo apto - equis, hic in Troia; te vero ad

Phthiam rediturum - eſſe, vt mihi filium veloci cum naue nigra e - Scyro educeres, et ei oſtenderes ſingula, poſſeſſionem meam, ſervosque, et altum - tectum - habentem magnam domum. Nunc enim Peleum vtique puto vel prorſus interiiſſe, vel aegre adhuc viuentem triſtari, ſenioque inuiſo, et de me expectantem ſemper triſtem nuntium, quando interfectum audiat."

Sic dixit flens; adgemebant autem primores, recordati quae quisque in aedibus reliquerant. Lugentes vero hos intuitus, miſeratus eſt Saturnius. Confeſtimque Mineruam verbis alatis allocutus eſt:

„Filia mea, iam prorſus deſeris virum bonum. An vtique tibi haud iam omnino in animo curae eſt Achilles? En ille ante naues puppibus - excelſas, ſedet plorans ſodalem carum; alii vero iam abierunt ad ientaculum; is autem ieiunus et impaſtus *eſt*. Quin abi, ei nectarque et ambroſiam amabilem inſtilla in pectus, vt ne ipſum fames occupet."

Sic locutus, impulit antea paratam - animo Mineruam: Illa vero, harpae ſimilis alas - patulae, vocem argutae, e coelo deſiliit, per aetherem. At Achiui iam - tum armabantur per caſtra; illa vero Achilli nectar in pectora et ambroſiam amabilem inſtillauit, vt ne eum fames peracerba genua occuparet. Ipſa vero ad patris praepotentis ſolidam domum abiit; illi autem ſeorſum a nauibus fundebantur velocibus. Vt vero, cum denſae niues a Ioue deuo-

lant, gelidae impetu - actae ſerenitatem - inducentis Boreae: ſic tunc crebrae galeae, lucidum renidentes, e nauibus ferebantur, et clypei vmbonibus - muniti, thoracesque concauis - firmi, et fraxineae haſtae. Fulgor autem ad - coelum - vsque aſcendebat, renidebatque omnis circum terra aeris prae fulgure: ſtrepitusque ciebatur ſub pedibus virorum. In mediis vero armabatur nobilis Achilles; cui et dentes quidem frendebant, oculique ſplendebant, velut ignis flamma; eique cor penitus ſubiit dolor intolerabilis. Ille quidem Troianis iraſcens, induit dona dei, quae ei Vulcanus elaborauerat fabricans. Ocreas quidem primum circa tibias poſuit pulcras, argenteis fibulis apte - iunctas; tum poſtea, thoracem circa pectora induebat; circum humeros autem poſuit enſem argenteis - clauis - diſtinctum, aereum: deinde autem ſcutum magnumque, ſolidumque, ſumſit; eius autem in longinquum fulgor ibat tanquam lunae. Vt vero, cum e ponto flamma nautis relucet ardentis ignis, is autem ardet in altum in montibus, loco in ſolitario; eos vero inuitos procellae ponto ſuper piſcoſo ſeorſum ab amicis ferunt: ſic ab Achillis ſcuto ſplendor ad aethera ibat pulcro, affabre - facto. Galeam vero ſublatam *in altum* capiti impoſuit validam; haec autem ſtella tanquam, refulgebat ſetis - equinis - comans galea; quaſſabantur autem comae aureae, quas Vulcanus fuderat conum circum denſas. Experiebatur autem ſeipſum in armis nobilis Achilles, an

ſibi apta - eſſent, et faciles - in - iis - mouerentur pulcri artus: ei vero tanquam alae erant, attollebantque paſtorem populorum. E theca vero paternam extraxit haſtam, grauem, magnam, validam; quam quidem non poterat alius Achiuorum vibrare, ſed ipſam ſolus norat vibrare Achilles, Peliadem fraxinum, quam patri eius reciderat Chiron Pelii ex vertice, caedis - auctorem futuram heroibus. Equos autem Automedonque et Alcimus adornantes iungebant, pulcra - autem lora - iugalia circumpoſita erant; frenosque maxillis immiſerunt, habenasque extenderunt retro glutino - compactam ad ſellam; ſcuticam autem ſplendidam manu capiens habilem, in currum inſiliit Automedon; retro vero ad - pugnam - paratus conſcendebat Achilles, armis collucens, tanquam fulgidus ſol. Terribiliter autem equis imperitabat patris ſui:

„Xantheque, et Balie, inclyta ſoboles Podarges, alio iam modo deliberate ſaluum - referre aurigam retro Danaorum in agmen, vbi ſatiati - fuerimus pugna; neque, vt Patroclum, relinquite illic mortuum."

Hunc autem ſub iugo allocutus eſt pedibus celer equus Xanthus; ſtatim enim inclinauit caput; totaque iuba, circulo profuſa iuxta iugum, ad terram peruenit; vocalem vero reddidit dea vlnas - candida Iuno:

„Et certe te etiam nunc ſaltem ſaluum referemus, fortis Achille: ſed tibi prope dies exitialis, neque quicquam nos in culpa, ſed

deusque magnus et fatum violentum. Neque enim noſtra tarditateque ſegnitieque Troiani ab humeris Patrocli arma detraxerunt; ſed deorum fortiſſimus, quem comas - pulcra peperit Latona, interfecit inter primos - pugnatores, et Hectori gloriam dedit; nos vero vel flatum Zephyri curſu aequaremus, quem tamen velociſſimum dicunt eſſe; quin et tibi ipſi fatale eſt, a deoque et viro vi domari.“

Sic ſane locuti Erinnyes inhibuerunt vocem. Hunc autem valde indignatus allocutus eſt pedibus velox Achilles:

„Xanthe, quid mihi mortem vaticinaris? neque quid te oportet *hoc facere*. Bene iam noui et ipſe, quod mihi fatum hic perire, procul a dilecto patre et matre; attamen non ceſſabo, antequam Troës abunde ſatiauerint - ſe pugna.“

Dixit, et inter primos clamans dirigebat ſolidos - vngulis equos.

ILIADIS

LIBER XX.

Sic hi quidem apud naues recuruas armabantur circum te, Pelei fili, pugnae inſatiabilem Achiui. Troiani vero ex-altera-parte in loco-editiore campi. Iupiter autem Themidem iuſſit deos ad-concionem vocare vertice ab Olympi multas-conualles-habentis; illa autem quaquauerſum incedens iuſſit Iouis ad domum ire. Neque quis igitur fluuiorum aberat, praeter Oceanum, neque Nympharum, quae nemora pulcra habitant, et fontes fluuiorum, et prata herboſa. Cum venerant autem ad domum Iouis nubes-cogentis, politis ſedilibus-columnis-diſtinctis conſederunt, quae Ioui patri Vulcanus fecerat peritis praecordiis. Sic hi quidem in aedibus congregabantur. Neque Neptunus non-paruit deae, ſed e mari venit ad illos. Sedit autem in mediis, Iouisque exquirebat conſilium:

„Cur rurſus, rutili-fulminis-miſſor, deos ad conſilium vocaſti? Num quid de Troianis et Achiuis deliberas? Horum enim iam proxime eſt vt pugna praeliumque ardeat."

Hunc autem reſpondens allocutus eſt nubes - cogens Iupiter: „Noſti, Neptune, meum in praecordiis conſilium, quorum gratia congregaui: Curae - ſunt mihi, pereuntes licet; ſed ego ſane manebo in cacumine Olympi ſedens, ibi ſpectans mentem oblectabo; at iam vos caeteri abite, vt perueniatis ad Troianos et Achiuos; vtrisque vero auxilium ferte, prout animus fert cuiusque. Si enim Achilles ſolus contra Troianos pugnet, ne paulisper quidem ſuſtinebunt velocem Pelidem. Etenim ipſum etiam antea territi - fugiebant *tantum* aſpicientes: nunc vero, quum iam et animo ob - ſocium iraſcitur grauiter, vereor, ne et murum praeter fatum euertat."

Sic dixit Saturnius, certamenque pertinaciſſimum excitauit. Perrexerunt autem ire ad - pugnam dii, discordibus animis. Iuno quidem ad ſtationem nauium et Pallas Minerua, atque Neptunus terram - cingens, et vtilitatum - auctor Mercurius, qui mente prudenti ornatus erat; Vulcanus item cum his ibat, virtute *incitata* fremens; claudicans; ſubtus autem tibiae *multo molimine* - ferebantur imbecillae. Ad Troianos vero Mars pugnam - expedite - ciens; cumque ipſo Phoebus intonſus, et Diana ſagittis - gaudens, Latonaque, Xanthusque, amansque - riſum Venus. Quamdiu quidem ſeorſum dii a mortalibus erant viris, tamdiu Achiui ſane magnopere ſe - efferebant, quod Achilles in - conſpectum - ſe - dederat, diu enim pugna abstinuerat triſti: Troianos vero

tremor grauis ſubiit membra cuique, timentes, quod videbant pedibus - velocem Pelei filium armis ſplendentem, hominum - perniciei parem Marti. Sed poſtquam ad turbam Olympii venerant virorum, orta - eſt Eris, pollens, populi concitatrix; exclamabat vero Minerua ſtans interdum quidem ad foſſam manu-factam, extra-murum, interdum ſuper littoribus reſonis altum vociferabatur; clamabat et Mars ex - alia - parte, obſcuro turbini ſimilis, acute a ſumma vrbe Troianos adhortans; interdum propter Simoëntem currens ſuper Callicolone. Sic iſtos vtrosque beati dii excitantes commiſerunt, interque eos contentionem irrumpere fecerunt gravem. Horrendum autem intonuit pater hominumque deûmque ex alto; at ſubtus Neptunus concuſſit terram immenſam, montiumque excelſos vertices. Omnes autem concutiebantur radices riguae fontibus Idae, et vertices, Troianorumque vrbs, et naues Achiuorum. Timuit vero ſubtus rex inferorum Pluto, territusque ſolio exiliit, et exclamauit, *veritus;* ne ei ſuperne terram reſcinderet Neptunus quaſſator - terrae, domusque mortalibus et immortalibus panderentur viſu - terribiles, ſitu - ſentae, quas horrent dii ipſi: tantus vtique ſonitus oriebatur, diis certamine congreſſis. Nempe contra Neptunum quidem regem ſtabat Apollo Phoebus, ferens ſagittas pennatas; contra Martem vero dea caeſia - oculis Minerua; Iunonem autem contra ſtabat aureo - arcu - inſignis tumultuum - venaticorum - amans, Diana

ſagittis gaudens, ſoror Longe - iaculantis; Latonam autem contra ſtabat potens, vtilitatum - auctor Mercurius: contra autem et Vulcanum magnus fluuius vorticibus - profundus, quem Xanthum vocant dii, homines vero Scamandrum.

Sic quidem dii contra deos ibant. At Achilles Hectorem contra maxime cupiebat penetrare per turbam Priami filium: huius enim potiſſimum animus iubebat ſanguine ſatiare Martem, inuictum bellatorem. Aeneam autem recta copiarum - concitator mouit Apollo contra Pelei filium, immiſitque ei animum fortem; filio autem Priami, Lycaoni, aſſimilauit - ſe voce. Huic ſe cum - aſſimilaſſet, *eum* allocutus eſt Iouis filius Apollo:

„Aenea, Troianorum princeps, vbi tibi minae, quas Troianorum ducibus promiſiſti conviuans, Pelei filium Achillem contra pugnare?“

Illum vero Aeneas reſpondens allocutus eſt: „Priami fili, cur me haec licet inuitum iubes, contra Pelei filium ſupra - modum animoſum - pugnare? Non enim ſane iam primum pedibus - velocem contra Achillem ſtetero, ſed dudum me et alias haſta fugauit, ex Ida, quando boues inuaſit noſtras; euertitque Lyrneſſum et Pedaſum: ſed me Iupiter ſeruauit, qui mihi excitauit robur velociaque genua. Certe omnino domitus fuiſſem ſub manibus Achillis et Mineruae, quae ante eum vadens dabat victoriam, atque hortabatur haſta aerea Leleges et

Troianos interficere. Ideo non poteſt contra Achillem vir *mortalis* pugnare: ſemper enim adeſt vnus ſaltem deorum, qui perniciem auertat. Tum alias ipſius vtique recta telum volat, neque deſinit, antequam corpus humanum transadegerit. Si vero deus ipſe aequalem traheret lancem victoriae, non me valde facile vinceret, ne quidem ſi totus - aerëus glorietur eſſe.“

Hunc autem rurſus allocutus eſt rex, Iouis filius, Apollo: „Heros, quin et tu deos ſempiternos precare; nam te aiunt Iouis filia Venere ſatum eſſe; ille autem inferiore ex dea eſt; illa etenim *ex* Ioue eſt; haec vero ex marino ſene. Sed recta infer aes indomitum, neque te omnino ſaeuis verbis auertat et minis.“

Sic fatus, inſpirauit animum magnum paſtori populorum. Proceſſit autem per primos - pugnatores, armatus coruſco aere. Nec latuit Anchiſae filius candidam - vlnas Iunonem, contra Pelei filium vadens, per turmas virorum. Illa autem in - vnum vocatos inter deos verbum dixit: „Conſiderate iam vos, Neptune, et Minerua in mentibus veſtris, quomodo ſe - habitura - ſint hae res. Aeneas ille iuit, armatus coruſco aere contra Pelei filium: impulit nempe Phoebus Apollo. Sed agite, nos tamen eum auertamus retro illinc; aut aliquis vtique etiam noſtrum Achilli adſtet, detque robur magnum, neque quid animo egeat; vt ſciat, ipſum diligere potentiſſimos immortalium; hi vero inanes, qui hactenus vtique Troianis defendere -

conantur praelium et caedem. Omnes autem de caelo descendimus interfuturi huic pugnae; vt ne quid inter Troianos patiatur hodie: in posterum vero ea patietur, quaecunque ei Parca nascenti neuit lino, quando ipsum peperit mater. Si vero Achilles non haec deorum didicerit ex voce, timebit vtique, quando quis contra deus venerit in praelio: terribiles nempe dii, quum apparent manifesti."

Huic autem respondit deinde Neptunus terrae - quassator: „Iuno, ne saeui temere: neque *enim* omnino te decet. Non ego sane velim deos ad certamen committere nos alios, quoniam multo fortiores sumus. Sed nos quidem iam considemus profecti ex via in speculam; praelium vero mortalibus curae - erit. Sin Mars incipiat pugnam, aut Phoebus Apollo, vel Achillem inhibeant, et non sinant pugnare: tum confestim et nobis e vestigio certamen orietur conflictus; perquam autem celeriter decreto *eos* praelio puto redituros ad Olympum, deorum ad coetum caeterorum, nostrarum virtute manuum necessitate violenter domitos."

Sic quidem locutus praeibat Caeruleus - crines ad murum aggere - factum Herculis diuini, altum, quem quidem ei Troiani et Pallas Minerua condidere, vt Cetum fugiens euitaret, quando *illud* ipsum persequens - egerat a littore ad - planitiem. Illic Neptunus quidem consedit et dii caeteri, nesciamque scindi nubem humeris circumdederunt. Ii vero ex - altera - parte sedebant in iugis Callicolones, cir-

cum te, arcitenens Phoebe, et Martem vrbium - vaſtatorem. Sic hi quidem vtrinque ſedebant conſultantes conſilia; incipere autem grauem pugnam pigrabantur vtrique; Iupiter autem, ſedens alte, inſtigabat.

Illis vero totus impletus erat campus, et fulgebat aere virorum et equorum; reſonabatque tremens terra pedibus concurrentium ſimul. Duo autem viri longe fortiſſimi in medium vtrorumque congrediebantur, ardentes in pugnam, Aeneasque Anchiſae filius, et nobilis Achilles. Aeneas autem primum minabundus proceſſit nutans caſſide valida, clypeumque cum - impetu - verſatile praetendebat pectori, vibrabatque aeream haſtam. Pelei filius vero ex - altera - parte contra ruebat, leo veluti exitialis, quem viri interficere animis - ardent, congregati, totus pagus; is vero, primum quidem contemnens, incedit; ſed quando quis praelio - impigrorum iuuenum haſta ferierit, contorquetque ſe hians, circumque ſpuma dentes oritur, inque ei corde gemit generoſus animus; cauda vero lateraque et femora vtrinque verberat, ſeque ipſum excitat ad pugnam; torvumque - contuens fertur furore; ſi quem occidere - poſſit virorum, vel ipſe perit prima in turba: ſic Achillem incitabat robur et animus magnus contra ire magnanimum Aeneam. Illi vero quando iam prope erant alter in alterum vadentes, hunc prior allocutus eſt pedibus - valens nobilis Achilles:

„Aenea, cur tu, tantum agminum ſpatium permenſus, conſtitiſti? an te vtique animus mecum pugnare iubet, ſperantem Troianis *te* imperaturum equûm - domitoribus dignitate, qua Priamus? Sed, ſi me interfeceris, non tibi propterea Priamus eam tanquam praemium in manus ponet: ſunt enim ei filii; ipſe autem grauis *vir*, neque mente - leuis. An vero tibi Troiani nemus tribuerunt, egregium prae aliis, amoenum et vitiferum, et arabile, quod colas, ſi me interfeceris? difficulter autem te ſpero hoc facturum. Iam enim te, autumo, et alias haſta fugaui. An non recordaris, quando te a bobus, ſolus cum - eſſes, agitaui de Idaeis montibus velocibus pedibus celeriter? tunc vero nequaquam te conuertebas fugiens; inde autem in Lyrneſſum euaſiſti; verum ego hanc euerti, aggreſſus cum Minerua et Ioue patre; captiuas autem mulieres, libero die erepto abduxi; at te Iupiter ſeruauit et dii caeteri. Sed non nunc te ſeruaturos puto, vt in animum inducis: verum te ego ſane regreſſum hortor in multitudinem ire, neque aduerſus ſtes mihi, antequam quid mali paſſus fueris; iam factum vero et ſtultus ſentit.“

Huic vero Aeneas reſpondit, dixitque: „Pelide, ne iam me verbis, puerulum tanquam, ſperes *te* territurum; facile enim poſſum et ipſe, et conuitia, et opprobria, proloqui. Scimus autem alter - alterius genus, ſcimus et parentes; iam - olim - dicta audientes verba mortalium hominum: viſu vero certe neque tu meos noſti,

neque ego tuos. Aiunt te quidem Pelei eximii prolem eſſe, matre vero ex Thetide, comas - pulcra marina nympha: at ego me filium magnanimo Anchiſa profiteor prognatum eſſe, mater autem mihi eſt Venus. Horum iam nunc alterutri ſaltem carum filium plorabunt hodie; non enim puto verbis omnino puerilibus ſic diremtos, a pugna redituros eſſe. Quod ſi vis et haec doceri, vt bene ſcias noſtrum genus, (multi autem ipſum homines norunt;) Dardanum quidem primum genuit nubes - cogens Iupiter; condidit autem *is* Dardaniam, quippe nondum Jlios ſacra in campo aedificata erat, vrbs articulate - loquentium hominum; ſed adhuc radices habitabant irriguae - fontibus Idae. Dardanus vero genuit filium Erichthonium regem, qui tum opulentiſſimus erat mortalium hominum: huius ter mille equae per paluſtria paſcebantur feminae, pullis exultantes teneris: harum *aliquas* et ipſe Boreas adamauit paſcentium, equoque ſe - cum - aſſimulaſſet concubuit cyaneis - iubis - ornato: illae vero gravidae factae pepererunt duodecim equulas; iſtae autem quandocunque ſaltu - laſciuirent ſuper alma terra, ſummum ſuper ſpicarum fructum currebant, neque frangebant; at quum ſaltu - laſciuirent ſuper latis dorſis maris, in ſuperficie ſuper colliſos - fluctus ſalis cani currebant. Troëm autem Erichthonius genuit Troianis regem; ex Troë vero tres filii eximii geniti ſunt, Jlusque, Aſſaracusque, et *forma* - deo - par Ganymedes, qui ſane pulcerrimus erat morta-

lium hominum; quem et rapuerunt - in - coelum dii, Ioui vt pocillator - eſſet, pulcritudinem ob ipſius, vt immortalibus intereſſet. At Jlus genuit filium eximium Laomedontem; Laomedòn autem Tithonum genuit, Priamumque, Lampumque, Clytiumque, Hicetaonemque, ramum Martis: Aſſaracus vero Capyn: is autem Anchiſem genuit filium; et me Anchiſes; Priamus vero genuit Hectorem nobilem. Ex hoc quidem genereque et ſanguine profiteor eſſe *me*. At Iupiter virtutem viris augetque minuitque, prout voluerit; ille enim potentiſſimus omnium. Sed age ne amplius haec diſſeramus, pueruli tanquam, ſtantes in media acie praelii. Licet enim ambobus opprobria proloqui multa admodum: ne nauis quidem centiremis onus ferret. Volubilis enim lingua eſt hominum, multique inſunt ſermones, omnigeni; verborum autem latus campus hinc atque inde. Qualecunque dixeris verbum, tale et audieris. Sed quid iurgiis et rixis nobis opus eſt altercari inter nos, tanquam mulieres, quae iratae per contentionem animum - rodentem probra iactant altera - in - alteram mediam in viam prodeuntes, multa veraque et non: ira nempe et iſta iubet. A virtute vero non me verbis auertes animoſum, priusquam aere pugnes contra. Quin age, ocyus experiamur alter - alterum aeratis haſtis.“

Dixit vtique, et in terribile ſcutum intorſit aeream haſtam, viſu - horrendum; ingensque ſcutum mugiit haſtae cuſpide. Pelei filius vero

ſcutum quidem a ſe procul manu robuſta tenuit perculſus; credebat enim praelongam haſtam facile penetraturam eſſe magnanimi Aeneae: imprudens, neque enim cogitabat in mente et in animo, quod non facile deorum inclyta dona a viris mortalibus laeduntur, neque *eis* cedunt. Neque tunc Aeneae bellicoſi rapida haſta perrupit ſcutum; aurum enim inhibuit, donum dei: ſed duas quidem transiit per laminas *ſuper inductas ſcuto;* tres vero ſupererant: quinque enim laminas ſuperinduxerat Vulcanus, duas aereas, duasque interiores ſtanni, vnam vero, auream; qua demum detenta eſt aerea haſta. Secundus vero Achilles emiſit praelongam haſtam, et percuſſit Aeneae ad clypeum vndique aequalem, oram ad ſummam, vbi tenuiſſimum currebat aes; tenuiſſimum etiam inductum erat corium bouis; penitus autem Peliaca prorupit fraxinus; crepuit vero clypeus ex eius *ictu.* Aeneas autem corpore - contracto - ſubſedit, et a ſe procul ſcutum ſuſtulit territus; haſta autem ſupra dorſum in terra ſtetit *vlterius* - pergendi - cupida; vtrosque autem disruperat orbes clypei ingentis; is vero euitata haſta longa, conſtitit (trepidatio autem cum dolore ei offuſa - eſt immenſa oculis) perculſus, quod prope ſe fixum erat telum. Verum Achilles animo - concitatiſſimo irruit, ſtricto enſe acuto, terribilem edens - clamorem. At ſaxum ſumſit manu Aeneas, vaſtum pondus, quod ne duo quidem viri ferrent, quales nunc homines ſunt; is vero ipſum facile agitabat et ſolus. Tum

certe Aeneas quidem irruentem percuſſiſſet ſaxo, vel galeam, vel ſcutum, quod ab eo defendiſſet triſtem mortem: illum vero Pelei filius cominus enſe anima priuaſſet: niſi celeriter animaduertiſſet Neptunus quaſſator - terrae; ſtatim autem inter immortales deos verbum dixit:

„O dii, certe mihi dolor de magnanimo Aenea, qui cito a Pelei filio domitus ad orcum deſcendet, permotus verbis Apollinis longe - iaculantis, demens: neque enim *is* ab eo omnino propulſabit triſte exitium. Sed cur nunc hic inſons mala patitur, immerito ob debitos - aliis dolores? grata autem ſemper munera diis exhibet, qui coelum latum habitant. Sed agite, nos ipſi eum e morte ſubducamus, ne forte et Saturnius iraſcatur, ſi Achilles hunc interimat. Fatale vero ei eſt effugere, vt ne ſine - prole genus et prorſus - extinctum pereat Dardani, quem Saturnius prae omnibus dilexit liberis, qui ex ſe nati ſunt, mulieribusque mortalibus. Dudum enim Priami genus odit Saturnius. Nunc vero vtique Aeneae vis Troianis imperabit, et filii filiorum, qui in - poſterum nati fuerint.“

Huic autem reſpondit deinde bubulis - oculis - decora veneranda Iuno: „Terrae quaſſator, ipſe tu mente tua conſule de Aenea, vtrum eum e periculo extrahas, an relinquas a Pelei filio Achille domandum, optimus licet - ſit. Nam ſane nos multa iurauimus iuramenta omnes inter deos, ego et Pallas Minerua, nunquam a Troianis *nos* depulſuras - ope - allata

malum diem,* ne quidem cum Troia exitiali igne tota cremabitur incenſa, incenderint autem Mauortii filii Achiuorum."

Vt vero hoc audiuit Neptunus quaſſator terrae, perrexit ire perque pugnam et per ſtridorem haſtarum, peruenitque, vbi Aeneas, atque inclytus erat Achilles. Confeſtim huic quidem deinde ob oculos fudit caliginem, Pelei filio *nempe* Achilli; ipſeque haſtam aere - ſolido - praefixam clypeo extraxit magnanimi Aeneae; et eam quidem ante pedes Achillis poſuit; Aeneam vero vi - impulſum - egit a terra in - altum ſublatum; multos autem ordines heroum, multos et equorum Aeneas ſuperarat ſaltu, dei a manu impetu - ſumto: peruenit vero ad extremam - partem impetuoſi praelii; ibi autem Caucones ad pugnam armabantur. Eum vero admodum prope acceſſit Neptunus quaſſator terrae, et ipſum edita - voce verbis alatis allocutus eſt:

„Aenea, quis te ſic deorum praecordia - laeſum inſtigat contra Achillem praeliari et pugnare, qui te ſimul fortior, et carior immortalibus? Sed recede, quandocunque obuius - fueris - factus illi, ne et praeter fatum domum Orci peruenias. At poſtquam Achilles mortem et fatum aſſecutus fuerit, audacter deinceps inter primos pugna: non enim aliquis te alius Achiuorum interficiet."

Sic fatus, reliquit illic, poſtquam praeceperat omnia. Tunc confeſtim Achillis ab oculis diſperſit caliginem denſam; is vero continuo

clare vidit oculis. Ingemiſcens autem dixit ad ſuum magnum animum:

„Papae, certe magnum miraculum hoc oculis video. Haſta quidem haec iacet in terra, neque omnino virum video, in quem immiſi, interficere cupiens. Certe et Aeneas igitur carus immortalibus diis erat; ſed ipſum putabam fruſtra ſic gloriari. Valeat: non ei animus me amplius experiri erit, qui et nunc fugit lubens ex morte. Sed agedum, Danaos bellicoſos adhortatus, alios Troianos aggrediar obvius profectus.“

Dixit, et ordines acceſſit, adhortabaturque virum quemque: „Ne amplius nunc a Troianis procul ſtate, nobiles Achiui, ſed age, vir contra virum eat, animoque praeſenti capeſſat pugnam. Difficile autem mihi eſt, etiam fortis licet ſim, tot homines inſequi, et cum omnibus pugnare. Neque enim vel Mars, qui tamen deus immortalis, neque Minerua, tantae aciei perſequens obire poſſit aduerſos ordines, et impigre agere. Sed quantum quidem ego valeo manibusque, pedibusque, et animo, me iam nego contentionem remiſſurum ne minimum quidem; Sed omnino per ordines ibo penitus, neque quenquam puto Troûm gaviſurum eſſe, qui prope haſtam venerit.“

Sic dixit incitans. Troianos vero illuſtris Hector hortabatur increpitans, affirmabatque ſe iturum contra Achillem:

„Troiani magnanimi, ne timete Pelei filium. Et ſane ego verbis vel cum immortalibus pugna-

re - poſſem, haſta vero *pugnare cum iis* arduum; longe enim potentiores ſunt. Neque Achilles omnibus ſinem ſermonibus imponet, ſed aliud quidem perficiet, aliud vero in - medio - conatu imperfectum - relinquet. Illi autem ego obuius ibo, etiam ſi igni manuum - vi ſimilis ſit, ſi, *inquam*, igni manuum - vi ſimilis ſit, animoque rutilo ferro."

Sic dixit incitans. Aduerſi vero haſtas tollebant Troës; eorumque in - vnum congreſſa eſt vis, ortusque eſt clamor. Et tunc quidem Hectorem allocutus eſt adſtans Phoebus Apollo:

„Hector, ne iam omnino cum Achille congrediaris - ante - aciem, ſed in agmineque et ex turba excipe, ne qua te vel miſſili - feriat, vel cominus enſe percutiat."

Sic dixit; Hector vero rurſus immerſit - ſe in agmen denſum virorum, perculſus, vt audiuit dei vocem locuti. At Achilles in Troianos inſiliit, praecordia indutus robur, horrende vociferans. Primum autem interfecit Iphitionem ſtrenuum, Otryntei filium, magnarum ductorem copiarum, quem nympha peperit Naïs Otrynteo vrbium - euerſori, Tmolo ſub niuoſo, Hydae in opulenta ciuitate. Hunc quidem recta animoſe irruentem percuſſit haſta nobilis Achilles, medio capite; illud vero in duas - partes totum diffiſſum eſt: fragorem autem edidit cadens; ſuper *eum* vero gloriabatur Achilles:

„Iaces, Otryntei fili, omnium terribiliſſime virorum! Hic tibi mors; genus autem tibi eſt ad lacum Gygaeum, vbi tibi ager paternus

eſt, Hyllum ad piſcoſum, et Hermum vorticoſum.“

Sic dixit ſuper *eum* glorians; illum autem caligo oculos obtexit. Hunc quidem Achiuorum equi canthis - rotarum lacerarunt prima in acie: ille vero poſt hunc Demoleontem, ſtrenuum propulſatorem pugnae, Antenoris filium, percuſſit ad tempus per galeam aeneis - munitam - malis. Nec ſane aerea galea prohibuit, ſed per ipſam cuſpis pergendi - cupida rupit os; cerebrum vero intus totum quaſſatum eſt; domuit vero illum ardentem. Hippodamantem autem deinde a curru deſilientem, ante ſe fugientem, in dorſo percuſſit haſta; et is animum exhalabat et mugiebat, vt cum taurus mugit vi tractus Heliconium - circum regem, adoleſcentibus trahentibus; gaudet autem his Neptunus: ſic vtique huius mugientis reliquit oſſa animus ferox. At ille iuit cum haſta in deo - parem Polydorum Priami filium. Eum vero neutiquam pater ſiuerat pugnare, quod ſibi inter omnes minimus erat natu, et ſibi cariſſimus erat, pedibusque omnes vincebat: tum vero iuuenili - ſtultitia, pedum virtutem oſtentans, ruebat per primos - pugnatores, donec ſuam perdidit animam. Hunc percuſſit medium iaculo pedibus - valens nobilis Achilles, terga praetercurrentis, vbi baltei annuli aurei conſtringebant, et duplex occurrebat thorax; in aduerſam vero partem perrupit ad umbilicum haſtae cuſpis. In - genua autem procidit eiulatu edito; nubesque ipſum obtexit nigra, ad ſe

vero collegit inteſtina manibus inclinatus. — Hector vero vt vidit fratrem Polydorum, viſcera manibus tenentem, aduolutum terrae: continuo eius oculis offuſa eſt caligo, neque amplius ſuſtinuit diu procul verſari, ſed obuius venit Achilli, acutam haſtam vibrans, flammae ſimilis. At Achilles vt vidit, vt exiliit, et iactabundus verbum dixit:

„Prope vir, qui meum quidem maxime exaſperauit animum, qui mihi ſodalem interfecit cariſſimum; neque ſane diutius alter alterum trepidi - fugiamus per aciei ſemitas."

Dixit, et torue intuitus allocutus eſt Hectorem nobilem: „Propius accede, vt ocyus ad mortis metas peruenias."

Illum vero interritus allocutus eſt pugnam - expedite - ciens Hector: „Pelei fili, ne iam me verbis quidem, puerulum tanquam, ſperes *te* perterrefacturum; facile enim poſſum et ipſe et conuicia, et opprobria proloqui. Scio autem, quod tu quidem ſtrenuus, ego vero te multo inferior. Sed haec quidem deorum in genibus poſita ſunt, an tibi, inferior licet ſim, animum exemero, haſta percuſſo; nam et meum telum acutum cuſpide."

Dixit vtique, et vibratam emiſit haſtam; et eam quidem Minerua flatu ab Achille retro auertit glorioſo, leniter admodum afflatam; illa autem rediit ad Hectorem nobilem, ipſiusque ante pedes cecidit. Verum Achilles animo - paratiſſimo irruit, occidere cupiens, horrendum vociferans: illum vero eripuit Apollo

facile admodum, vtpote deus, operuitque caligine multa. Ter quidem deinde irruit pedibus valens nobilis Achilles haſta aerea, terque caliginem percuſſit profundam: ſed quando iam quarto irruebat, deo par, minaciter tum vero increpitans verbis alatis allocutus eſt:

„Rurſus nunc effugiſti mortem, canis; certe tibi prope venerat malum; nunc te eripuit Phoebus Apollo, cui ſcilicet vota facis, cum proficiſceris in ſtridorem iaculorum. At certe te conficiam omnino et poſthac obuius - factus, ſi forte aliquis et mihi deorum adiutor eſt. Nunc vero alios Troianorum perſequar, quemcunque deprehendere potuero.“

Sic locutus, Dryopem percuſſit ad ceruicem mediam iaculo; cecidit autem *is ei* ante pedes. Ille autem hunc quidem reliquit; Demuchum vero Philetoris filium ſtrenuumque magnumque ad genu haſta percuſſum detinuit; huic quidem deinde, feriens enſe magno, exemit animam. Porro ille Laogonum et Dardanum, filios Biantis, ambos cum - impetu - adortus ex curru depulit in terram, alterum haſta percuſſum - eminus, alterum vero cominus enſe. Troëm etiam Alaſtoris filium: hic quidem obuius venerat, genibus, ſi quo modo ſibi parceret, prehenſis, et viuum dimitteret, neque interficeret, aequalem - aetatem miſeratus: demens, neque hoc ſciebat, quod non perſuaſurus erat! Haudquaquam enim *Achilles* animo - mitis vir erat, neque lenis, ſed valde ferox. Hic quidem ceperat manibus genua, cu-

piens precari; ille autem enſe percuſſit ad hepar; eius autem hepar excidit, et ater ſanguis ex ipſo ſinum impleuit, eumque tenebrae oculos contexere, anima caſſum. *Achilles* vero Mulium percuſſit prope adſtans haſta ad aurem; moxque per aurem iuit alteram cuſpis aerea. Ille vero Agenoris filium Echeclum medium ad caput enſe feriit capulum - magnum habente; totus autem incaluit enſis ſanguine; hunc vero oculos occupauit purpurea mors et fatum violentum. Deucalionem autem deinde, vbi connectuntur nerui cubiti, hac illum per manum transfixit cuſpis aerea; is vero illum expectauit manu grauatus, prae *ſe* videns mortem; ille autem gladio ceruice percuſſa, procul cum ipſa galea caput excuſſit; medulla vero vertebris exiliit; hic autem in terra iacuit extenſus. At ille perrexit ire in eximium Pirei filium, Rhigmum, qui e Thracia globoſa venerat; hunc percuſſit medium telo, fixumque eſt in ventre aes; decidit autem e curru. Ille autem Areïthoum famulum, retro equos conuertentem, in dorſum acuta haſta feriit, curruque deturbauit: turbati ſunt autem eius equi. Vt vero fertur - furens, per profundas conualles immane - ardens ignis montis aridi; profunda autem crematur ſylua, et quaquauerſus agitans ventus flammam contorquet: ſic ille quaquaverſus furibundus ferebatur cum haſta, deo par, occidendos inſequens; fluebat autem ſanguine terra nigra. Vt vero cum quis iunxerit boues

mares latis - frontibus, vt triturent hordeum album aequali in area, facile protinus comminuuntur boum ſub pedibus vehementer mugientium: ſic ab Achille acti magnanimo ſolidi - vngulis equi calcabant ſimul cadaueraque et clypeos; ſanguine autem axis ſubtus - totus foedatus erat, et ambitus qui *erant* circa ſellam - currus, quos vtique ab equinis vngulis guttae aſpergebant, atque a canthis; cupiebat vero gloriam referre Pelei filius, cruore autem et ſudore - puluerulento foedabatur manus inuictas.

ILIADIS.

LIBER XXI.

Sed, vbi iam ad meatum peruenerant pulcre - fluentis fluuii Xanthi vorticosi, quem immortalis genuit Iupiter, ibi tum diuisos, hos quidem campum versus insequebatur ad vrbem, qua Achiui turbati fugerant, die superiori, quando furebat illustris Hector; illac hi quidem profundebantur trepida - fuga; caliginem autem Iuno expandit ante densam, vt - inhiberet; dimidii vero (altera pars) in fluuium voluebantur profunde - fluentem, vorticibus - argenteum; incideruntque magno strepitu: sonitumque dedere alta fluenta, ripaeque circumcirca grauiter gemuere: illi vero *cum* clamore innatabant huc et illuc, agitati per vortices. Vt vero cum exactae impetu ignis locustae euolant vt fugiant ad - fluuium, ardet autem indefessus ignis excitatus derepente; illae vero metu - perculsae - cadunt in aquam: sic Achille fugante Xanthi vorticibus - profundi implebatur fluentum resonans mixtim equisque et viris. At ille nobilissimus (Achilles) hastam quidem reliquit illic in ripis acclinatam myricis; ipse autem insiliit, deo par, gladium solum

habens, exitialiaque animo meditabatur facta,
20 et feriebat quaquauersum: eorum vero gemitus
excitabatur foedus ense dum - caedebantur;
rubescebatque sanguine aqua. Vt vero metu
delphinis ingentis pisces alii fugientes implent
recessus portus stationibus - tuti, formidantes;
omnino enim deuorat, quemcunque ceperit:
25 sic Troiani fluuii per impetuosi fluenta abde-
bant - se - perculsi sub crepidinibus. Ille vero
vt lassatus erat manus caedendo, viuos e fluuio
duodecim legit iuuenes, satisfactionem pro Pa-
troclo Menoetii filio mortuo. Hos eduxit e flu-
30 vio metu - stupentes, tanquam hinnulos; li-
gauitque a tergo manus scite - sectis loris,
quae ipsi ferebant innexa tortilibus - annulis tu-
nicis; tradiditque sociis, deducendos cauas
ad naues. At ipse iterum irruit, interficere cu-
piens. Illic filio Priami obuius factus - est a
35 Dardano oriundi, e fluuio fugienti, Lycaoni;
quem olim ipsemet abduxerat, captum ex pa-
tris agro inuitum, nocturnus progressus; is
vero caprifici acuto aere incidebat nouellos
ramos, vt currus ambitus essent; ei autem im-
40 prouisum malum superuenit nobilis Achilles. Et
tunc quidem ipsum in Lemnum bene - habitatam
vendidit, nauibus abductum; filius autem Ia-
sonis pretium dedit. Illinc vero hospes ipsum
redemit, multaque dedit, Imbrius Eetion, mi-
sitque ad praeclaram Arisben; vnde clam -
45 arrepta - fuga, paternam venit in domum. Vn-
decim autem dies animum oblectabat cum suis
amicis, reuersus ex Lemno; duodecima vero

ipſum rurſus manibus Achillis deus iniecit, qui ipſum erat miſſurus ad Orcum, etiam nolentem ire. Hunc autem vt aduertit pedibus - valens nobilis Achilles nudum ſine galeaque et clypeo; neque habebat haſtam; namque ea quidem omnia in terram abiecerat; conficiebat enim ſudor fugientem e fluuio, delaſſatioque genua ſubtus domabat; indignatus vtique dixit apud ſuum magnum animum:

„Papae, ingens ſane miraculum hoc oculis video; iam nimirum Troiani magnanimi, quos interfeci, rurſus reſurgent ex infernis tenebris caliginoſis; vt iam et hic reuerſus eſt, poſtquam effugit ſaeuum diem, Lemnum in ſacram *licet* venundatus; neque ipſum tenuit Pontus ſali cani, qui multos inuitos coërcet. Sed agedum et haſtae cuſpidem noſtrae guſtabit, vt videam in mente et edocear, an ſimiliter et illinc reuerſurus ſit, an ipſum coërcitura terra alma, quae, et fortem licet, coërcet.“

Haec animo - verſabat manens. Is vero prope eum venit animo - conſternatus, genua tangere cupiens; valde enim exoptabat animo effugere mortemque exitialem et fatum nigrum. At quidem haſtam longam ſuſtulit nobilis Achilles, percutere paratus; is autem currens ſubiit et prehendit genua pronus; haſta vero ſuper dorſum in terra ſtetit, cupiens corpore ſatiari humano. Caeterum hic altera *manu* quidem prehenſis ſupplicabat genibus; altera vero tenebat haſtam acutam, neque dimittebat; et eum ſupplicans verbis alatis allocutus eſt:

„Genua - amplexus te oro, Achille; tu autem me reſpice, meique miſerere: loco tibi ſum ſupplicis, Iouis - alumne, reuerendi. Apud te enim primum guſtaui Cereris fruges, die illo, quando me cepiſti bene - culto in agro, et me vendidiſti, procul abductum a patreque, amicisque, Lemnum in ſacram; centum autem boum pretium tibi peperi: nunc vero redemtus - fuero ter tantis datis; aurora autem mihi eſt haec duodecima, poſtquam in Jlium perveni, multa perpeſſus; nunc demum me tuis in manibus poſuit fatum exitiale. Odio nimirum ſum Ioui patri, qui me tibi rurſus tradidit. Breuis autem aeui me mater peperit Laothoë, filia Altae ſenis, Altae, qui Lelegibus bellicoſis imperat, Pedaſum excelſam obtinens prope Satnioëntem. Huius autem habuit filiam Priamus, multas etiam et alias; ex - hac duo nati ſumus; tu vero ambos obtruncaueris. Illum quidem primos inter pedites domuiſti, deo - parem Polydorum, poſtquam percuſſiſti acuta haſta; nunc vero hic mihi malum erit; non enim puto tuas manus *me* effugiturum, poſtquam adduxit deus. Aliud autem tibi dicam, tu vero in mente reconde tua; ne me interfice, non enim vterinus - frater Hectoris ſum, qui tibi ſodalem interemit mitemque, fortemque.“

Sic vtique eum Priami allocutus eſt illuſtris filius, ſupplicans verbis; immitem autem vocem audiuit:

„Stulte, ne mihi pretia - redemtionis memora, neque narra. Antequam enim Patroclus aſſecutus eſſet fatalem diem, interea aliquantum mihi parcere in animo gratum erat Troianis; et multos viuos cepi, et vendidi; nunc vero non eſt, qui mortem effugiat, quemcunque vtique deus Jlium ante meas in manus coniecerit, vniuerſorum Troianorum, praecipue autem Priami filiorum. Sed, amice, morere et tu; cur lamentaris fruſtra? Occubuit et Patroclus, qui tamen te multo praeſtantior. Nonne vides, qualis et ego, pulcerque, magnusque; quin et patre natus ſum eximio, deaque me peperit mater: et mihi tamen vtique mors et fatum violentum aderit, ſeu aurora *fuerit*, ſeu crepuſculum, ſeu meridies; quando quis et mihi aere animum auferet, ſiue is haſta percuſſerit, ſiue a neruo ſagitta."

Sic dixit; illius vero ibi ſoluta ſunt genua et cor; haſtam quidem dimiſit, conſeditque manibus paſſis ambabus; Achilles vero ſtricto enſe acuto percuſſit ad clauiculam prope ceruicem; totus autem ei intro ſubiit enſis anceps: ille vero pronus in terra iacebat extenſus; ſanguisque ater effluebat, rigabatque terram. Illum vero Achilles in fluuium, prehenſum pede, miſit ferendum, et ſuper eum glorians verba alata profatus eſt:

„Iſtic nunc iace inter piſces, qui tibi vulneris ſanguinem delambent, ſecuri; neque te mater impoſitum lectis deflebit, ſed Scaman-

der feret vorticoſus in maris latum ſinum. Subſiliens quis per vndam, nigram horreſcentem - ſuperficiem ſubibit piſcis, vt comedat Lycaonis albam pinguedinem. Pereatis, donec vrbe potiamur Jlii ſacrae, vos quidem, fugientes, ego vero a - tergo contrucidans. Neque vobis ipſe fluuius late - fluens vorticibus - argenteus proderit, cui iam diu (antiquo ritu) multos ſacrificatis tauros, viuosque in vortices demittitis ſolidos - vngulis equos. Sed et ſic peribitis dira morte, vsque dum omnes lueritis Patrocli caedem, et interitum Achiuorum, quos ad naues veloces interfeciſtis, abſente me."

Sic vtique dixit. Fluuius autem iram - concepit penitus in corde; agitabatque animo, quomodo ceſſare faceret a labore bellico nobilem Achillem, et a Troianis peſtem auerteret. Interea autem Pelei filius, tenens praelongam haſtam, Aſteropaeo inſiliit, interficere cupiens. Filio Pelegonis: illum autem Axius fluentis - latus genuit, et Periboea, Aceſſameni filiarum natu - maxima; cum hac enim congreſſus eſt Fluuius vorticibus - profundus. In hunc vtique Achilles impetum fecit; hic autem aduerſus e fluuio *prodiens* conſtitit tenens duas haſtas; animum autem ei praecordiis indidit Xanthus; indignabatur enim de caeſis - pugna - iuuenibus, quos Achilles ceciderat per fluentum, neque miſeratus erat. Hi vero quando iam prope erant alter in alterum vadentes, illum prior allocutus eſt pedibus - valens nobilis Achilles:

„Quis, vnde es virorum, qui mihi ausus es obuius venire? Infelicium vtique filii meo robori occurrunt.“

Hunc vero Pelegonis allocutus est illustris filius: „Pelei fili, magnanime, cur genus interrogas? Sum ex Paeonia glebosa, longe sita, Paeones viros ducens longis - hastis - armatos; haec autem mihi nunc aurora vndecima, postquam in Jlium veni. At mihi genus ex Axio late fluente, Axio, qui pulcerrimam aquam per terram fundit, qui genuit Pelegonem inclytum hasta; hunc me aiunt genuisse; nunc vero pugnemus, illustris Achille.“

Sic dixit minitans. At sustulit nobilis Achilles Peliacam fraxinum; simulque hastis vtrinque heros Asteropaeus, ambidexter enim erat; atque altera quidem hasta scutum percussit, neque penitus perrupit scutum; aurum enim prohibuit, dona dei: altera vero eum *ad* cubitum strictim percussit manus dextrae; exiliit autem sanguis ater; ipsa vero super eum terrae infixa est, cupiens corpore satiare se. Secundus vero Achilles hastam recta - volantem in Asteropaeum immisit, occidere cupiens; et ab hoc quidem aberrauit; at altam percussit ripam, medio - tenus autem impegit ripae fraxineam hastam. Pelei vero filius, ense acuto extracto a femore, saliit in eum ardenti - animo; at ille fraxinum Achillis non poterat e crepidine euellere manu robusta, ter quidem ipsam concussit, extrahere cupiens; ter vero deseruit vi; at quarto, parabat animo frange-

re incuruatam haſtam fraxineam Aeacidae; ſed
ante Achilles cominus enſe animam abstulit;
180 ventrem enim ei percuſſit ad vmbilicum; omnia
autem effuſa ſunt in terram inteſtina; et eum
continuo tenebrae oculos contexere, exſpiran-
tem. Achilles vero, in pectus irruens, arma-
que detraxit, et glorians verbum dixit:
„Iaceto ſic: arduum tibi praepotentis Satur-
185 nii cum filiis contendere, e Fluuio licet ge-
nito. Dicebas tu quidem Fluuii genus *te* eſſe
late fluentis: at ego genus magni Iouis glo-
rior eſſe. Genuit me vir, multis imperans
Myrmidonibus, Peleus Aeacides; ipſe vero
190 Aeacus ex Ioue erat; ideo potentior quidem
Iupiter Fluuiis in mare fluentibus; potentius
itidem Iouis genus, *quam* Fluuii eſt. Etenim
tibi Fluuius vtique adeſt magnus, ſi poteſt quid
prodeſſe; ſed non licet cum Ioue Saturnio pug-
nare. Ideo, ne rex quidem Acheloius aequi-
195 parat ſe neque profunde-fluentis ingens vis
Oceani, ex quo tamen omnes fluuii, et omne
mare, et omnes fontes, et putei alti fluunt;
attamen et is metuit Iouis magni fulmen, hor-
rendumque tonitru, quando e coelo fragorem -
dederit.“
200 Dixit vtique, et e crepidine euulſit aeream
haſtam; illum vero ibidem reliquit, poſtquam
caram animam abſtulerat, iacentem in arenis;
alluebat autem ipſum nigra aqua. Illum qui-
dem anguillaeque et piſces circum - occupati -
erant, pinguedinem comedentes renibus ob-
205 ductam carpendo. At ille perrexit ire ad Paeo-

nes bellatores - equeſtres, qui vtique iam iuxta fluuium in - fugam - conuerſi - erant vorticoſum, vt viderunt illum fortiſſimum in aſpera pugna manibus Pelei filii et enſe fortiter domitum. Tunc interfecit Therſilochumque, Mydonemque, Aſtypylumque, Mneſumque, Thraſiumque, et Aenium, atque Opheleſtem: et omnino adhuc plures interemiſſet Paeones velox Achilles, niſi iratus allocutus fuiſſet Fluuius vorticibus - profundus, viro ſe poſtquam aſſimularat, e profundo autem vocem edidit vortice:

„O Achille, *aliis* quidem fortitudine ſuperior es, ſuperior et indigne factis, hominibus: ſemper enim tibi auxiliantur dii ipſi. Si tibi Troianos dedit Saturni filius omnes perdere, ex me ſaltem cum exegeris per campum, ardua patrato: referta enim iam ſunt mihi cadaueribus amoena fluenta, neque prorſus aliquo poſſum effundere undas in mare vaſtum, —— anguſtatus cadaueribus; tu autem interficis omnes penitus. Quin agedum et deſiſte; ſtupor me tenet, princeps populorum."

Hunc autem reſpondens allocutus eſt pedibus celer Achilles: „Erunt haec, Scamander Iouis - alumne, vt tu iubes; Troianos tamen non ante deſinam foedifragos interficere, quam concluſero in vrbem, et Hectorem periculum - fecero aduerſus, an vtique me domabit, an ego ipſum."

Sic fatus, in Troianos irruit, deo - par. Et tunc Apollinem allocutus eſt Fluuius profundus - vorticibus:

„Proh, malum, argenteo - arcu - inſignis, Iouis fili, non tu ſane monita obſeruaſti Saturnii, qui tibi multis *verbis* admodum mandavit Troianis adeſſe et opem ferre, vsque dum veniret ſol - veſpertinus ſero occidens, obumbraretque gleboſa arua.“

Dixit, et Achilles quidem haſta - inclytus inſiliit medio, a crepidine ruens: ille vero concitus - ingruit tumidis - fluctibus furens; omnia autem commouit fluenta turbidus, impulitque mortuos multos, qui per eum affatim erant, quos occiderat Achilles; hos eiecit foras, mugiens, tanquam taurus, in terram; vivos autem ſeruauit in pulcris fluentis, occultans in vorticibus profundis ingentibus. Horrenda vero circum Achillem turbida conſtitit vnda, vrgebatque ſcuto incumbens fluctus, neque pedibus poterat ſe ſtabilire; at ille vlmum prehendit manibus feliciter - creſcentem, ingentem: ea autem radicitus procidens crepidinem totam disiecit, repreſſitque pulcra fluenta ramis denſis; iunxitque tanquam ponte illum ipſum intus tota prolapſa; ille vero e voragine proſiliens feſtinauit per campum pedibus rapidis volare, perculſus. Necdum deſtitit magnus deus, ſed ſurrexit ruiturus in illum in - ſummo - nigricans, vt eum ceſſare - faceret a pugna nobilem Achillem, Troianisque exitium auerteret. Pelei filius vero ſaltu - dato refugit, quantum eſt haſtae iactus, aquilae impetus habens, nigrae, venatricis, quae ſimul fortiſſimaque *eſt* et celerrima volucrum: huic

ſimilis ruit; circa pectus autem aes horrendum reſonabat; oblique vero ab illo declinans fugiebat, isque a tergo fluens ſequebatur magno ſonitu. Vt vero cum vir aquilex a fonte aquis - nigro per plantas et hortos aquae riuum deducit, manibus ligonem tenens, et canalis obices eiiciens: et hac quidem profluente ſubtus calculi omnes agitantur, haec autem - cito - defluens immurmurat loco in decliui, praecurritque etiam ipſum ductorem: ſic perpetuo Achillem aſſequebatur fluctus fluuii, velocem licet; dii enim potentiores *ſunt* mortalibus. Quoties vero conaretur pedibus - valens nobilis Achilles ſtare contra, et cognoſcere, an ipſum omnes immortales in fugam - agerent, qui coelum latum tenent: toties ipſi magnus fluctus a Ioue - fluentis fluuii alluebat humeros deſuper; is autem alte pedibus ſaliebat, animo moeſtus; fluuius enim ſubtus genua domabat rapidus, oblique fluens, pulueremque ſubtrahebat pedibus. Pelei filius autem eiulauit, intuitus in coelum latum:

„Iupiter pater, vt nullus me deorum miſerabilem ſuſtinet ex fluuio eripere; in poſterum vero vel quiduis patiar. Alius autem nullus mihi tantum in culpa coeleſtium, quantum mea mater, quae me mendaciis lactauit; quae me dicebat Troianorum ſub muro armatorum velocibus periturum eſſe Apollinis iaculis. Vtinam me Hector occidiſſet, qui hic nutritus eſt fortiſſimus; tum fortem quidem occidiſſet, et ipſe fortis occiſum ſpoliaſſet; nunc autem me

ingloria - morte fatale - eſt corripi, concluſum in magno fluuio, tanquam ſeruulum ſubulcum, quem torrens obrutum - perdit pluuio - tempore transeuntem."

Sic dixit: Hunc autem valde cito Neptunus et Minerua ſteterunt prope accedentes, corpore autem hominibus ſimiles - facti erant; manuque manum prehendentes, confirmarunt verbis. Inter hos autem ſermonem orſus eſt Neptunus terrae quaſſator:

„Pelei fili, neque iam valde trepida, neque turbare; tales enim tibi nos ex diis auxiliatores ſumus, Ioue approbante, ego et Pallas Minerua: quoniam haud tibi a fluuio vtique domari fatale eſt; ſed hic quidem cito deſinet, tu autem videbis ipſe; at tibi prudens ſuggeremus conſilium, ſi modo parueris, ne prius abſtineas manus ab omnibus - aeque - graui pugna, quam in Jlii inclytos muros populum concluſeris Troianum, quicunque effugere poterit; tu vero Hectori anima erepta ad naues redito; damus nempe tibi, gloriam referre."

Hi ſane ſic loquuti ad immortales abierunt; at ille iuit, (valde enim deorum impellebat *eum* praeceptum,) in campum. Hic vero totus inundabatur aqua effuſa; multaque arma pulcra praelio - caeſorum iuuenum fluitabant, et cadauera, illius autem in altum genua exiliebant aduerſus curſum ruentis recta; neque eum tenuit late fluens fluuius; magnum enim robur immiſerat Minerua; neque Scamander remiſit ſuam vim, ſed adhuc magis iraſcebatur Pelei filio,

tumefaciebatque vndam fluenti, in altum ſublatus; Simoëntem vero hortabatur vociferans:

„Care frater; robur viri ambo ſaltem cohibeamus; mox enim vrbem magnam Priami regis euertet; Troiani vero in pugna *eum* non manebunt. Sed auxilium affer celerrime, et imple fluenta aqua ex fontibus, omnesque concita riuos; atque erige magnam vndam, multamque turbam excita truncorum et lapidum, vt compeſcamus immanem virum, qui iamdudum victor graſſatur, animoque agitat paria diis. Aio enim neque vim *illi* profuturam, neque omnino formam, neque illa arma pulcra, quae alicubi in imo fundo voraginis iacebunt ſub limo tecta; quin et ipſum inuolvam arenis, ſabulo affatim circumfuſo immenſo; neque eius oſſa poterunt Achiui colligere: tantam ei colluuiem deſuper obtendam; ibidem ei et ſepulcrum erit, neque omnino ei opus erit humatione, dum ei exſequias - faciant Achiui.“

Dixit, et ingruit in Achillem turbidus in - altum furens, murmurans ſpumaque et ſanguine et cadaueribus. Purpurea vero continuo vnda a - Ioue - fluentis fluuii ſtabat eleuata, occupabatque Pelei filium. Iuno autem alte - clamauit, admodum - timens Achilli, ne ipſum abriperet magnus fluuius vorticibus - profundus; ſtatimque Vulcanum allocuta eſt ſuum dilectum filium:

„Exſurge - ad certamen, Vulcane, mi fili: contra te enim ſtantem Xanthum vorticoſum

in pugna coniicimus parem eſſe. Quin opem - fer citiſſime, et oſtenta flammam multam; ego vero Zephyri et velocis Noti ibo e mari gravem excitatura procellam, quae Troianorum capita et arma comburat, incendium exitiale ferens: tu vero Xanthi praeter ripas arbores vre, ipſumque immitte igni; neque te omnino blandis verbis auertat, aut minis; neque ante cohibeas tuam vim, quam vbi ſignum - dedero clamore; tunc compeſce indefeſſum ignem."

Sic dixit; Vulcanus autem iaculabatur immane - ardentem ignem. Primum quidem in campo ignis accendebatur, cremabatque mortuos multos, qui in eo affatim erant, quos interfecerat Achilles; totus vero ſiccatus eſt campus, coërcitaque eſt limpida aqua. Vt vero, cum autumnalis Boreas recens - irrigatum - hortum ſtatim exſiccauerit, gaudet vero, ipſum quisquis de - more - colit: ſic exſiccatus eſt campus totus, atque mortuos exuſſit; at is in fluuium vertit flammam collucentem. Vrebantur vlmique et ſalices, atque myricae; vrebatur etiam lotusque, et vlua, atque cyperus, quae circum pulcra fluenta affatim fluuii naſcebantur: laborabant anguillaeque, et piſces, qui per vortices, qui per pulcra fluenta vrinabantur huc illuc, ſpiritu laborantes varii - artificiis Vulcani; vrebatur et vis Fluuii, verbaque fecit, dixitque:

„Vulcane, nullus tibi certe deorum poteſt adverſari; neque omnino ego tibi ſic igne ardenti pugnauero. Deſine a certamine; Troia-

nos vero vel ſtatim nobilis Achilles vrbe expellat: quid mihi cum contentione et auxilio?“

Dixit igne ardens; ebulliebant autem pulcra fluenta. Vt vero lebes feruet intus, dum vrgetur igne multo, adipem liquefaciens ſaginati porci, vndique eructans; ſubtus nempe ligna ſicca iacent: ſic huius pulcra fluenta igne ardebant, bulliebatque aqua; nec poterat profluere, ſed inhibebatur; infeſtabat autem vapor, per vim Vulcani multiſcii. At ille Iunonem, multis ſupplicans, verbis alatis allocutus eſt:

„Iuno, cur tuus filius in meum fluentum furenter - incubuit, vt infeſtaret prae caeteris? non ſane tibi ego tantum in culpa ſum, quantum caeteri omnes *dii*, quotquot Troianis auxiliatores. Sed certe quidem ego deſiſtam, ſi tu iubes; deſiſtat autem et hic; ego vero inſuper et hoc iuro, nunquam a Troianis *me* depulſurum - ope - allata malum diem, ne quidem cum Troia exitiali igne tota cremabitur incenſa, incenderint autem Mauortii filii Achiuorum.“

Vt vero hoc audierat dea vlnas - candida Iuno, confeſtim Vulcanum allocuta eſt ſuum dilectum filium:

„Vulcane, abstine, fili inclyte; haud enim par eſt immortalem deum ita mortalium gratia affligere.“

Sic dixit: Vulcanus autem extinxit immane - ardentem ignem; et reflua continuo vnda deiecit ſe in pulcros riuos. At poſtquam Xanthi

domita est vis, hi quidem postea quieuerunt: Iuno enim coërcuit irata licet.

Caeteris vero diis pugna incubuit grauis, importuna; in diuersa nempe iis in praecordiis animus ferebatur: concurrerunt autem ingenti tumultu, remugiitque lata tellus, circumque clangorem - reddidit magnum coelum. Audiuit autem Iupiter sedens in Olympo; risitque ei suum cor laetitia, vt vidit deos certamine congredientes. Tum ii non amplius diu seorsum stetere: incepit enim Mars clypeorum - perforator, et primus in Mineruam irruit, aeream hastam tenens; et probrosa dixit verba:

„Cur vero iam, o impudentissima, deos ad certamen committis, audacia immensa praedita? Magnus autem te animus exstimulauit. An non recordaris, quando Tydei filium Diomedem impulisti, vt *me* percuteret? ipsaque fulgida hasta sumta, recta - in me adegisti, corpusque pulcrum dilacerasti? Ideo te vicissim nunc puto luituram esse, quaecunque in me fecisti.“

Sic fatus, feriit aegidem fimbriatam, horrendam, quam ne Iouis quidem domuerit fulmen; in hac eam Mars percussit caede - inquinatus hasta longa. Illa vero retro - cedens saxum prehendit manu robusta, iacens in campo, nigrum, asperumque, magnumque, quod homines prisci posuerant, vt esset terminus arui: hoc percussit impetuosum Martem ad ceruicem, soluitque membra. Septem autem *is* occupauit iugera stratus, foedauitque puluere crines; armaque circum sonitum - dedere. Risit vero

Pallas Minerua, et ſuper eum glorians verbis alatis allocuta eſt:

„Stulte, ne adhuc quidem ſenſiſti, quanto fortior glorior ego eſſe, quod mihi vires opponis? Sic ſane tuae matris Furias luas, quae tibi irata mala machinatur, quod Achiuos deſeruiſti, ac Troianis foedifragis auxiliaris.“

Sic quidem loquuta, auertit oculos lucidos; hunc vero abduxit manu prehenſum Iouis filia Venus, crebro admodum ſuſpirantem; aegre autem *is* collegit animum. Hanc vero vt advertit dea vlnas - candida Iuno, ſtatim Minervam verbis alatis allocuta eſt:

„Proh mirum, Aegiochi Iouis filia indomita, en rurſus illa impudentiſſima abducit hominum - perniciem Martem ardenti e praelio per tumultum; at inſequere.“

Sic dixit. Minerua autem ibidem concito - gradu - perſequebatur, gaudebatque animo; et impetu in eam facto, ad pectora manu robuſta *eam* percuſſit; eius autem ibidem ſoluta ſunt genua et carum cor. Iſti itaque ambo iacebant in terra alma; illa vero ſuper eos glorians verba alata dixit:

„Tales nunc omnes, quotquot Troianis auxiliatores ſint, quando cum Argiuis pugnant armatis, et aeque audaces et tolerantes, ac Venus venit Marti auxiliatrix, meo robori occurrens! Tum prorſus iam olim nos deſtitiſſemus pugna, Jlii euerſa bene - aedificata vrbe.“

Sic dixit. Subriſit autem dea vlnas - candida Iuno. At Apollinem allocutus eſt rex Terrae - quaſſator:

„Phoebe, cur iam nos ſeorſum - ſtamus? Neque enim par eſt, cum coeperint alii. Hoc quidem turpe, ſi ſine - pugna redierimus in Olympum, Iouis ad aere - fundatam domum. Incipe; tu enim natu iunior. Non enim mihi quidem honeſtum, quippe qui prior natus ſum, et plura cognoui. Stulte, cum ita mente - caſſum cor habes! neque prorſus eorum ſaltem recordaris, quot iam paſſi ſumus mala Jlium circa, ſoli nos deorum, cum ſuperbo Laomedonti a Ioue profecti operam locauimus in annum, mercede condicta; is autem praecipiens mandata dabat? Ego quidem Troianis vrbem et muros aedificaui latosque et admodum pulcros, vt inexpugnabilis vrbs eſſet; Phoebe, tu vero flexipedes camuros boues paſcebas Idae in ſaltibus multas - conualles - habentis ſyluoſae. Sed cum iam mercedis terminum gratiſſimae Horae attulerunt, tunc nos vi - fraudauit mercede tota Laomedon violentus, minatusque dimiſit. Tibi quidem is minabatur pedes et manus deſuper *ſe* ligaturum, et venditurum inſulas in longinquas; affirmabatque idem vtriusque *ſe* abſciſſurum aures aere. Nos vero continuo reuertebamur, irato animo, ob mercedem indignantes, quam pollicitus non perſoluit. Propter hoc iam nunc populis gratificaris? neque nobiscum tentas, vt Troiani

460 foedifragi pereant funditus male, cum filiis et
pudicis vxoribus?"

Illum vero vicissim allocutus est rex longe-
iaculans Apollo: „Neptune, haudquaquam
me prudentem dixeris esse, si iam tecum,
mortalium gratia, dimicem, miserorum, qui
465 foliis similes, interdum quidem admodum ve-
geti sunt, terrae fructu vescentes, interdum
vero contra pereunt exanimes. Sed citissime
desistamus a pugna; illi vero ipsi praelientur."

Sic vtique locutus retro se vertit; verebatur
470 enim cum patruo conserere manus. Hunc
autem soror vehementer obiurgauit, domina fe-
rarum Diana agrestis, et probrosa dixit verba:

„Fugis iam, Longe-iaculans? Neptunoque
victoriam totam concessisti? impuneque ei
gloriam dedisti? stulte, cur omnino arcum ge-
475 stas inutilem frustra? Non te nunc amplius
patris in aedibus audiam gloriantem, sicut
antea inter immortales deos, contra Neptu-
num aduersis-viribus *te* pugnaturum."

Sic dixit; eam vero neutiquam allocutus est
longe-iaculans Apollo. Sed irata Iouis vene-
480 randa vxor, increpuit Sagittis-gaudentem
deam contumeliosis verbis:

„Quomodo vero tu nunc sustines, canis au-
dax, contra me stare? difficilis tibi ego, cui
vires opponas, sagittifera licet sis; te nempe
leonem inter mulieres Iupiter constituit, et
485 dedit interficere quamcunque velis. Certe sa-
tius est per montes feras interficere, agrestes-
que ceruas, quam cum valentioribus fortiter

pugnare. Sed ſi vis pugnae periculum - facere, *fac;* vt bene ſcias, quanto fortior ſim, quando mihi vires opponis."

Dixit, et ambas ad carpum manus prehendit ſiniſtra; dextra autem ab humeris detraxit ſagittas iisque verberabat *eam* ad aures ſubridens huc illuc ſe verſantem; veloces autem excidebant ſagittae. Lacrymabunda vero deinde dea fugit, veluti columba, quae nempe metu accipitris cauam volat in petram, *in* latebram: (neque enim illi capi fatale erat:) ſic illa lacrymabunda fugit, reliquitque illic pharetram. Latonam autem allocutus eſt internuntius Argicida:

„Latona, ego vero tecum haudquaquam pugnabo; arduum enim confligere cum vxoribus Iouis nubes - cogentis; ſed promtiſſima inter immortales deos gloriator, *te* me viciſſe aſpera vi."

Sic vtique dixit. Latona vero collegit incurvos arcus et ſagittas, quae ceciderant alio aliae in vertigine pulueris. Haec quidem ſagittandi - inſtrumentis ſumtis ſecuta eſt filiam ſuam. Illa vero ad Olympum peruenerat, Iovis ad aere - fundatam domum; lacrymabundaque patris inſedit genibus filia, circumque diuinum peplum tremebat. Hanc vero ad ſe recepit pater Saturnius, et interrogauit, ſuaviter ridens:

„Quisnam tibi talia fecit, cara filia, coeleſtium temere; ac ſi quid flagitii patraſſes palam?"

Illum vero viciſſim allocuta eſt pulcre - coronata Tumultuum - venaticorum amans: „Tua me coniux male - excepit, pater, vlnas - candida Iuno, a qua immortalibus contentio et lis immittitur.“

Sic hi quidem talia inter ſe loquebantur. At Apollo Phoebus ſubiit Jlium ſacram; curae - erat enim ei murus bene - aedificatae vrbis, ne Danai euerterent praeter fatum die illo. At caeteri ad Olympum redière dii ſempiterni, alii quidem, irati, alii vero, admodum gloria - exultantes; aſſederuntque patri atras - nubes cogenti. At Achilles Troianos ſimul ipſosque perdebat et ſolidos - vngulis equos. Vt vero cum fumus adſcendens ad coelum latum peruenit, vrbe ardente; deorum nempe eum ira excitat; omnibus autem affert laborem, multisque mala immittit: ſic Achilles Troianis laborem et mala attulit.

Stabat autem ſenex Priamus ſacra in turri, animaduertitque Achillem ingentem: at ſub illo Troiani facile turbabantur trepida - fuga, neque vlla vis erat. Ille autem eiulatu edito a turri deſcendit in terram, mandata - daturus ad murum inclytis portarum cuſtodibus:

„Apertas in manibus portas tenete, vsque dum copiae venerint ad vrbem trepida - fuga. Certe enim Achilles prope hic *eſt* perturbans; nunc exiſtimo exitialia futura. Sed, poſtquam intra murum reſpirauerint concluſi, rurſus obſerate tabulas perite - aptatas: metuo enim, ne exitialis vir in murum irrumpat.“

Sic dixit. Illi autem aperueruntque portas, et retruſerunt obices; hae autem apertae pepererunt ſalutem. At Apollo obuius exiliit, a Troianis vt perniciem arceret. Ii autem recta ad vrbem et murum altum, ſiti aridi, puluere - obſiti, ex campo fugiebant. Ille vero vehementer inſequebatur haſta; rabies nempe ei cor continenter tenebat violenta, iraque - percitus - cupiebat gloriam referre. Tum certe altam - portis Troiam cepiſſent filii Achiuorum, niſi Apollo Phoebus Agenorem nobilem excitaſſet, virum, Antenoris filium, eximiumque, fortemque. Eius quidem cordi audaciam immiſit, eique ipſe adſtitit, vt mortis graues manus arceret, fago tectus: coopertus autem erat caligine multa. At ille, vt aduertit Achillem vrbium vaſtatorem, conſtitit; multaque ei cor voluebat - aeſtuans manenti; ingemiſcensque dixit ad ſuum magnum animum:

„Hei mihi, ſiquidem metu violenti Achillis fugero, qua et alii turbati fugantur: capiet me etiam ſic, et imbellem obtruncabit. Si vero ego hos quidem turbari ſinam a Pelei filio Achille, pedibusque a muro alio fugero per campum Jliacum, donec peruenero Idaeque ad ſaltus, ſenticetaque ingrediar; veſpertinus autem deinde cum me lauero in fluuio, a ſudore refrigeratus, ad Jlium reuerterer: — Sed cur mihi haec meus ſecum - diſſerit animus? Ne me abeuntem ab vrbe ad campum aduertat, et me rapide - perſecutus conſequatur velocibus pedibus! ita non amplius deinde licebit mor-

tem et fatum effugere. Valde enim fortis. ſupra omnes eſt mortales. Si tamen ipſi ante vrbem obuiam venero! — Etenim huic certe vulnerabile corpus acuto aere, ineſtque vna anima, mortalemque ipſum dicunt homines eſſe; atqui ei Saturnius Iupiter gloriam praebet.“

Sic fatus, Achillem conuerſus expectabat; intusque ei cor forte geſtiebat praeliari atque pugnare. Veluti panthera prodit alto ex fruticeto virum venatorem contra, neque quicquam animo percellitur; neque in fugam vertitur, latratu audito; etſi enim prior eam cominus percuſſerit, aut eminus, tamen vel haſta transfixa non deſiſtit a ſtrenua pugna, antequam vel cominus congrediatur, vel dometur: ſic Antenoris filius praeclari, nobilis Agenor, nolebat fugere, antequam periculum faceret Achillis; ſed clypeum quidem ſibi praetendit vndique aequalem, haſta autem in eum collimabat, et altum clamabat:

„Certe iam omnino ſperabas apud animum, illuſtris Achille, die hoc vrbem *te* euerſurum Troum glorioſorum; ſtulte, certe adhuc multae exiſtent aerumnae propter eam; in ea enim multique et fortes viri ſumus, qui vtique propugnantes claris parentibus, vxoribusque, et liberis, Jlium tutemur: tu vero fatum hic conſequeris, tam terribilis licet ſis et audax bellator.“

Dixit vtique, et acutum telum graui manu emiſit; et percuſſit tibiam ſub genu, neque

aberrauit; circaque ipſam ocrea recens - elaborati ſtanni horrendum reſonuit; aes tamen reſiliit a percuſſo, neque penetrauit; dei enim prohibuere dona. Pelei filius vero impetum - fecit in Agenorem deo - parem ſecundus; at non ſiuit Apollo gloriam referre, ſed ipſum eripuit, texitque caligine multa, quietumque ipſum e praelio miſit vt - abiret.

At hic Pelei filium dolo auertit a *pugnantium* turba: ipſi enim longe - iaculans Agenori omnia cum ſe aſſimularat, ſtetit ante pedes; ille vero feſtinabat pedibus perſequi. Dum ille hunc per campum perſequebatur tritici - feracem, conuerſus praeter fluuium vorticibus - profundum Scamandrum, paruo interuallo praecurrentem; dolo etenim lactabat Apollo, vt ſemper ſperaret *ſe* aſſecuturum pedibus ſuis: interim caeteri Troiani fugati venerunt conferti laeti ad vrbem; vrbs vero implebatur concluſis. Neque enim illi ſuſtinebant vrbem et murum extra exſpectare iam ſe - inuicem, et cognoſcere et quis effugiſſet, et quis occubuiſſet in pugna; ſed cupide infundebantur in vrbem, quemcunque eorum pedes et genua incolumem - retulerant.

ILIADIS

LIBER XXII.

Sic hi quidem per vrbem trepida fuga - dissipati, velut hinnuli, a sudore se refrigerabant, bibebantque, medebanturque siti, acclinati pulcris propugnaculis. At Achiui ad murum prope accedebant, scuta humeris inclinantes. Hectorem vero ibi manere exitiale Fatum tanquam - compede - vinctum - coëgit, Jlium ante, portasque Scaeas. At Pelei filium allocutus est Phoebus Apollo:

„Cur me, Pelei fili, pedibus velocibus persequeris, ipse mortalis cum sis, deum immortalem? nec dum omnino me agnouisti, quod deus sum; tu autem indefinenter furis. Tibi nimirum nihil curae est contra Troas labor - bellicus, quos fugasti, qui iam in vrbem conclusi - sunt, tu vero huc deuertisti. Neque vero me interficies, quoniam haud mortalis sum.“

Hunc autem grauiter indignatus allocutus est pedibus velox Achilles: „Laesisti me, longe - iaculans, deorum perniciosissime omnium, qui huc nunc auertisti a muro. Certe adhuc multi terram mordicus prehendissent, antequam in Jlium peruenissent. Nunc vero mihi quidem magnam

gloriam eripuisti, illosque seruasti facile; non
enim vltionem vllam veritus es in posterum;
20 *nam* profecto te vlciscerer, si mihi facultas
vtique adesset."

Sic fatus, ad vrbem magnis elatus animis
abiit, ruens, velut equus certamine - victor,
cum curru, qui celeriter currit magno nisu
contendens per campum. Sic Achilles celeriter
pedes et genua mouebat.
25 Hunc vero senex Priamus primus vidit oculis,
collucentem tanquam stellam, ruentem per cam-
pum, quae scilicet autumno oritur: perillustres
autem eius radii lucent multa inter astra nocte
intempesta; quam canem Orionis vulgo vo-
30 cant: splendidissima quidem haec est, at exi-
tiale signum est, atque emittit magnum aestum
miseris mortalibus: sic huius aes splendebat
circa pectora currentis. Eiulabat vero senex,
caputque pulsabat manibus in altum sublatis,
35 magnoque edito eiulatu clamabat supplex
orans dilectum filium. Is autem ante portas
stabat, vehementer animis ardens cum Achille
pugnare; eum itaque senex miserabiliter allo-
cutus est, manus extendens:

„Hector, ne mihi expecta, dilecte fili, vi-
rum hunc solus, sine aliis; vt ne mox mor-
40 tem assequaris, a Pelei filio domitus; longe
enim viribus praestat. Crudelis, vtinam diis
carus tantum esset, quantum mihi! cito pror-
sus eum canes et vultures vorarent iacentem;
sic certe mihi grauis ex praecordiis dolor abiret.
Iste me filiis multisque et strenuis orbum fecit,

interſiciens, et deportatos - vendens inſulas in longinquas. Quin et nunc duos ſilios, Lycaonem et Polydorum, non poſſum videre, Troianis in vrbem concluſis, quos mihi Laothoë peperit praecellens mulieribus. At ſi quidem viuunt in caſtris, certe poſtmodum aereque auroque redimemus; eſt enim domi: multa enim dedit ſiliae ſenex fama - inclytus Altes. Si vero iam mortui ſunt, et in Orci domo, dolor meo animo et matri, qui genuimus. Populo autem reliquo breuior dolor erit, modo non et tu moriaris, ab Achille domitus. Sed ingredere murum, mi ſili, vt ſerues Troianos et Troianas, neque magnam gloriam praebeas Pelei ſilio, ipſeque dilecta vita priueris. Praeterea et mei infelicis adhuc mentis - compotis miſerere, calamitoſi, quem pater Saturnius in ſenectutis limine fortuna in acerba perdet, mala multa conſpicatum, ſiliosque interemtos, raptatasque ſilias, et thalamos direptos, et infantes liberos alliſos terrae, in graui caede, tractasque nurus pernicioſis manibus Achiuorum. Ipſum vero forſitan extremum me canes in primis foribus cruda - vorantes raptabunt, poſtquam aliquis acuto aere cominus vel eminus feriens ex artubus animam eripuerit, quos nutriui in aedibus, menſae aſſeclas ianitores, qui meo ſanguine hauſto, rabie acti animis, iacebunt in veſtibulis. Iuueni autem omnino decorum - eſt pugna caeſo, lacerato acuto aere, iacere; omnia nempe honeſta etiam mortuo quicquid apparuerit: ſed, quum iam canumque

caput, canamque barbam, pudendaque deturpent canes occiſi ſenis, hoc vtique miſerrimum accidit miſeris mortalibus."

Dixit quidem ſenex, canosque capillos extrahebat manibus, vellens e capite; neque *tamen* Hectori animum flectebat. Mater vero deinceps ex - alia parte lamentabatur lacrymas - fundens ſinum denudans, altera autem *manu* mamillam exſeruit, et illum lacrymas - fundens verbis alatis allocuta eſt:

„Hector, fili mi, et haec reuerere, et mei miſerere ipſius, ſi vnquam tibi vagitus - ſedantem mammam praebui, horum reminiſcere, care fili; arceque infeſtum virum moenia ingreſſus; neque proſtes pugnator aduerſus ipſum; praeferox: ſi enim te interemerit, haudquaquam te ego deflebo in lectis, carum germen, quem peperi ipſa, neque vxor magnifice - dotata; ſeorſum autem te longe a nobis Argiuorum apud naues canes veloces comedent."

Sic hi lugentes alloquebantur dilectum filium, multis ſupplicantes. Neque *tamen* Hectori animum flectebant; ſed is expectabat Achillem ingentem propius accedentem. Vt vero draco ad luſtrum ferus virum expectat, paſtus mala venena; ſubit autem et ipſum ira grauis, horrendumque tuetur, conuoluens ſe circa latibulum: ſic Hector, inextinguibili praeditus animorum - vi, non recedebat, turrim ad prominentem fulgido clypeo - acclinato; indignabundus vero dixit ad ſuum magnum animum:

„Hei mihi, ſi quidem portas et moenia ingreſſus fuero, Polydamas me primus probris onerabit, qui me hortatus - eſt Troianos ad vrbem ducere, nocte iſta exitiali, quando ſurrexit - ad - certamen nobilis Achilles, at ego non parui; certe multo vtilius fuiſſet; nunc vero poſtquam perdidi populum damnoſa - pertinacia mea, vereor Troianos et Troianas longa - peplorum - ſyrmata - trahentes, ne quando quis dicat deterior alius me: Hector ſuis viribus fretus perdidit copias. Sic dicent: mihi vero tunc multo ſatius eſſet, contra *pugnando*, aut Achille interfecto, redire, aut ab ipſo interfici glorioſe pro vrbe. Quod ſi clypeum quidem depoſuero vmbonibus munitum, et caſſidem validam, haſtaque ad murum acclinata, ipſe profectus Achilli eximio obuius venero, et ei pollicear Helenam, et opes cum ipſa omnes prorſus, quaſcunque Alexander cauis in nauibus duxit ad Troiam, quae fuit certaminis origo, daturum Atreo natis abducendas, ſimulque ſeparatim Achiuis alias diſtributurum, quaſcunque vrbs haec abditas - habet; a Troianis vero deinde honorabile iusiurandum exigam, nihil occultaturos, ſed bifariam omnia diuiſuros, facultates quaſcunque vrbs amabilis intus continet: — Sed cur mihi haec meus ſecum - diſſerit animus? *Vereor*, ne ei ego quidem ſupplicem profectus; is autem mea non miſereatur, neque omnino me reuereatur, interficiat vero me, inermem, temere, tanquam mulierem, poſtquam arma exuero.

Non ſane prorſus nunc licet a quercu neque a petra cum hoc confabulari, ceu virgo iuuenisque, virgo iuuenisque confabulantur inter ſe. Satius vero certamine congredi; quam celerrime videamus, vtri Olympius gloriam praebiturus ſit."

Haec animo - verſabat manens. At prope ad eum acceſſit Achilles, par Marti galeam - quaſſanti bellatori, vibrans Peliacam haſtam ad dextrum humerum terribilem; circum vero aes ſplendebat ſimile fulgori vel ignis ardentis, vel ſolis orientis. Hectorem vero, vt *eum* vidit, cepit tremor, neque amplius ſuſtinuit illic manere, a tergo autem portas reliquit, abiitque perterritus. Pelei filius vero irruit, pedibus rapidis fretus; veluti circus in montibus, velociſſimus volucrum, facile impetum - dat in pauidam columbam: haec autem oblique fugit; iſte vero in - proximo acutum - edens - clangorem, crebros faciens impetus, inſequitur, capereque illam animus iubet: ſic vtique ille ardens recta volabat; trepidus autem fugiebat Hector muro ſub Troianorum, velociaque genua mouebat. Hi vero praeter ſpeculam et caprificum ventoſam murum vsque ſubter per viam - publicam rapido curſu - ferebantur; ad ſcaturigines autem peruenerunt pulcre - fluentes, vbi nempe fontes duo erumpunt Scamandri vorticoſi. Alter quidem aqua calida fluit, circumque fumus oritur ex ipſo; velut *ab* igne ardenti; alter vero aeſtate profluit, ſimilis grandini, vel niui frigidae, vel ex aqua *con-*

cretae glaciei. Illic autem ad ipſos labra - ad - lauandum lata prope ſunt, pulcra, lapidea, vbi veſtes ſpecioſas lauabant Troianorum vxores, pulcraeque filiae, olim tempore pacis; priusquam veniſſent filii Achiuorum. Hac vtique praetercurrerunt, *alter* fugiens, alterque a tergo perſequens; ante quidem fortis fugiebat, perſequebatur vero ipſum multo fortior rapide. Neque enim victimam, neque bubulam pellem adipiſci - conabantur, qualia pedibus praemia ſunt virorum: ſed de anima *certantes* currebant Hectoris equûm - domitoris. Vt vero cum aſſueti - vincere circa metas ſolidis - vngulis equi celeriter admodum currunt; magnum enim propoſitum eſt praemium, vel tripos, vel mulier, *in honorem* viri defuncti: ſic hi ter Priami vrbem gyro - circum - acti ſunt rapidis pedibus; dii vero omnes ſpectabant. Inter hos autem ſermonem orſus eſt pater hominumque deûmque:

„Proh malum, profecto dilectum virum agitari circa murum oculis video; meum autem dolet cor *de* Hectore, qui mihi multa boum femora adoleuit, Idae in verticibus multas convalles - habentis; interdum etiam in vrbe ſumma: nunc vero eum nobilis Achilles vrbem circa Priami pedibus velocibus inſequitur. Sed agite, deliberate, dii, et conſultate, an eum e morte ſaluum eripiemus, an eum iam ſub Pelei filio Achille domabimus, bonum licet.“

Hunc vero allocuta eſt dea oculis - caeſia Minerua: „O pater, rutili - fulminis - miſſor, atras - nubes - cogens, quid dixiſti? Virum mortalem, iam olim deſtinatum fato, iam vis a morte triſti liberare? Fac; at non tibi omnes aſſentiemur dii caeteri.“

Hanc autem reſpondens allocutus eſt nubes - cogens Iupiter: „Bono eſto animo, Tritonia, dilecta filia: neutiquam animo ſerio loquor, volo autem tibi mitis eſſe: fac, prout tibi animus eſt, neque quid ceſſa.“

Sic locutus, impulit antea paratam animo Mineruam; deſcendit autem *ea* ab Olympi verticibus impetu - facto. Hectorem vero indeſinenter vrgens ſequebatur celer Achilles. Vt vero quum hinnulum ceruae in montibus canis inſequitur, excitatum e cubili, perque conualles et per fruticeta; eum autem, etiam ſi lateat metu perculſus ſub arbuſto, tamen veſtigia - legens currit perpetuo, donec inueniat: ſic Hector non latebat pedibus - velocem Pelei filium. Quoties vero impetum - ſumeret ad portas Dardanias recta ruere bene - aedificatas verſus turres, ſi quo modo ei deſuper auxiliarentur telis: toties eum auertebat praeuertens in campum; ipſe autem prope vrbem volabat ſemper. Vt vero in ſomno non poteſt fugientem conſequi, neque alter alterum poteſt effugere, neque alter conſequi: ſic hic illum non poterat aſſequi pedibus, neque ille effugere. Quo vero pacto Hector fata effugere *iam nunc* potuiſſet mortis, niſi ei poſtremumque et vlti-

mum occurriſſet Apollo prope, qui ei excitavit robur velociaque genua! Copiis autem renuebat capite nobilis Achilles, neque ſinebat mittere in Hectorem amara tela; ne quis gloriam auferret percutiens, ipſeque ſecundus veniret. Sed, quando iam quartum ad ſcaturigines peruenerant, tum vero aureas pater attollebat lances, impoſuitque duo fata longum - ſomnum - adferentis mortis, hoc quidem, Achillis, illud vero, Hectoris equûm - domitoris, ſuſtinuitque medias prehenſas: inclinata autem eſt Hectoris fatalis dies, deſcenditque ad orcum; reliquitque illum Phoebus Apollo. Aſt ad Pelei filium acceſſit dea caeſia - oculis Minerua, et prope ſtans verbis alatis allocuta eſt:

„Nunc demum nos vtique ſpero, Ioui dilecte, illuſtris Achille, relaturos magnam gloriam Achiuis ad naues, Hectore caeſo, pugnae inſatiabilis licet ſit; non ei nunc amplius certe licet nos effugere, ne quidem ſi perquam multum laboret longe - iaculans Apollo, aduolvens ſe pedibus patris Iouis Aegiochi. Sed tu quidem nunc ſta et reſpira; huic vero ego tecum accedens perſuadebo aduerſis - viribus pugnare.“

Sic dixit Minerua; ille vero paruit gauiſusque eſt animo; ſtetit autem fraxineae haſtae aere - praefixae innixus. Haec vero hunc quidem reliquit, aſſecutaque eſt Hectorem nobilem, Deïphobo cum ſe aſſimulaſſet corpore et indefeſſa voce. Prope autem ſtans verbis alatis allocuta eſt:

„Venerande frater, profecto admodum iam te vrget celer Achilles, vrbem circa Priami pedibus velocibus perſequens: ſed age iam ſtemus, et propulſemus manentes.“

Hanc autem viciſſim allocutus eſt ingens pugnam - expedite ciens Hector: „Deïphobe, profecto quidem mihi antea multo cariſſimus eras fratrum, quos Hecuba atque Priamus genuit filios: nunc vero adhuc etiam magis habeo in animo honorare, cum ſuſtinuiſti mei gratia, vt vidiſti oculis, moenibus egredi, caeteri vero intus manent.“

Hunc autem rurſus allocuta eſt dea caeſia - oculis Minerua: „Venerande frater, profecto quidem multum pater et veneranda mater ſupplicabant, deinceps genua - amplectentes, circum et ſodales, vt illic manerem; (adeo enim metu tremunt omnes;) ſed meus intus animus conficiebatur dolore graui. Nunc vero aduerſi praeſentibus - animis pugnemus, neque iam haſtarum ſit parſimonia, *(haſtis vtamur)* vt videamus an Achilles, nobis interfectis, ſpolia ſanguinolenta referat naues ad cauas, an tua haſta dometur.“

Sic locuta, continuo aſtu praeiuit Minerua. Illi vero cum iam prope erant alter in alterum vadentes, hunc prior allocutus eſt ingens pugnam - expedite - ciens Hector:

„Non te amplius, Pelei fili, fugiam, vt antea; ter circa vrbem magnam Priami fugi, nec vnquam ſuſtinui exſpectare *te* ingruentem; nunc vero me animus impulit ſtare contra te:

interimam certe, vel interimar. Sed agedum deos teſtes faciamus; hi enim optimi teſtes erunt et cuſtodes pactorum: Non ego te immaniter deturpabo, ſi mihi Iupiter dederit victoriam, tuamque animam abstulero; at poſtquam tibi detraxero pulcra arma, Achille, cadauer Achiuis reddam: ſic et tu facito."

Illum vero torue intuitus allocutus eſt pedibus velox Achilles: „Hector, ne mihi, acerbiſſime, pacta memora. Vt non ſunt leonibus et hominibus foedera fida, neque lupi et agni concordem animum habent, ſed hoſtili animo ſunt perpetuo ſibi inuicem: ſic non fas eſt me et te amicitiam contrahere, neque prorſus nobis foedera erunt, antequam vtique alter ſtratus ſanguine ſatiarit Martem inuictum bellatorem. Omnigenae virtutis recordare; nunc te admodum oportet haſtaque acerrimum eſſe et audacem bellatorem. Non tibi eſt amplius effugium; ſtatim enim te Pallas Minerua haſta mea domat; nunc vero ſimul omnes lues dolores meorum ſociorum, quos interfeciſti haſta furens."

Dixit quidem, et vibratam emiſit praelongam haſtam; et hanc quidem ex aduerſo conſpicatus euitauit illuſtris Hector; ſubſedit enim praeuidens, ſuperuolauit autem aerea haſta, terraeque infixa eſt; euulſit vero *eam* Pallas Minerua, Achillique reddidit, latuitque Hectorem, paſtorem populorum. Hector vero allocutus eſt eximium Pelei filium:

„Aberraſti, nec dum vtique, diis ſimilis Achille, ex Ioue noras meum fatum; atqui dicebas vtique; ſed quidem loquax et ſubdolus es verbis, vt te metuens animorum virtutisque obliuiſcerer. Haud tamen mihi fugienti dorſo haſtam infiges, ſed recta-ruenti animis-praeſentibus per pectus adige, ſi tibi dedit deus. Nunc viciſſim meam haſtam euita aeream; vtinam iam tuo in corpore totam recipias. Tum certe leuius bellum Troianis eſſet, te interfecto: tu enim ipſis pernicies maxima."

Dixit, et vibratam emiſit praelongam haſtam, et percuſſit Pelidae medium ſcutum, neque aberrauit; longe tamen excuſſa eſt ſcuto haſta. Iratus autem eſt Hector; quod ſibi telum velox irritum euolaſſet e manu; ſtetitque vultu-deiecto, neque enim aliam habebat fraxineam haſtam; Deïphobum vero vocabat albo-clypeo-inſignem, alto clamore, poſcebat eum haſtam longam; is vero neutiquam illum prope erat. Hector autem ſenſit ſuo in animo, dixitque:

„Eheu, profecto omnino iam me dii ad mortem vocarunt: Deïphobum enim ego putabam heroëm adeſſe; ſed ille quidem in muro, me vero decepit Minerua. Nunc autem prope mihi mors exitialis, nec iam longe; neque effugium; certe enim olim hoc gratum erat Iouique, et Iouis filio longe-iaculanti; qui me antea quidem propenſo animo e periculis eripuerunt; nunc vero me fatum aſſequitur. Haud tamen ignauiter ſaltem et inglorie periero, ſed

magnifico aliquo facinore edito et poſteris audiendo.“

Sic fatus, ſtrinxit enſem acutum, qui ei
ad latus pendebat magnusque, validusque; im-
petum autem dedit conuerſus, velut aquila alte
volans, quae deſcendit in campum per nubes
310 obſcuras, raptura vel agnam teneram, vel
pauidum leporem: ſic Hector impetum dabat
vibrans enſem acutum. Irruit et Achilles, ira-
que ſibi impleuit animum atroci; ſcutum vero
pectori praetendit pulcrum, artificioſe factum;
315 galea autem nutabat fulgida, quatuor - co-
nos - habente; pulcraeque motabantur concuſſae
comae aureae, quas Vulcanus fuderat conum
circum denſas. Qualis vero ſtella procedit in-
ter ſtellas nocte intempeſta Heſperus, quae
pulcerrima in coelo poſita eſt ſtella: ſic a
cuſpide *fulgor* emicabat peracuta, quam Achil-
320 les vibrabat dextera, ſtruens malum Hectori
nobili, rimans - oculis corpus pulcrum, vbi
acciperet vulnus facillime. Huius autem, *quod
ad* caeteras quidem partes, tegebant corpus
aerea arma, pulcra, quibus Patrocli vim exue-
rat occiſi; apparebat autem *ea pars*, qua cla-
325 viculae ab humeris ceruicem dirimunt, gut-
turis, vbi animae citiſſima pernicies: hac in
eum ardenti - animo - latus feriit haſta nobilis
Achilles; e regione autem teneram per cerui-
cem abiit cuſpis; nec tamen arteriam fraxinus
abſcidit aere grauis, vt aliquid ipſum alloque-
retur reſpondens verbis. Cecidit autem in pul-
vere; et ſuper *eum* gloriatus eſt nobilis Achilles:

„Hector, at aliquando putabas, Patroclum interfectum ſpolians, ſaluum *te* fore, me autem nihil veritus es vltorem abſentem; ſtulte, huius enim ſeorſum vltor longe - fortior navibus in cauis ego poſt relictus eram, qui tibi genua ſolui. Te quidem canes et alites lacerabunt turpiter, illi vero exſequias - facient Achiui.“

Illum vero languens allocutus eſt pugnam - expedite - ciens Hector: „Supplex - oro, per animam, et genua, tuosque parentes, ne me ſinas apud naues canes dilaniatum - vorare Achivorum; ſed tu quidem aesque abunde, aurumque accipe, dona, quae tibi dabunt pater et veneranda mater, corpus autem domum meum reddito, vt rogi me Troiani et Troianorum vxores participem - faciant mortuum.“

Hunc autem torue intuitus allocutus eſt pedibus velox Achilles: „Ne me, canis, *per* genua ſupplex - precare, neque *per* parentes. Vtinam enim vllo - pacto ipſum me furor et animus ſtimularet, crudas disſecantem *tuas* carnes comedere, quandoquidem talia in me feciſti: adeo non eſt, qui tuo vtique canes capite arceat; ne quidem ſi deciesque et vicies tanta dona appenderint huc adducentes, promiſerint etiam et alia; nec ſi te ipſum auro compenſare velit Dardanides Priamus; ne ſic quidem te vtique veneranda mater impoſitum lectis deflebit, quem peperit ipſa; ſed canesque et alites totum discerpent.“

Illum vero iam - moriens allocutus eſt pugnam expedite - ciens Hector: „Profecto te probe noſcens praeſenſi, neque ſane eram perſuaſurus; certe enim tibi quidem ferreus intus animus. Conſidera nunc, ne tibi aliqua deorum irae cauſa ſim die illo, quando te Paris et Phoebus Apollo, ſtrenuum licet, interiment in Scaeis portis.“

Sic quidem ipſum locutum finis mortis cooperuit; anima vero ex artubus volans ad Orcum deſcendit, ſuam ſortem lugens, relicto vigore et iuuenta. Hunc etiam mortuum allocutus eſt nobilis Achilles:

„*Tu* morere: fatum vero ego tunc accipiam, quandocunque Iupiter voluerit perficere, atque immortales dii caeteri.“

Dixit, et e mortuo euulſit aeream haſtam; et hanc quidem ſeorſum poſuit, ab humeris autem arma detrahebat ſanguinolenta. Caeteri autem accurrentes circumfuſi ſunt filii Achiuorum, qui et admirabundi - contemplati ſunt habitum corporis et ſpeciem mirabilem Hectoris. Neque ei quis ſine - vulnere - inflicto adſtitit. Sic vero aliquis dicebat intuitus in proximum alium:

„Papae, certe longe iam mollior tractatu Hector, quam quando naues incendit igne ardenti.“

Sic quidem aliquis dicebat, et vulnerabat adſtans. Hunc autem vbi ſpoliarat pedibus valens nobilis Achilles, ſtans inter Achiuos verba alata dixit:

„O amici, Argiuorum ductores, atque principes, poſtquam hunc virum vt necarem, dii dederunt, qui mala multa patrauit, quot non vniuerſi caeteri: eia agite, circa vrbem cum armis experiamur, vt cognoſcamus Troianorum mentem, quamnam habeant: num deſerturi - ſint vrbem ſummam, hoc ſtrato, an manere auſint, etiam Hectore non iam exiſtente. Sed cur mihi haec meus ſecum disſerit animus? Iacet ad naues mortuus indefletus, inhumatus, Patroclus; huius autem non obliuiſcar, quoad ego viuis interero, et mihi mea genua moueantur: quod ſi mortuorum obliuio ſubit in Orco; tamen ego etiam illic dilecti memor ero ſodalis. Nunc autem age canentes Paeana, iuuenes Achiuorum, naues ad cauas redeamus, et hunc ducamus: Retulimus magnam gloriam: interfecimus Hectorem nobilem, cui Troiani per vrbem, velut deo, vota faciebant.“

Dixit, et in Hectorem nobilem indigna moliebatur opera: amborum retro pedum perforauit tendines ad talum vsque a calce, bubulaque innexuit lora, de curruque ligauit; caput vero trahi ſiuit; curruque conſcenſo, et inclytis armis *in eum* eleuatis, ſcutica percuſſit *equos*, vt inirent - curſum; ii autem non inuiti volabant: ab illo vero oriebatur inter trahendum puluis; at circum comae cyaneae *terrae* admouebantur, caputque totum in puluere iacebat, ante venuſtum; tunc vero Iupiter hoſtibus dederat deturpandum ipſius in patria terra.

Sic huius quidem puluere foedabatur caput totum: tum vero mater euellebat comam, nitidumque abiecit velum procul; eiulatumque edidit admodum altum, filium intuita. Lamentabatur miſerabiliter et pater dilectus, circumque populi eiulatuque tenebantur, et lamentis per vrbem. Huic autem (rerum adſpectui) maxime erat ſimile, ac ſi tota Jlios excelſa igni cremaretur a culmine. Populi quidem ſenem vix tenebant dolore - indignantem, egredi cupientem portis Dardaniis. Omnes autem ſupplex - orabat; prouolutus in luto, nominatim compellans virum quemque:

„Abstinete, amici, et me ſolum ſinite, ſoliciti licet, egreſſum vrbe ire ad naues Achiuorum. Supplicabo viro huic pernicioſo, violentia - effraeni, ſi forte aetatem reuereatur, atque miſereatur ſenectutis; etenim et huic pater talis eſt Peleus, qui ipſum genuit et nutriuit, perniciem futurum Troianis; maxime autem mihi prae omnibus dolores fecit: tot enim mihi filios interemit aetate florentes; de quibus omnibus non tantum lugeo, triſtis licet, quantum vno, de quo me dolor vehemens *conceptus* deferet ad Orcum, Hectore. Vtinam obiiſſet inter manus meas! ſic enim ſatiati fuiſſemus flentesque, lugentesque, materque, quae eum peperit infelix, atque ego ipſe."

Sic dixit flens; adgemebant autem ciues.

Inter Troades vero Hecuba denſum - ſuſpiriis exorſa eſt luctum:

„Fili, ego miſera curnam viuo, grauia paſſa, te mortuo? qui mihi noctesque et dies gloria per vrbem eras, omnibusque emolumentum Troianisque et Troadibus per vrbem, qui te deum tanquam excipiebant. Certe enim ipſis admodum magna gloria eras viuus: nunc vero mors et fatum occupat."

Sic dixit flens. Vxor autem nondum aliquid audierat de Hectore; non enim ei aliquis certus nuntius profectus nuntiarat, quod ei maritus extra manſiſſet portas; ſed illa telam texebat, in receſſu domus altae, duplicem ſplendidam *veſtem*, operaque picta varia ſparſim intexebat. Iuſſerat autem ancillas comis-pulcras per domum igne circumdare poſitum tripodem magnum, vt eſſent Hectori calida lauacra e pugna reuerſo; demens, neque enim ſciebat, quod ipſum admodum procul a lavacris manibus Achillis domuerat oculis-caeſia Minerua. Eiulatum autem exaudiit et lamenta a turri; eiusque continuo ſucculli ſunt artus, inque terram ei excidit radius; ipſaque ſtatim inter ancillas comis-pulcras locuta eſt:

„Adeſte, duae me ſequimini, *vt* videam, quaenam res *agantur*: Venerandae ſocrus vocem audiui, mihique ipſi in pectoribus ſaliens vibratur cor ſurſum ad os, ſubtusque genua glaciata torpent; prope certe aliquod malum Priami filiis. Vtinam vero procul ab aure ſit mea dictum! ſed perquam grauiter timeo, ne iam mihi audacem Hectorem nobilis Achilles

ſolum interclusſum ab vrbe, in campum agitet; et iam eum ceſſare - ſaciat *ab* audacia exitiali, quae ipſum tenebat: quippe nunquam in turba manebat virorum; ſed longe procurrebat, ſua animi vi nulli cedens."

Sic locuta, per domum ruit, lymphatae ſimilis, vehementer palpitans corde; ſimul et ancillae ibant cum ipſa. At poſtquam ad turrimque et hominum peruenerat turbam, ſtetit circumſpiciens in muro, illumque aduertit raptatum ante vrbem; celeres autem eum equi raptabant immaniter cauas ad naues Achiuorum. Illam vero oculos obſcura nox cooperuit; collapſaque eſt retro, animamque efflauit. Procul vero a capite fudit redimicula admiranda, vittas, reticulumque, atque textile crinale, velumque, quod ei dedit aurea Venus, die illo, quo ipſam pugnam - expedite - ciens duxit Hector ex domo Eetionis, poſtquam dederat infinita dona ſponſalia. Circum vero ipſam gloresque et fratriae frequentes ſtabant, quae ipſam inter ſe tenebant prae - dolore - cupidam interitus. Ea vero vt ad ſe rediit, et in praecordia anima collecta eſt, crebris gemitibus plorans, inter Troades dixit:

„Hector, ego infelix! eodem igitur nati ſumus fato ambo, tu quidem in Troia Priami in domo, ego autem Thebis, Hypoplaco ſylvoſa in domo Eetionis, qui me enutriit, parvula cum eſſem, infelix infelicem: vtinam non genuiſſet! Nunc vero tu quidem in Orci do-

mos, ſub latebris terrae, abis, et me grauiſſimo in luctu relinquis viduam in aedibus. At filius adhuc infans prorſus eſt, quem genuimus, tuque egoque calamitoſi; neque tu huic eris, Hector, emolumento; quippe occubuiſti; neque tibi hic; nam, etſi bellum quidem effugerit lacrymoſum Achiuorum, ſemper tamen ei labor et mala in poſterum erunt; alii enim ei terminis - mutatis - adiment arua; dies enim pupillaris omnibus - aequalibus - deſtitutum puerum reddit; ſemper vero deiecto - eſt - vultu, lacrymisque madidae ſunt genae; egens autem vadit puer ad patris ſodales, alium quidem chlaena prenſans, alium vero tunica; horum autem miſerantium pocillum aliquis tantillum admouet, labraque quidem rigat, palatum vero non rigat. Hunc et *aliquis*, vtroque - parente - viuo florens, e conuiuio exturbat, manibus verberans, et probris inſectans: abi in malam rem ſic; non tuus vtique pater conuiuatur nobiscum; lacrymabundus autem redit puer ad matrem viduam, Aſtyanax, qui ante quidem ſui ſuper genibus patris medullam tantum comedebat, et ouium pinguem adipem; at quando ſomnus occuparet, deſiiſſetque pueriliter - luſitare, dormiebat in lectis, in vlnis nutricis, cubili in molli, deliciis repletus corde; nunc vero multa patietur, caro patre priuatus, Aſtyanax, quem Troës cognomine vocant; ſolus enim ipſis, *o Hector,* defendebas portas et muros altos. Nunc vero te quidem ad naues recuruas, procul a parenti-

bus, mobiles vermes edent, poſtquam canes ſe ſatiauerint, nudum; at tibi veſtes in aedibus iacent, tenuesque et venuſtae, factae manibus mulierum. Verum enimvero haec omnia comburam igne ardenti, nihil tibi vtique vſui *futura*, neque enim iacebis in ipſis; ſed coram Troianis et Troadibus gloria *tibi* ſunto."

Sic dixit flens; adgemuerunt autem mulieres.

ILIADIS

LIBER XXIII.

Sic hi quidem ingemiſcebant per vrbem; at Achiui poſtquam ad nauesque et Hellespontum peruenerant, alii quidem diſperſi - ibant ſuam ad nauem quisque: Myrmidonas vero non ſinebat diſperſos - abire Achilles, ſed is inter ſocios bellicoſos dixit:

„Myrmidones, pernices - equites, mei cari ſocii, ne iam a curribus ſoluamus ſolidos - vngulis - equos, ſed cum ipſis equis et curribus propius accedentes, Patroclum defleamus: hic enim honor eſt mortuorum. At poſtquam triſti ſatiati - fuerimus luctu, equis ſolutis coenabimus hic omnes.“

Sic dixit; illi autem lamentabantur frequentes; praeibat vero Achilles. Hi itaque ter circa mortuum pulcre - iubatos egerunt equos lugentes; interque ipſos Thetis luctus deſiderium excitauit. Rigabantur arenae, rigabantur et arma virorum lacrymis; talem enim deſiderabant artificem fugandi *hoſtes*. Illis autem Pelei filius denſum - ſuſpiriis exorſus eſt luctum, manibus homicidis impoſitis pectori ſodalis:

„Salue mihi, o Patrocle, etiam in Orci aedibus: Omnia enim iam tibi perficiam, quae antea pollicitus ſum, Hectorem huc tractum daturum canibus, crudum vt diſcerpant; duodecim autem ante pyram ceruices abſciſſurum Troianorum claris filiis, de te interfecto iratus."

Dixit quidem, et in Hectorem nobilem indigna machinabatur facta, pronum ad feretrum Menoetiadae extendens in puluere. Illi vero arma exuebant quisque aerea, coruſcantia; ſoluebantque altiſonos equos. Conſederunt autem iuxta nauem pedibus velocis Aeaci nepotis frequentiſſimi; at is eis epulum funebre lautum praebebat. Multi quidem boues candidi humi-extendebantur vi ferri, inter iugulandum, multae etiam oues et balantes caprae; multi et albis dentibus ſues, florentes pinguedine, torrendi extendebantur per flammam Vulcani; vndique autem circum cadauer multus fluebat ſanguis. At regem quidem pedibus-celerem Pelei filium ad Agememnonem nobilem ducebant reges Achiuorum, aegre perſuaſum, de ſodali iratum corde. Illi vero cum iam ad tentorium Agamemnonis veniſſent euntes, ſtatim *is* praeconibus canoris imperauit, igne circumdare poſitum tripodem magnum, ſi qua perſuadere poſſent Pelei filio, vt ablueret tabum cruentum. At ille recuſabat conſtanter, inſuper et iuramentum iurauit:

„Non per Iouem, qui deorum ſummus et optimus, non fas eſt lauacra ad caput prope

accedere, antequam Patroclum impoſuero igni, tumulumque aggeſta - terra fecero, totonderoque comam; haud enim mihi poſthac iterum ſic inuadet dolor cor, quamdiu viuis interero. At tamen nunc inuiſo pareamus epulo; mane vero iube - adhortans, rex virorum Agamemnon, lignaque comportent, apponantque, vti par eſt mortuum habentem ſubire tenebras obſcuras: vt hunc quidem comburat indefeſſus ignis ocyus ab oculis, copiaeque ad munia reuertantur.“

Sic dixit; illi autem ei maxime auſcultarunt, atque paruerunt: Sedulo vero coena parata ſinguli conuiuabantur; neque quicquam animus indigebat epuli aequalis. Sed poſtquam potus et cibi deſiderium exemerant, alii quidem decubituri iuerunt ad tentorium quisque: Pelei filius vero in littore multo - ſtrepitu - reſonantis maris iacebat grauiter - gemens multos inter Myrmidonas, in *loco* puro, vbi fluctus littus alluebant: quando eum ſomnus cepit, ſoluens curas animi, ſuauis circumfuſus: valde enim laſſatus - erat pulcris membris, Hectorem perſequendo ad Jlium ventoſam. Superuenit vero anima Patrocli miſeri, omnia ipſi magnitudineque et oculis pulcris ſimilis, et voce; et tales corpori veſtes induta erat. Conſtitit autem ſuper capite, et eum ſermone allocuta eſt:

„Dormis, et mei oblitus es, Achille? Non quidem viuentem negligebas, ſed mortuum *negligis*: ſepeli me quam citiſſime, portas Orci

vt intrem. Procul me arcent animae, ſimulacra defunctorum, neque me omnino miſceri trans flumen ſinunt; ſed temere erro circum portis - amplam Orci domum. Et mihi da tuam manum, obteſtor: non enim amplius poſthac redibo ex Orco, poſtquam me ignis participem feceritis. Haudquaquam etenim viui dilectis ſeorſum a ſociis, conſilia ſedentes conſultabimus; ſed me quidem Fatum abſorbuit inuiſum, quod ſortito obuenit etiam naſcenti. Quin et tibi ipſi fatum, diis ſimilis Achille, muro ſub Troianorum nobilium perire. Aliud autem tibi dicam et mandabo, ſi obſequi velis: Ne mea a tuis ſeorſum condas oſſa, Achille; ſed, ſimul ſicut nutriti fuimus in veſtris aedibus, quando me tum paruulum Menoetius ex Opunte duxit ad veſtram *domum*, homicidium propter triſte, die illo, quando filium interfeci Amphidamantis, imprudens, inuitus, de talis iratus; quum me exceptum in aedibus eques Peleus nutriuitque diligenter, et tuum famulum nominauit: ſic et oſſa nobis idem loculus contegat, aurea amphora, quam tibi dedit veneranda mater.“ Illum vero reſpondens allocutus eſt pedibus velox Achilles:

„Cur mihi, venerandum caput, huc veniſti, et mihi haec ſingula mandas? Atqui ego tibi omnia diligenter perficiam, et obſequar, vt tu iubes. Sed me propius ſta: paululum ſaltem complexi *nos* inuicem, triſti ſatiemur luctu.“

Sic fatus, captauit protenſis manibus ſuis, neque prehendit; anima enim ſub terram, tan-

quam fumus, abiit ſtridens. Attonitus autem exſurrexit Achilles, manibusque complofit, verbumque lugubre dixit:

„Papae! certe igitur aliqua eſt et in Orci aedibus anima et ſimulacrum, ſed praecordia non inſunt omnino; pernox enim mihi Patrocli miſeri anima ſuperſtitit ploransque, lugensque, et mihi ſingula praecepit: ſimilis autem erat mirum - in - modum ipſi.“

Sic dixit; illis vero omnibus deſiderium excitauit luctus. Lugentibus autem illis apparuit roſea - digitis Aurora circa mortuum miſerandum. At rex Agamemnon mulosque exciuit et viros, qui conueherent ligna, vndique a tentoriis; et ad hoc vir ſtrenuus exortus eſt Meriones, famulus virtutem - amantis Idomenei. Hi vero ibant aptas - materiae - caedendae ſecures in manibus ferentes, funesque bene tortos; muli autem praeibant ipſis. Multa vero ardua, decliuia, accliuiaque, transuerſaque, transierunt. Sed, cum iam ad ſaltus venerunt irriguae - fontibus Idae, protinus quidem quercus alte - comantes longa - acie - munito aere caedebant feſtinantes; eae vero magnum ſonitum edentes cadebant; eas quidem deinde diffindentes Achiui, alligabant mulis, hique terram pedibus carpebant, cupientes peruenire - ad campum, per ſenticeta denſa. Omnes autem lignatores ſtipites ferebant; ſic enim iuſſerat Meriones, famulus amantis virtutem Idomenei; atque in littus deiecerunt ordine, vbi Achilles

deſignauerat Patroclo magnum ſepulcrum, atque ſibi ipſi.

At poſtquam vndique appoſuerant immenſam materiem, conſidebant ibidem manentes conferti: at Achilles confeſtim Myrmidonibus bellicoſis iuſſit aere cingi, iungereque ſub curribus quemque equos; illi vero feſtini ſurrexerunt, et arma induerunt. Conſcenderunt autem currus propugnatores, aurigaeque; ante quidem curribus - vecti, pone vero nubes ſequebatur peditum, frequentiſſimi; in mediis autem ferebant Patroclum ſocii. Capillis vero totum mortuum tegebant, quos iniiciebant tondentes; pone autem caput manibus - ferebat nobilis Achilles moeſtus; ſodalem enim eximium pompa - funebri - mittebat ad Orcum.

Illi vero quando ad locum peruenerunt, vbi ipſis indicauerat Achilles, depoſuerunt; ſtatimque ei affatim accumularunt materiam. Tum porro aliud animo - deſignauit pedibus - valens nobilis Achilles: ſtans ſeorſum a pyra flauam abſcidit comam, quam ſane Sperchio fluuio alebat, floreſcentem; ingemiſcens autem dixit conuerſis - oculis in nigrum pontum:

„Sperchie, fruſtra tibi vtique pater vouit Peleus, illuc me reuerſum, dilectam in patriam terram, tibique comam abſciſſurum, mactaturumque ſacram hecatomben; quinquaginta inſuper maſculas ibidem oues ſacrificaturum ad fontes, vbi tibi ager - ſacer altareque odoratum. Sic vouit ſenex, tu vero ei votum non perfeciſti. Nunc autem quoniam haudquaquam redibo di-

lectam in patriam terram, Patroclo heroi comam dabo ſecum ferendam."

Sic fatus, in manibus comam dilecti ſodalis poſuit; his autem omnibus deſiderium excitauit luctus. Et omnino lamentantibus occidiſſet lumen ſolis, niſi Achilles ſtatim Agamemnoni dixiſſet adſtans:

„Atrei fili, (tibi enim maxime certe populus Achiuorum parebunt dictis,) luctu quidem licet etiam *alias* ſatiari. Nunc autem a pyra dimitte, et coenam iube parare: haec vero curabimus, quibus maxime cura - iuſtorum pertinet mortui; duces vero nobiscum maneant."

Vt vero hoc audiuit rex virorum Agamemnon, confeſtim populum quidem dimiſit per naues aequales; funeratores autem ibidem manſerunt, et accumularunt ligna. Struxerunt vero pyram centum - pedum quaquauerſus; et in pyra ſumma cadauer poſuerunt dolentes corde. Multas vero pingues oues et flexipedes camuros boues ante pyram excoriarunt et curarunt; at ex omnibus adipe ſumta obtexit cadauer magnanimus Achilles ad pedes a capite, circumque excoriata corpora accumulabat; impoſuit et mellis et olei amphoras, ad feretrum acclinans; quatuor et arduos - ceruicibus equos feſtinanter iniecit pyrae, magnos ciens - gemitus. Nouem huic regi menſarii canes erant; horum etiam iniecit pyrae duos obtruncatos; duodecim et Troum magnanimorum filios ſtrenuos, aere caedens; mala enim mente ſtruebat opera. Immiſit et ignis vim in-

victam, vt depaſceret; eiulauitque deinde, carumque nomine - ciebat ſodalem:

„Salue mihi, o Patrocle, etiam in Orci domo; omnia enim iam tibi perficio, quae antea pollicitus ſum. Duodecim quidem Troianorum magnanimorum filios ſtrenuos, hos vna tecum omnes ignis abſumit; Hectorem autem neutiquam dabo Priami filium igni vorandum, ſed canibus.“

Sic dixit minitans. Circa illum vero canes non occupabantur: ſed canes quidem arcebat Iouis filia Venus dies et noctes; roſaceoque vnxit oleo, diuino, vt ne ipſum laceraret raptans; ei porro cyaneam nubem induxit Phoebus Apollo a coelo vsque ad terram, texitque locum totum, quantum obtinebat cadauer, ne prius vis ſolis ſiccaret circum circa corpus neruis, atque artubus.

Necdum pyra Patrocli ardebat mortui. Ibi rurſus alia animo excogitauit pedibus - valens nobilis Achilles: Stans - ſeorſum a pyra, duobus vota fecit Ventis, Boreae et Zephyro, et pollicitus eſt ſacra pulcra; multis etiam libans aureo poculo, ſupplicauit, vt venirent, quo citiſſime igne comburerent cadauer, lignaque propere arderent; velox autem Iris vota exaudiens internuntia venit ad Ventos. Illi quidem Zephyri grauiter - ſpirantis frequentes in domo conuiuium celebrabant; currens autem Iris ſuperſtitit limine lapideo; illi vero vt viderunt oculis, omnes propere ſurrexerunt,

vocabantque eam ad ſe quisque; haec vero ſedere quidem recuſauit, dixit autem ſermonem: „Non eſt ſedendi tempus: vado enim rurſus ſuper Oceani fluentis, Aethiopum ad terram, vbi ſacrificant hecatombas immortalibus, vt iam et ego particeps ſim ſacrificiorum; ſed Achilles Boream et Zephyrum ſonorum venire orat, et pollicetur ſacra pulcra, vt pyram ſuſcitetis, vt ardeat, in qua iacet Patroclus, quem omnes gemunt Achiui.“

Haec quidem ſic loquuta abiit; illi vero ire - properabant ſonitu immenſo, nubes vi - agentes prae *ſe*. Confeſtim vero ad pontum venerunt flando; excitatus autem eſt fluctus flatus vi ſibilantis; Troiam vero ad gleboſam peruenerunt, rogoque incubuerunt, magnumque ſonitum edidit immane - ardens ignis. Tota autem nocte hi pyrae ſimul flammam iactabant, flantes ſtridule. Tota - nocte autem velox Achilles aureo ex cratere, tenens poculum rotundum, vinum hauriens in humum fundebat, rigabatque terram, animam vocans Patrocli miſeri. Vt vero pater ſui filii lamentatur oſſa cremans deſponſi, qui morte miſeros dolore - affecit parentes: ſic Achilles ſodalis lamentabatur oſſa cremans, reptans propter pyram, crebro ingemiſcens. Quando vero Lucifer venit, luminis nuntius ſuper terram, poſt quem croceo - peplo - induta ſuper mare ſpargitur Aurora, tunc pyra elanguit, ceſſauitque flamma. Venti autem rurſus abierunt domum - vt - redirent Thracium per pontum; hic vero

gemebat, tumidis fluctibus furens. At Pelides a pyra in - aliam - partem ſeparatus, procubuit feſſus, dulcisque ſomnus *ei* cito ſuperuenit. Illi vero (Achiui) circa Atrei filium frequentes congregabantur; quorum ipſum adeuntium tumultus et ſtrepitus excitauit. Reſedit vero erectus, et ipſos ſermone allocutus eſt:

„Atreique fili, et caeteri principes vniuerſorum Achiuorum, primum quidem pyram extinguite rubro vino totam, quantum occupauit ignis vis; at deinde oſſa Patrocli Menoetii filii legamus, bene discernentes; cognitu - facilia enim ſunt; in media namque iacebat pyra, alii vero ſeorſum in extrema - ora cremabantur promiſcue equique et viri; et ea quidem in aurea phiala et duplici adipe ponamus, donec ipſe ego inferorum domo condar; tumulum autem non admodum magnum ego fieri volo, ſed mediocrem quendam; poſtmodum vero et hunc Achiui latumque altumque facite, qui quidem me poſteriores in nauibus multa - tranſtra - habentibus relinquemini.“

Sic dixit; illi vero obſecuti ſunt pedibus - veloci Pelei filio. Primum quidem pyram extinxerunt rubro vino, quantum flamma perwaſerat, profundusque corruit cinis. Flentes vero ſocii mitis oſſa alba collegerunt in auream phialam, et duplicem adipem; in tentorioque poſita tenui linteo texerunt; in orbem autem deſignarunt tumulum, fundamentaque iecerunt circa pyram; et ſtatim affuſam terram aggeſſerunt: aggeſto vero tumulo, redierunt.

At Achilles ibidem populum detinuit, et ſedere - fecit lato - ambitu ſpectatores; e navibus autem extulit praemia, lebetesque, tripodesque, equosque, mulosque, boumque robuſta capita, et foeminas eleganter cinctas, ſplendidumque ferrum. Aurigis quidem primum velocibus praeclara praemia poſuit, mulierem abducendam, eximiam - forma, operum ſcientem, et tripodem anſatum, duarum et viginti - menſurarum, primo; ſecundo autem deinde equam poſuit, ſexennem, indomitam, foetum mulum vtero - geſtantem; at tertio igni - nunquam - admotum depoſuit lebetem, pulcrum, quatuor menſuras capientem, album etiamnum ita; quarto vero poſuit duo auri talenta; quinto autem duplicem phialam ignem - non - expertam poſuit. Surrexit vero, et verba inter Argiuos fecit:

„Atrei fili, et caeteri bene - ocreati Achiui, aurigas haec praemia expectantia iacent in circo. Si quidem iam alterius gratia certaremus Achiui, tum certe ego prima accepta ad tentorium ferrem. Scitis enim, quantum mei virtute ſuperant equi; nam et immortales ſunt, Neptunus autem dedit ipſos patri meo Peleo, is vero viciſſim mihi tradidit. Sed certe quidem ego quieſcam, et ſolidi - vngulis equi; talis enim vim eximiam amiſerunt aurigae benigni, qui ipſis admodum ſaepe humidum oleum iubis ſuperfundebat, quum lauiſſet aqua limpida; eum hi ſtantes lugent, ſoloque ipſis iubae profuſae ſunt, ipſique ſtant dolentes corde.

Vos vero caeteri accingimini per exercitum, quicunque Achiuorum equisque fidit et curribus bene - compactis."

Sic dixit Pelei filius; celeres autem aurigae surrexerunt. Surrexit multo primus quidem rex virorum Eumelus, Admeti dilectus filius, qui aurigandi - peritia ornatus erat; post hunc autem Tydei filius surrexit fortis Diomedes, equosque Troios duxit sub iugum, quos quondam abstulit Aeneae; at ipsum e media morte eripuit Apollo; post hunc autem Atrei filius surrexit flauus Menelaus, nobilissimus, subque iugum duxit veloces equos, Aethen Agamemnoniam, suumque Podargum: illam Agamemnoni dedit Anchisii filius Echepolus dona, vt ne ipsum sequeretur ad Jlium ventosam, sed ibidem deliciis - frueretur manens; magnas enim ei dederat Iupiter opes; habitabat autem hic in spatiosa Sicyone: hanc iste sub iugum duxit admodum cursus cupidam. Antilochus autem quartus pulcris - comantes - iubis instruxit equos Nestoris praeclarus filius magnanimi regis Nelei filii; Pylo autem nati ei equi pedibus veloces agebant currum. Pater vero ipsi prope adstans dixit, in bonum monens intelligentem etiam per se:

„Antiloche, certe quidem te, iuuenem licet, dilexerunt Iupiterque Neptunusque, et aurigandi - artes docuerunt omnigenas: ideo te docere nequaquam multum opus est. Nosti enim recte circa metas *equos* flectere; sed tibi equi tardissimi cursu, ideoque puto damnosa

euentura; horum contra equi quidem ſunt perniciores, nec tamen ipſi plura ſciunt te ipſo ſolerter - machinari. Sed agedum tu, dilecte, conſilium reconde animo omnigenum, ne quo te caſu fugiant praemia. Arte ſane faber - lignarius longe praeſtantior, quam viribus: arte vero et gubernator in nigro ponto navem celerem dirigit iactatam ventis; arte et auriga ſuperat aurigam. Sed qui equis et curribus ſuis fretus *eſt*, imprudenter late flectit huc et illuc; equique vagantur per ſtadium, neque *eos* continet; qui vero peritus *fuerit*, agens deteriores equos, ſemper metam ſpectans, flectit prope, neque eum latet, quo pacto primum adducat bubulis loris: ſed continet perpetuo, et praecedentem obſeruat. Metam autem tibi indicabo admodum cognitu - facilem, neque te latebit: Stat lignum aridum, quantum vlna, ſupra terram, vel quercus, vel laricis, quod quidem non putreſcit imbre; lapides vero eius ex - vtraque parte poſiti ſunt duo albi, in anguſtiis viae; planum autem curriculum equorum hinc inde. Seu alicuius monumentum hominis iam pridem defuncti, ſiue hoc meta fuit tempore priſcorum hominum, et nunc pro termino eſſe voluit pedibus - valens nobilis Achilles: huic tu proxime admotos agito iuxta currum et equos; ſed et ipſe inclinato eleganter - concinnata in ſella paululum ad ſiniſtram eorum; et dextrum equum ſtimula minaci clamore - increpitans, concedeque ei habenas manibus; ad metam autem tibi

equus ſiniſter admoueatur, ita vt tibi modiolus vtique ſummum videatur ſtrinxiſſe rotae affabre - factae; in lapidem vero vites impingere, ne forte equosque vulneres, currusque confringas; gaudium nempe aliis, opprobriumque tibi ipſi erit. Sed, dilecte, ſi ſapis, cautus eſto: ſi enim ad metam praeteruectus fueris vrgens, non erit, qui te aſſequatur perniciter inſecutus, neque praetereat; ne quidem ſi a tergo Arionem diuinum ageret, Adraſti velocem equum, qui ex deo genere erat, aut illos Laomedontis, qui hic nutriti ſunt eximii."

Sic locutus Neſtor, Nelei filius, iterum in loco reſedit, poſtquam ſuo filio vniuscuiusque - rei ſummam dixerat.

Meriones autem quintus pulcris comantes - iubis inſtruxit equos.

Aſcenderunt vero in ſellas, ſortesque iniecerunt *galeae:* concutiebat Achilles, et ſors exiliit Neſtoris filii Antilochi; poſt hunc ſortitus eſt rex Eumelus; poſt illum autem Atrei filius, inclitus haſta Menelaus; poſt eum vero Meriones ſortitus eſt agere; at poſtremus Tydei filius, longe fortiſſimus, ſortitus eſt agere equos. Steterunt autem ordine; monſtrauitque metas Achilles, procul in plano campo; et iuxta ſpeculatorem collocauit deo - parem Phoenicem, armigerum patris ſui, vt memori - animo - contemplaretur curſum, et veritatem referret.

Illi vero ſimul omnes ſuper equos ſcuticas ſuſtulerunt, percuſſeruntque loris, exhortati-

que ſunt verbis, magno - ardore. Ii tum ocyus percurrebant campum, procul a nauibus, celeriter; ſub pectoribus vero puluis ſtabat excitatus, tanquam nubes, vel procella; iubaeque agitabantur flatibus venti; currus vero interdum quidem terrae appropinquabant almae, interdum autem ſubſultabant ſublimes; at aurigae ſtabant curru, palpitabatque animus cuiusque victoriae cupidorum; et hortabatur ſuos quisque equos; ii vero volabant puluerem excitantes per campum. Sed quum iam extremum peragerent curſum veloces equi retro mare verſus canum, tum demum virtus vtique cuiusque appatuit; ſtatimque equis intendebatur curſus. Celeriter autem ita Pheretis nepotis *(Eumeli)* pedibus - veloces ante - caeteros - efferebant *currum* equae; poſt eas autem ante - alios - efferebant *currum* Diomedis maſculi equi Troïi; neque ita multum aberant, ſed admodum prope; ſemper enim currum aſcenſuris ſimiles - erant. Flatu vero Eumeli dorſum, latique humeri, calefiebant: ſuper ipſum enim capitibus repoſitis volabant. Et certe vel praeuertiſſet, vel dubiam *victoriam* feciſſet; niſi Tydei filio iratus fuiſſet Phoebus Apollo, qui ei e manibus excuſſit ſcuticam ſplendidam. Eius vero ex oculis effuſae - ſunt lacrymae indignantis, quod illas quidem videret iam etiam multo celerius euntes, ſui vero diuinitus - affligerentur, ſine ſtimulo currentes. Nec ſane Mineruam fraude - laedens latuit Apollo Tydei filium, ſed valde celeriter affecuta

est pastorem populorum, et reddidit ei scuticam, vimque equis immisit; ipsa vero ad Admeti filium indignata accessit, equinumque ei fregit dea iugum; ei adeo equae vtrinque extra - viam currebant, temoque in terram deuolutus est; ipse vero e sella iuxta rotam prouolutus est, cubitosque circumcirca - laceratus - est, osque naresque; collisaque est frons ad supercilia; oculi autem ei lacrymis impleti - sunt, liquidaque ei haesit vox. Tydei vero filius praeuertens dirigebat solidos - vngulis equos, longe prae aliis emicans; Minerua enim equis immisit vim, et ei gloriam parauit. Post illum autem Atrei filius agebat *equos* flauus Menelaus. Antilochus vero equos adhortabatur patris sui:

„Incumbite, et vos intendite quam - celerrime. Cum - illis quidem contendere haud iubeo Tydei filii equis bellicosi, quibus Minerva nunc praebuit celeritatem, et ipsi gloriam parauit: sed equos Atrei filii assequimini, neque relinquimini, rapide; ne vobis dedecus offundat Aethe, foemina cum - sit. Cur deficitis, praestantissimi? Sic enim denuntio, et certe perfectum erit: Non *amplius* vobis curatio - benigna apud Nestorem pastorem populorum erit, statim autem vos interficiet acuto aere, si remissi referamus vilius praemium. Sed insequimini, et festinate quam - citissime: haec autem ego ipse machinabor, atque dispiciam, angusta in via astu - praeterire; neque me fallet."

Sic dixit; illi vero, domini veriti minas, acrius cucurrerunt exiguo tempore; ſtatimque deinde anguſtiam viae cauae vidit Antilochus bellicoſus. Sciſſura erat terrae, qua hyemalis collecta aquà ruperat viae *partem*, profundumque - fecerat locum totum: hac dirigebat Menelaus, rotarum - concurſum vitans. Antilochus autem deflectens impellebat ſolidos - vngulis equos extra viam, parumperque auertens inſequebatur. Atrei filius vero extimuit, et Antilocho inclamauit:

„Antiloche, temere equos - agis; ſed contine equos: anguſta enim via; mox vero *latio*re praeterages: ne - forte vtrosque laedas, currui *curru* impacto."

Sic dixit: Antilochus autem adhuc etiam multo magis agebat, ſtimulo adurgens, tanquam non audienti ſimilis. Quantus vero diſci iactus de - humero - vibrati eſt, quem iuuenis emiſerit vir, periculum - faciens iuuenilis - vigoris, tantum curſu - emicarunt; equae vero ceſſerunt retro Atrei filii; ipſe enim ſponte remiſit agitare; ne - forte colliderentur in via ſolidi - vngulis equi, curruſque euerterent eleganter - compactos; ipſi autem in pulueres deciderent, feſtino - curſu - contendentes de victoria. Hunc et obiurgans allocutus eſt flauus Menelaus:

„Antiloche, nemo te mortalium perniciosior alius. Pereas, neque enim te vere omnino dicebamus ſapere Achiui. Enimuero certe ne ſic quidem ſine iuramento auferes praemium."

Sic locutus, equos exhortatus - eſt, dixitque: „Ne mihi inhibemini, neue ſtetis dolentes corde; ante iſtis pedes et genua laſſabuntur, quam vobis; ambo enim priuati - ſunt iuuentute.“

Sic dixit: illi vero, regis veriti hortatum, acrius cucurrerunt, et ſtatim ipſis proximi facti ſunt.

Argiui vero in circo ſedentes ſpectabant equos; illi autem volabant puluerem - excitantes per - campum. Primus vero Idomeneus, Cretum dux, viſos - agnouit equos: ſedebat enim extra circum ſublimis in ſpecula: illum autem, procul licet - eſſet, *equos* - increpantem vt - audiit, agnouit; et vidit equum notabilem praeeuntem, qui quidem caetero toto *corpore* ſpadix erat, at in fronte alba macula erat rotunda, tanquam luna. Surrexit autem, et verba inter Argiuos dixit:

„O amici, Argiuorum ductores, atque principes; Solusne ego equos noſcito, an et vos? Alii mihi videntur priores eſſe equi, alius et auriga videtur; illae vero alicubi forte laeſae - ſunt in campo, quae eousque vtique praeſtantiores erant. Profecto enim illas primum vidi metam circumflexiſſe; nunc vero nequaquam poſſum videre; vndique autem mihi oculi Troicum per campum luſtrant proſpectanti. Aut aurigam fugerunt habenae, neque potuit bene continere circa metam, et non feliciter flexit: illic eum excidiſſe reor, currusque confregiſſe; ipſaeque extra viam - cucurrerunt, poſtquam furor occupauit animum. Sed intuemini et vos

ſurgentes; non enim ego ſane cernens - dignoſco; videtur autem mihi eſſe vir Aetolus genere, interque Argiuos imperat, Tydei equûm - domitoris filius, fortis Diomedes."

Hunc autem probroſis - verbis obiurgauit Oilei *filius* velox Aiax: „Idomeneu, cur continuo garris? Illae vero procul equae pedes - in - altum - attollentes amplum per campum currunt. Neque minimus - natu es inter Argivos tantum, neque tibi acutiſſime ex capite proſpiciunt oculi; ſed ſemper verbis garris: nec tamen omnino te decet loquacem eſſe: adſunt enim et praeſtantiores alii. Equae vero ſunt priores, quae et anteą, Eumeli, ipſeque tenens lora vehitur."

Hunc autem iratus Cretum dux contra allocutus eſt: „Aiax, rixa optime, maledice, inque caeteris omnibus inferior es Argiuis, tibi quippe mens eſt inſolens; age vel tripode - depoſito certemus, vel lebete; arbitrum autem Atrei filium Agamemnonem faciamus ambo, vtrae anteriores equae; vt ſentias perſoluens."

Sic dixit. Surrexit vero protinus Oilei *filius* velox Aiax, iratus, aſperis vt exciperet *eum* verbis. Et omnino iam vlterius adhuc contentio progreſſa - eſſet vtrisque, ſi non Achilles ipſe ſurrexiſſet, et dixiſſet:

„Ne amplius nunc aſperis altercemini verbis, Aiax, Idomeneuque, malis; neque enim par eſt; quin et alii ſuccenſeretis, quicunque talia faceret. Sed vos in circo ſedentes ſpectate equos; ii autem cito ipſi feſtino - curſu - contendentes de

victoria huc venient; tum vero cognoſcetis ſinguli equos Argiuorum, qui ſecundi, quique priores. "

Sic dixit: Tydei filius autem valde prope venit vrgens. Scutica vero aſſidue feriebat ſuper humeros; ei autem equi in altum tollebantur cito conficientes viam. Aſſidue vero aurigam pulueris guttae percutiebant: currus autem auro accurate elaborati ſtannoque pone equos veloces currebant; neque profunda fiebat canthorum orbita retro in tenui puluere; hi nempe feſtinantes volabant. Stetit autem medio in circo, multusque exiliebat ſudor equorum, eque ceruicibus et a pectore in - terram. Ipſe vero e ſella in terram deſiliit collucente, acclinauitque ſcuticam ad iugum. Neque ſegnis erat fortis Sthenelus, ſed propere accepit praemium; deditque abducendam ſociis magnanimis mulierem, et tripodem anſatum absportandum; ipſe vero ſoluit equos.

Poſt eum autem Antilochus Neleï filius agebat equos, dolis, haud quidem celeritate, praeueniens Menelaum; ſed et ſic Menelaus agebat prope veloces equos. Quantum vero a rota equus diſtat, qui quidem dominum trahit per campum niſu - contento cum curribus; huius quidem attingunt canthum pili extremi caudae, is autem prope admodum currit, neque prorſus magnum ſpatium in medio, per amplum campum currente: tantum iam Menelaus eximio Antilocho poſterior erat; quanquam prius etiam ad diſci - iactum relictus erat;

ſed et ipſum ſtatim aſſecutus eſt; augebatur enim vis valida equae Agamemnoniae iubis - pulcrae Aethes. Quod ſi adhuc vlterius fuiſſet curſus ambobus, eo certe eum praeteriiſſet, neque dubiam *victoriam* reliquiſſet. Sed Meriones, famulus ſtrenuus Idomenei, poſterior - erat inclyto Menelao haſtae iactu. Tardiſſimi enim ei erant pulcri - iubis equi, minime - peritus erat et ipſe agendi currum in certamine. Filius vero Admeti omnium vltimus venit, trahens currus pulcros, agens ante equos. Hunc autem vt vidit miſeratus eſt pedibus - valens nobilis Achilles; ſtans autem inter Argiuos verba alata dixit:

„Vltimus vir praeſtantiſſimus agit ſolidos - vngulis equos; ſed agedum ei demus praemia, vt par eſt, ſecunda; at prima ferat Tydei filius.“

Sic dixit. Illi autem omnes comprobarunt, ſicut iubebat: et ei ſane dediſſet equam, (comprobarunt enim Achiui;) ſi non Antilochus, magnanimi Neſtoris filius, Pelidae Achilli iure reſpondiſſet ſurgens:

„O Achille, valde tibi iraſcar, ſi perfeceris hoc verbum; ablaturus enim es *mihi* praemium, his motus, quod ei laeſi ſunt currus et veloces equae, ipſe peritus licet eſſet; ſed debuit immortalibus vota facere, tum nequaquam vltimus omnium veniſſet *equos* vrgens. Si vero eius miſereris, et tibi gratum eſt animo: eſt tibi in tentorio aurum multum, eſt et aes, et pecora, ſunt et tibi ancillae, et ſolidi vngulis

equi: ex his ipſi poſtea ſumtum date vel maius praemium, ſiue etiam iam nunc, vt te collaudent Achiui. Hanc vero ego non dabo; de ipſa autem periculum - faciat virorum quicunque velit mecum manibus pugnare."

Sic dixit; ſubriſit autem pedibus - valens nobilis Achilles, delectatus Antilocho, quod ſibi dilectus erat ſodalis, et eum reſpondens verbis alatis allocutus eſt:

„Antiloche, ſi quidem iam me iubes e domo aliud Eumelo dare, ego vero et hoc perficiam: dabo ei thoracem, quem Aſteropaeo abstuli, aereum, quem circum ora fulgidi ſtanni funditur: multo autem *pretio* ei aeſtimandus erit."

Dixit, et Automedontem dilectum iuſſit ſodalem ferre e tentorio. Is vero abiit, et ad eum attulit; Eumelo autem in manibus poſuit; at is accepit gaudens.

Inter hos autem et Menelaus ſurrexit, animo dolens, Antilocho immenſum iratus; praeco vero in manibus ſceptrum poſuit, ſilereque iuſſit Argiuos. At is deinde inter *eos* dixit par - deo vir:

„Antiloche, antehac prudens, quale feciſti? Dedecoraſti quidem meam virtutem, laeſiſti autem mihi equos, tuis ante actis, qui multo inferiores erant. Sed agite, Argiuorum ductores, et principes, in medium vtrisque diiudicate; neque in gratiam: ne quando quis dicat Achivorum aere loricatorum, Antilocho mendaciis oppreſſo, Menelaus abiit equam ducens; nam

ei longe deteriores erant equi, ipſe vero melior armisque, viribusque. Eia vero age ego ipſe diiudicabo, et me nullum puto alium increpaturum Danaorum: rectum enim erit *iudicium:* Antiloche, age huc ades, Iouis alumne, vt fas eſt, ſtans ante equos et currum, et flagellum manibus tenens argutum, quo antea agitabas, equos tangens, terram cingentem Neptunum iurato, te non volentem quidem meum dolo currum impediuiſſe.“

Eum vero Antilochus prudens contra allocutus eſt: „Subſiſte nunc; multo enim ego iunior ſum te, rex Menelaë, tu autem natu - maior et praeſtantior. Noſti, qualia iuuenis errata ſint; velocior etenim mens, tenue autem conſilium. Ideo tibi toleret cor (reſidat animus); equam vero tibi ipſe dabo, quam accepi. Sed et, ſi e meis aliud maius poſtulaveris, promte omnino iam - ſtatim dare mallem, quam tibi vtique, Iouis - alumne, in dies omnes animo excidere, et diis eſſe exoſus.“

Dixit ſane, et equam ducens magnanimi Neſtoris filius in manus tradidit Menelai; huius autem animus recreatus eſt, velut circa ſpicas ros *recreat* ſegetis creſcentis, quando horreſcunt arua: ſic et tibi, Menelaë, in praecordiis animus recreatus eſt; et ipſum edita - voce verbis alatis allocutus eſt:

„Antiloche, nunc quidem tibi ego cedam ipſe, iratus; quoniam non mente vagus, neque leuis, eras antea, nunc vero mentem vicit iuuentus. Satius autem *fuerit*, cauere,

praeſtantiores decipere. Non enim omnino me cito alius quisquam flexiſſet Achiuorum. Verum tu iam multa paſſus es, et multa feciſti, tuusque pater bonus, et frater, mei cauſa. Ideo tibi ſupplicanti obſequar; ſed et equam dabo, mea licet ſit, vt ſentiant et hi, quod meus nunquam animus ſuperbus et immitis."

Dixit vtique, et Antilochi Noëmoni dedit ſocio equam abducendam; ipſe vero deinde lebetem accepit collucentem. Meriones autem ſuſtulit duo auri talenta quartus, quo - ordine egerat *currum*. Quintum vero relictum erat praemium, duplex phiala, quam Neſtori dedit Achilles, Argiuorum per conſeſſum ferens; et dixit adſtans:

„Accipe nunc; et tibi hoc, ſenex, munus recondatur, Patrocli ſepulturae monimentum vt ſit; non enim amplius illum videbis inter Argiuos. Do autem tibi hoc praemium gratis: neque enim caeſtibus omnino pugnabis, neque luctaberis, neque iaculorum - certamen inibis, neque pedibus curres: iam enim grauis ſenectus vrget."

Sic fatus, in manibus poſuit; ille vero accepit gaudens, et ipſum edita voce verbis alatis allocutus eſt:

„Certe iam haec quidem omnia, fili, recte dixiſti. Non enim amplius firma membra, amice, (neque) pedes, neque manus ab humeris vtrinque celeri impetu mouentur agiles. Vtinam ſic pubeſcerem, roburque mihi firmum eſſet, vt, quando regem Amaryncеum ſepelie-

runt Epeï in Bupraſio, filiique poſuerunt regis praemia! Illic nullus mihi ſimilis vir erat, neque Epeorum, neque ipſorum Pyliorum, neque Aetolorum magnanimorum. Caeſtu quidem vici Clytomedem Enopis filium; Ancaeum vero lucta Pleuronium, qui in me ſurrexit; Iphiclum autem pedibus praetercurri, praeſtantem licet; haſta vero mittenda ſuperaui Phyleumque, et Polydorum. Solis me equis praeteregerunt Actoris filii duo, numero ſuperantes, inuidentes *mihi* victoriam, quod nempe maxima illi *certamini* relicta erant praemia. Hi vero erant ſane gemini: alter quidem conſtanter equos - regebat, conſtanter equos - regebat, alter vero ſcutica incitabat. Sic olim eram, nunc viciſſim iuniores obeant res eiusmodi: me oportet ſenectae triſti parere; tum vero excellebam inter heroes. Sed abi, et tuo ſodali certaminibus iuſta facito. Hoc autem ego lubens accipio, gaudetque mihi cor, quod ita mei ſemper memor es beneuoli, neque a te poſt habeor, in honore quo me par eſt honorari inter Achiuos. Tibi autem dii pro his gratiam referant."

Sic dixit: Pelides vero ingentem per coetum Achiuorum abiit, poſtquam omnem laudationem audierat Nelei filii, atque ille pugnae - caeſtu decernentium durae poſuit praemia; mulam laborum - patientem ducens ligauit in circo ſexennem, indomitam, quae difficillima domitu; at victo poſuit poculum rotundum. Stetit autem, et verba inter Argiuos fecit:

„Atrei filii, et caeteri bene - ocreati Achiui, viros duos de his iubemus, qui praeſtantiſſimi *ſunt*, pugnis alte elatis ferire: cui vero Apollo dederit victoriam, agnouerintque omnes Achiui, mulam laborum - patientem ducens ad tentorium eat; at victus poculum auferet rotundum.“

Sic dixit: ſurrexit autem ſtatim vir fortisque magnusque, peritus caeſtus - pugnae, filius Panopei Epëus: manu autem prehendit mulam laborum - patientem, dixitque:

„Prope veniat, quicunque poculum auferet rotundum, mulam autem non puto aliquem abducturum alium Achiuorum, me caeſtibus victo: profiteor enim *me* eſſe praeſtantiſſimum. An non ſatis, quod in praelio inferior ſum? neque enim vllo modo licet in omnibus rebus peritum virum euadere. Sic enim denuntio, quod et perfectum erit, penitus corpusque disrumpam, oſſaque confringam *eius;* neceſſarii autem ei hic frequentes porro maneant, qui ipſum efferent, mearum vi manuum domitum.“

Sic dixit: illi vero omnes obmutuerunt ſilentio. Euryalus autem eum contra ſolus ſurrexit, deo - par vir, Meciſtei filius, Talaï regis nepos, qui quondam Thebas profectus eſt defuncti tunc Oedipi ad ludos - funebres, et ibi omnes vicit Cadmeos. Hunc quidem Tydei filius haſta - inclytus *ad pugnam* adornabat, confirmans verbis; multum enim ei cupiebat victoriam; cingulum autem ei primum proiecit, et deinde dedit lora ſcite - ſecta bouis agre-

ſtis. Hi autem, cum ſe accinxiſſent, prodierunt in medium circum; ex aduerſo vero elevatis manibus robuſtis ſimul ambo continuo congreſſi ſunt, ipſisque graues manus conſertae ſunt. Vehemens autem crepitus maxillarum ortus eſt, fluebatque ſudor vndique ex membris. Irruit vero nobilis Epëus, percuſſitque circumſpectantem ad genam, neque iam *is* diutius ſtetit: eius enim ſucciderunt pulcra membra. Vt vero cum ſub primo - impetu Boreae exiliit piſcis littus verſus algoſum, nigerque continuo ipſum fluctus operit: ſic percuſſus exiliit. At magnanimus Epëus manibus prehenſum erexit; *dilecti* autem circumſteterunt ſocii, qui ipſum duxerunt per circum pedibus labantibus, cruorem craſſum exſpuentem, caput iactantem in - alteram - partem; mente autem alienatum inter ſe collocarunt ducentes; ipſique euntes absportarunt poculum rotundum.

Pelei filius vero ſtatim alia tertia depoſuit praemia, oſtentans Danais, luctae durae; victori quidem, magnum tripodem igni - aptum, eum autem duodecim boum - pretio inter ſe aeſtimabant Achiui: viro autem victo mulierem in medio poſuit; multorum autem peritaerat operum; aeſtimabantque ipſam quatuor boum - pretio. Stetit autem rectus, et verba inter Argiuos fecit:

„Surgite, qui et huius certaminis periculum facietis!" Sic dixit. Surrexit vero ingens Telamonis filius Aiax; ſurrexit et Vlyſſes abundans - conſiliis, dolis inſtructus; accincti au-

tem hi prodierunt in medium circum, complexuque ſe inuicem corripuerunt manibus robuſtis; vt, cum tigna - culminis, *mutuo ſibi inferuntur,* quae inclytus aptat faber, domus altae, impetus ventorum auertens. Stridebant autem dorſa, validis a manibus attracta fortiter; humidusque defluebat ſudor, denſaeque vibices per lateraque et humeros ſanguine rubentes extabant. Illi antem admodum vsque victoriam cupiebant, tripodem ob affabre - factum. Neque Vlyſſes poterat ſupplantare, ſoloque affligere; neque Aiax poterat; valida enim prohibebat vis Vlyſſis. Sed, cum iam taedio - afficerentur bene - ocreati Achiui, tunc ipſum allocutus eſt ingens Telamonius Aiax:

„Nobiliſſime Laërtiade, ſolertia - pollens Vlyſſe, aut me tolle, aut ego te; haec vero Ioui omnia curae - erunt.“

Sic fatus, ſuſtulit. Doli autem non oblitus eſt Vlyſſes; percuſſit pone poplitis - flexum aſſecutus, ſoluitque membra; deiecitque ſupinum; in pectus quoque Vlyſſes decidit; homines autem admirabundi - ſpectabant, ſtupebantque. Secundus viciſſim tollebat laborioſus nobilis Vlyſſes; mouit autem paululum a terra, neque leuauit; genu vero inflexit; et in terram ceciderunt ambo prope inuicem, foedabanturque puluere. Et ſane iam tertio rurſus ſurgentes luctati fuiſſent, niſi Achilles ipſe ſurrexiſſet, et cohibuiſſet:

„Ne amplius lucta - obnitimini, neque conterimini malis: (plagis) victoria autem vtris-

que: praemiis vero aequalibus ablatis abite, vt et alii certent Achiui."

Sic dixit; illi autem ei maxime quidem auſcultarunt, atque obſecuti ſunt; et abſterſo puluere, induerunt veſtes.

Pelei vero filius ſtatim alia poſuit velocitatis praemia, argenteum craterem elaborate factum; ſex autem menſuras capiebat, et pulcritudine excellebat omnem per terram multum, Sidones enim ingenioſi ſcite elaborarant, Phoenices autem vexerant viri ſuper nigrum pontum, collocarantque in portubus, Thoantique dono dederant: pro filio autem Priami Lycaone pretium dedit Patroclo heroi Iaſonis filius Euneus. Et hunc Achilles poſuit praemium, de quo certaret in *honorem* ſui ſocii, quicunque leuiſſimus pedibus velocibus eſſet; ſecundo autem bouem poſuit magnum et pinguem adipe; ſemitalentum vero auri vltimo poſuit. Surrexit autem, et verba inter Argiuos fecit: „Surgite, qui et huius certaminis periculum facietis."

Sic dixit. Surrexit autem ſtatim Oilei *filius* velox Aiax: ſurrexit et Vlyſſes abundans conſiliis; deinde autem Neſtoris filius Antilochus; hic enim iuuenes pedibus omnes vincebat. Steterunt autem ordine; oſtenditque metas Achilles. Illis autem a carceribus extendebatur curſus: tum vero celeriter emicuit Oïliades; concito autem curſu ſequebatur nobilis Vlyſſes prope admodum, vt quum aliquis mulieris eleganter - cinctae *prope* pectus eſt radius, quem

ſcite admodum manibus proiecit *huc illuc*, ſtamen extrahens ad licium, propeque tenet pectus; ſic Vlyſſes currebat prope; atque a tergo veſtigia premebat *Aiacis* pedibus, antequam puluis ſpargeretur circum; in eiusque caput fundebat halitum nobilis Vlyſſes vsque cito currens. Acclamabant vero omnes Achiui victoriae cupido, magnoque adnitentem ſtudio hortabantur. Sed quum iam extremum peragerent curſum, confeſtim Vlyſſes precatus eſt Mineruam oculis - caeſiam ſuo in animo:

„Exaudi, dea, propitia mihi auxiliatrix veni pedibus."

Sic dixit precans: illum autem exaudiuit Pallas Minerua; membraque reddidit leuia, pedes, et manus ſuperne. Sed quum iamiam inuolaturi erant in praemium, tunc Aiax quidem lapſus eſt in curſu, (laeſit enim Minerua,) vbi boum fuſum erat ſtercus interfectorum grauiter - mugientium, quos ſuper Patroclum mactarat pedibus velox Achilles: ſtercore autem bubulo impletus eſt osque, naresque. Craterem vero ſuſtulit laborioſus nobilis Vlyſſes, vt venit praecurrens; at bouem accepit illuſtris Aiax. Stetit autem cornu manibus tenens bouis agreſtis, ſtercus exſpuens, interque Argiuos dixit:

„Proh malum, certe mihi laeſit dea pedes, quae et olim, mater tanquam, Vlyſſi adſtat, atque auxilio - eſt."

Sic dixit; illi autem omnes ſuper ipſo ſuauiter riſerunt. Antilochus vero extremum qui-

dem abstulit praemium, ſubridens, et verba inter Argiuos fecit:

„Scientibus vobis dicam omnibus, amici, quod adhuc etiam nunc immortales honorant aetate-prouectiores homines: Aiax enim me paulo natu-grandior eſt; iſte vero *Vlyſſes*, prioris ſeculi, priorumque hominum; crudae autem ſenectae ipſum dicunt eſſe: difficile vero *eſt*, pedibus *cum eo* contendere Achiuis, excepto Achille.“

Sic dixit: laudeque extulit pedibus-velocem Pelei filium. Eum vero Achilles verbis *allocutus* eſt:

„Antiloche, non quidem tibi inanis dicta erit laus, ſed tibi ſemitalentum ego auri addam.“

Sic fatus, in manibus poſuit: is autem accepit gaudens. At Pelei filius quidem praelongam haſtam depoſuit in circo ferens, depoſuit et clypeum et galeam, arma Sarpedonis, quae ei Patroclus abſtulerat: ſurrexit autem et verba inter Argiuos fecit:

„Viros duos de his iubemus, qui fortiſſimi, armis indutis, acuto aere ſumto, alterum alterius ante conſeſſum facere periculum: vter autem prior percuſſerit corpus pulcrum, attigeritque intus membra, perque arma et nigrum ſanguinem: huic quidem ego dabo hunc enſem argenteis-clauis-diſtinctum, pulcrum, Thracium, quem quidem Aſteropaeo abſtuli; arma autem vtrique communia haec ferant, et eis conuiuium lautum apponam in tentorio.“

Sic dixit: Surrexit autem deinde ingens Telamonis filius Aiax, ſurrexit et Tydei filius fortis Diomedes. Illi vero poſtquam hinc inde ſeorſum a turba armati erant, in medium ambo congrediebantur promti pugnare, horrendo obtutu; ſtupor autem tenebat omnes Achiuos. Sed quum iam prope erant alter in alterum vadentes, ter quidem irruerunt, terque cominus impetum - fecerunt. Tum vero Aiax quidem per clypeum vndique aequalem *Diomedem* percuſſit, neque ad corpus peruenit; tutabatur enim intus thorax. At Tydei filius deinde, ſupra ſcutum magnum, vsque ceruicem aſſequi conabatur fulgidae haſtae cuſpide. Et tum quidem Aiaci metuentes Achiui, ſine impoſito iuſſerunt praemia paria referre. At Tydei filio dedit magnum enſem heros, cum vaginaque proferens, et ſcite - ſecto balteo.

Caeterum Pelei filius poſuit diſcum a fornace - rudem, quem prius quidem mittebat ingens robur Eetionis; verum enimuero illum interfecerat pedibus - valens nobilis Achilles, eumque aduexerat in nauibus cum aliis facultatibus, (rebus quas praedatus erat): ſurrexit autem et verba inter Argiuos fecit:

„Surgite, qui et huius certaminis periculum - facietis: etſi ei etiam perquam longinqui pingues agri *ſunt*, habebit ipſum etiam quinque voluentes in annos opus habens *ferro;* nec vero ei omnino, indigens ferro, paſtor, vel arator, ibit in vrbem, ſed *ipſe* praebebit.“

Sic dixit. Surrexit autem deinde bellator pertinax Polypoetes, ſurrexit et Leontei validum robur deo - paris, ſurrexit et Aiax Telamonis filius, et nobilis Epëus. Ordine autem ſteterunt: orbem vero prehendit nobilis Epeus, miſitque rotatum; riſerunt autem omnes Achiui. Secundus vero emiſit Leonteus, ſurculus Martis; tertio vero proiecit ingens Telamonis filius Aiax manu e robuſta, et iecit vltra ſigna omnia; ſed quum iam orbem prehendit bellator - fortis Polypoetes, quantum quis proiicit pedum bubulcus, id autem rotatum volat per boues armentales, tantum per totum ſpatium iactu - ſuperauit. Illi vero exclamarunt. Surgentes autem ſocii Polypoetae fortis naues ad cauas retulerunt regis praemium.

At ille ſagittariis poſuit ſpiculis - conficiendis - aptum ferrum, depoſuit quidem decem bipennes, decemque ſecuriculas; malumque erexit nauis prora - caeruleae procul in arena; indeque pauidam columbam, tenui funiculo ligauit pede, in quam iuſſit ſagittari: qui quidem percuſſerit pauidam columbam, omnes ſublatas bipennes ad tentorium ferat; qui vero funiculum attigerit, ab aue aberrans, (inferior etenim is) ille ferat ſecuriculas.

Sic dixit. Surrexit autem deinde vis Teucri regis; ſurrexit et Meriones, famulus ſtrenuus Idomenei: ſortes autem in galea aerea concuſſere ſumtas. Teucer vero primus ſorte ſortitus eſt; ſtatim autem ſagittam miſit vi valida, neque vouit regi agnorum primigenio-

rum ſacrificaturum *ſe* inclytam hecatomben. Ab aue quidem aberrauit; inuidit enim ei hoc Apollo; ſed is funiculum percuſſit ad pedem, quo ligata erat auis; prorſusque funiculum abſcidit amara ſagitta. Illa quidem deinde euolans fugit ad coelum; at demiſſus eſt funiculus terram verſus; et magnum - plauſum - dederunt Achiui. Feſtinans autem Meriones extraxit manu *Teucri* arcum; et iam ſagittam tenebat dudum, vt direxerat; ſtatim autem vouit longe - iaculanti Apollini agnorum primigeniorum ſacrificaturum *ſe* inclytam hecatomben. Alte vero ſub nubibus ſpeculatus eſt pauidam columbam; hanc is in - gyrum - ſe - flectentem ſub ala percuſſit mediam; penitus autem transiit telum; id quidem rurſus in terram ante Merionis fixum eſt pedem, at auis malo inſidens nauis prora - caeruleae, collum ſuſpendit, ſimul et alae denſae diſtenſae - ſunt; velox autem ex membris anima auolauit; longeque ab illo *malo* decidit: populi vero admirabundi - ſpectabant, ſtupebantque. Meriones ita bipennes decem omnes ſuſtulit; Teucer vero ſecuriculas portauit cauas ad naues.

At Pelei filius depoſuit quidem praelongam haſtam, depoſuit et lebetem igni - nunquam - admotum bouis - pretio - aeſtimandum floribus - varium in circo ferens, et continuo iaculatores viri ſurrexerunt. Surrexit quidem Atrei filius, late - dominans Agamemnon; ſurrexit et Meriones, famulus ſtrenuus Idomenei. In-

ter eos autem ipſe dixit pedibus - valens nobilis Achilles:

„Atrei fili, ſcimus enim, quantum antecellis omnibus, et quantum viribusque et iaculationibus es praeſtantiſſimus: quare tu quidem hoc praemium habens cauas ad naues vade; at haſtam Merioni heroi demus, ſi tu vtique tuo animo velis; hortor quidem ego.“

Sic dixit; neque non obſecutus eſt rex virorum Agamemnon; deditque Achilles Merioni haſtam aeream: hic autem heros (Agamemnon) Talthybio praeconi dedit perpulcrum praemium.

ILIADIS

LIBER XXIV.

Solutus autem eſt ſpectatorum - conſeſſus, populique celeres ad naues quisque diſpergebantur ituri. Illi quidem coenae curam - gerebant, ſeque ſomno dulci vt - ſatiarent; at Achilles flebat, cari ſodalis memor, neque illum ſomnus capiebat cuncta - domans, ſed voluebatur huc et illuc Patrocli deſiderans vigoremque et animum magnum; et quot peregerat cum ipſo, et paſſus fuerat labores, virorumque praelia, periculoſosque fluctus emenſus: haec recordans, vberes lacrymas defundebat, interdum in latera iacens, interdum vero ſupinus, interdum autem pronus; et mox rectus exſurgens oberrabat moeſto - animo, praeter littus maris; neque ipſum aurora apparens latebat ſuper marique littoribusque; ſed is, poſtquam iunxerat ſub curribus veloces equos, Hectorem trahendum ligabat poſt currum; ter autem cum raptarat circa ſepulcrum Menoetii filii mortui, rurſus in tentorio quieſcebat, illumque relinquebat in puluere extenſum pronum. At eius Apollo omnem foedationem arcebat a corpore, virum miſerans etiam mortuum,

aegideque totum contegebat aurea, vt ne ipſum laceraret raptans.

Sic ille quidem Hectorem nobilem indigne tractabat iratus. Eum autem miſerabantur beati dii inſpicientes, furtoque ſurripere hortabantur ſpeculatorem Argicidam. Caeteris quidem omnibus placuit, nequaquam tamen Iunoni, neque Neptuno, neque oculis - caeſiae virgini; ſed perſtabant, ſicut ipſis primum inuiſa - reddita eſt Jlios ſacra, et Priamus, et populus, Alexandri propter iniuriam; qui contumelioſe - damnauit deas, quando eius ad tugurium venerunt, eamque ſententia - comprobauit, quae ei praebuit libidinem damnoſam. Sed quando iam exinde duodecima orta erat aurora, tum quidem inter immortales dixit Phoebus Apollo:

„Crudeles eſtis, dii, noxii: nonne quondam vobis Hector femora adoleuit boum caprarumque lectarum? eum nunc non ſuſtinuiſtis, vel mortuum eripere, ſuaeque vxori videndum, et matri, et filio ſuo, et patri Priamo, populoque; qui eum celeriter igne comburerent, et iuſta perſoluerent; ſed pernicioſo Achilli, dii, vultis fauere, cui neque mens eſt aequa, neque animus flexibilis in praecordiis; ſed, leo tanquam, ferus eſt, qui magnisque viribus, et feroci animo obſecutus, vadit ad pecudes hominum, vt dapes accipiat: ſic Achilles miſericordiam quidem perdidit, neque ei pudor eſt, qui viros valde laedit, atque iuuat. Aliquis enim vtique etiam cariorem alium perdidit,

ſiue fratrem vterinum, ſiue etiam filium, et tamen, poſtquam defleuit, ſtatim luctum remittit; patientem enim Fata animum indiderunt hominibus. Sed hic Hectorem nobilem, poſtquam *eum* cara vita priuauit, a curru religans, circum ſepulcrum ſodalis dilecti trahit: haud tamen ei hoc honeſtum, neque vtile, *verendum ei eſt,* ne, forti licet, ſuccenſeamus ei nos: inſenſilem enim iam terram contumelia - afficit furens."

Hunc autem irata allocuta eſt vlnas - candida Iuno: „Sit ſane et hoc tuum verbum, argenteo - arcu - inſignis, ſi quidem parem Achilli et Hectori conſtituetis honorem. Hector quidem mortalisque, mulierisque ſuxit mammam: at Achilles eſt deae proles, quam ego ipſa nutriuique, et educaui, et viro dedi vxorem Peleo, qui ex animo carus fuit immortalibus: omnes autem interfuiſtis, dii, nuptiis, interque tu hos epulabaris, tenens citharam, *o* malorum ſodalis, ſemper perfide."

Illam vero reſpondens allocutus eſt nubes - cogens Iupiter: „Iuno, ne iam omnino iraſcaris diis. Haud etenim honor idem erit: ſed et Hector cariſſimus erat diis hominum, qui in Jlio ſunt; ſic enim mihi quidem: quia nunquam iucunda praetermittebat munera. Non enim mihi vnquam ara caruit dape aequali, libamineque, nidoreque: hunc enim ſortiti ſumus honorem nos. Sed tamen furto quidem ſurripere omittamus (neque vllo modo licet clam Achille) audacem Hectorem: certe enim ei aſſi-

due mater adeſt ſimul noctesque et dies. Sed ſiquis vocet deorum Thetin ad me, vt quoddam ei dicam prudens conſilium, vt Achilles dona a Priamo accipiat, atque Hectorem redemtum - reddat."

Sic dixit. Surrexit autem Iris curſu - procellas - aequans nuntiatura. Inter itaque Samumque, et Imbrum aſperam inſiliit nigro ponto, ingemuitque mare. Ipſa autem glandulae - plumbeae ſimilis, in imum delapſa eſt, quae, in agreſtis bouis cornu, demiſſa deſcendit cruda - vorantibus piſcibus mortem ferens. Inuenit autem in ſpecu caua Thetin, circum autem et aliae ſedebant frequentes marinae deae, ipſa vero in mediis flebat fatum ſui filii eximii, qui ei erat periturus in Troia gleboſa, longe a patria. Prope autem ſtans allocuta eſt pedibus velox Iris.

„Surge, Theti, vocat Iupiter aeternis conſiliis pollens." Huic autem reſpondit deinde dea Thetis pedes - argentea:

„Curnam me ille iubet *venire* magnus deus? vereor autem miſceri immortalibus; habeo enim dolores innumeros animo. Ibo tamen; neque irritum verbum erit, quodcunque dixerit."

Sic fata, velum accepit auguſtiſſima dearum atrum, eoque nullum nigrius erat veſtimentum. Perrexit autem ire, pedibusque ventoſa velox Iris praeibat; et circum ipſas diducebatur vnda maris. Littus vero vt conſcenderant, in coelum ſe - proripuerunt. Inuenerunt autem late ſonantem

Saturnium, circumque caeteri omnes ſedebant frequentes beati dii immortales, ipſa autem Ioui patri aſſedit, ceſſitque Mineruа; Iuno vero aureum pulcrum poculum in manu poſuit; et conſolabatur verbis; Thetis autem reddidit, poſtquam bibiſſet. Inter hos vero ſermonem orſus eſt pater hominumque deûmque:

„Veniſti ad Olympum, dea Theti, moeſta licet, luctum non obliuiſcendum habens in praecordiis; noui et ipſe; ſed et ſic dicam, cuius te gratia huc vocaui: nouem - dies iam contentio inter immortales orta eſt Hectoris de cadauere, et Achille vrbium - vaſtatore; furto autem ſurripere hortabantur ſpeculatorem Argicidam; at ego hanc gloriam Achilli tribuo, reuerentiam in te et amicitiam in poſterum ſeruans: ocyus ad caſtra deſcende, et filio tuo praecipe, iraſci ei dic deos, meque ſupra omnes immortales indignatum eſſe, quod animo furenti Hectorem detinet apud naues recuruas, neque redemtum - reddidit: ſi quo pacto meque vereatur, Hectoremque redemtum - reddat. Caeterum ego ad Priamum magnanimum Irin mittam, vt redimat dilectum filium, profectus ad naues Achiuorum, donaque Achilli ferat, quae animum placent.“

Sic dixit; neque non - obſecuta eſt dea Thetis pedes - argentea. Deſcendit vero ab Olympi verticibus impetu - facto, peruenitque ad tentorium ſui filii, intusque illum inuenit crebros effundentem gemitus; dilecti autem circum ipſum ſocii propere curabant, et apparabant

prandium; illis vero ouis villoſa magna in tentorio mactata erat. Admodum autem prope ipſum conſedit veneranda mater, manuque ipſum demulſit, verbaque fecit, dixitque:

„Fili mi, quousque lugens et moerens tuum edes cor, memor neque cibi omnino, neque cubilis? bonum vero, mulieri in amore miſceri; non enim mihi diu viues, ſed tibi iam prope adeſt mors et fatum violentum. Sed mihi auſculta ocyus; Iouis enim tibi nuntia ſum; iraſci tibi ait deos, ſeque ſupra omnes immortales indignatum eſſe, quod animo *furenti* Hectorem detines apud naues recuruas, neque redimi - paſſus es. Sed agedum redemtum - redde, mortuique accipe pretia."

Hanc vero reſpondens allocutus eſt pedibus - velox Achilles: „Huc adſit, qui pretium ferat, et cadauer absportet, ſi quidem ſerio animo Olympius ipſe iubet."

Sic hi quidem in nauium coetu materque et filius multa inter ſe verba alata dicebant. Irin autem impulit Saturnius ad Jlium ſacram:

„Vade age, Iri velox, relicta ſede Olympi, nuntia Priamo magnanimo, ad Jlium, vt - redimat carum filium, profectus ad naues Achiuorum; donaque Achilli ferat, quae animum placent, ſolus, neque quis alius vna Troianorum eat vir. Praeco aliquis eum comitetur ſenior, qui dirigat mulas et rhedam volubilem, atque retro mortuum absportet ad vrbem, quem interfecit nobilis Achilles. Neque omnino ei mors obuerſetur animo, neque omnino

terror: talem enim ei ducem viae dabimus Argicidam, qui ducet, vsquedum ducendo prope Achillem conſtituerit. At poſtquam *eum* duxerit intra tentorium Achillis, neque ipſe *eum Achilles* interficiet, aliosque omnes prohibebit: neque enim eſt imprudens, neque temerarius, neque officii negligens, ſed perquam humane ſupplici parcet viro."

Sic dixit. Surrexit autem Iris curſu procellas aequans nuntiatura, peruenitque in Priami *domum;* inuenit vero clamoremque, luctumque. Filii quidem, patrem circumſedentes in aula, lacrymis veſtimenta perfundebant; ipſe vero in mediis ſenex obuoluta chlaena tectus, circumque multus fimus *affuſus* erat, capitique et ceruici ſenis, quem quidem volutatus affatim iniecerat manibus ſuis. Filiae vero per aedes, et nurus, lamentabantur, illorum recordantes, qui iam multique et ſtrenui manibus ſub Argiuorum iacebant, vita priuati. Stetit autem iuxta Priamum Iouis nuntia, atque allocuta eſt, ſummiſſa voce, (illum autem tremor occupabat artus:)

„Confide, Dardani ſoboles Priame, animo, neque omnino formida; non enim tibi ego malum vaticinatura huc venio, ſed beneuolo animo; Iouis autem tibi nuntia ſum, qui tui, procul licet ſit, magnam curam habet, et miſeretur. Redimere te iubet Olympius Hectorem nobilem, donaque Achilli ferre, quae animum

placent, ſolum, neque quis alius vna Troianorum eat vir. Praeco aliquis te comitetur ſenior, qui regat mulas et rhedam volubilem, atque retro mortuum absportet ad vrbem, quem interfecit nobilis Achilles. Neque omnino tibi mors obuerſetur animo, neque omnino terror: talis enim te dux - viae comitabitur Argicida, qui te ducet, vsquedum ducendo prope Achillem conſtituerit; at poſtquam duxerit intra tentorium Achillis, neque *hic* ipſe interficiet, aliosque omnes prohibebit: neque enim eſt imprudens, neque temerarius, neque officii - negligens; ſed perquam humane ſupplici parcet viro."

Illa quidem ſic locuta abiit pedibus velox Iris. Sed is filios rhedam volubilem mulinam apparare iuſſit, arcamque ligare ſuper ipſa; ipſe autem in thalamum deſcendit odoratum, cedrinum, tecto - excelſo, qui pretioſa multa continebat, introque vxorem Hecubam vocauit, dixitque:

„O bona, a Ioue mihi Olympia nuntia venit, vt - redimerem dilectum filium, profectus ad naues Achiuorum, donaque Achilli ferrem, quae animum placent. Sed age mihi hoc dic, quid tibi in praecordiis videtur eſſe? Valde enim me ipſum quidem animus et mens iubet illuc ire, ad naues in caſtra lata Achivorum."

Sic dixit; ejulauit autem vxor, et reſpondit verbis: „Hei mihi, quo iam tibi prudentia abiit,

qua antehac quidem celeber eras per homines exteros, atque quibus imperas? Quo pacto vis ad naues Achiuorum ire ſolus, viri in conſpectum, qui tibi multosque et fortes filios interfecit? ferreum certe tibi cor. Si enim te capiet et inſpiciet oculis crudelis et infidus vir iſte, non tui miſerebitur, neque omnino te reuerebitur. Nunc vero defleamus ſeorſum ſedentes in aedibus; huic autem ſic olim Fatum violentum naſcenti neuit lino, quando eum peperi ipſa, pedibus - celeres canes vt ſatiaret, ſeorſum a parentibus, virum apud violentum; cuius ego medium hepar vtinam tenerem comedendum adhaerens: tunc repenſa quae fecit eſſent filio meo; haud enim ipſum ignaue - ſe - gerentem occidit, ſed pro Troianis et Troadibus profundos - ſinus - habentibus ſtantem, neque fugae memorem, neque tergiuerſationis."

Eam vero rurſus allocutus eſt ſenex Priamus diis - ſimilis: „Ne me volentem ire retine, neque mihi ipſa auis in aedibus mala ſis! neque enim mihi perſuadebis. Nam ſi alius quidem me aliquis terreſtrium iuſſiſſet, ſeu qui vates ſunt, auſpices, vel ſacerdotes, mendacium certe crederemus, et auerſaremur magis: nunc vero, (ipſe enim audiui deum, et adſpexi coram,) ibo, et non irritus ſermo erit. Si vero mihi fatum *eſt* mori apud naves Achiuorum aere - loricatorum: volo. Statim enim me interfecerit Achilles, vlnis

complexum meum filium, poſtquam luctus deſiderium exemero."

Dixit; et arcarum opercula pulcra aperuit. Inde duodecim quidem perpulcros exemit peplos, duodecimque ſimplices chlaenas, totidemque tapetes, totidemque pallia pulcra, totidem ad haec tunicas. Auri etiam appenſa extulit decem omnia talenta. Extulit et duos ſplendidos tripodes, quatuorque lebetas, extulit et poculum perpulcrum, quod ei Thraces dederant viri in legationem profecto, magnum donum: nec tamen ei pepercit in aedibus ſenex; ſumme enim cupiebat animo redimere dilectum filium.

Interea ille Troianos quidem omnes a porticu arcebat, verbis contumelioſis increpans:

„Abite, perditi, probris - digni; non vtique et vobis domi ineſt luctus, quod me veniſtis moerore affecturi? An parui - penditis, quod mihi Saturnius Iupiter dolores dedit, filium vt perderem fortiſſimum? Sed ſentietis et ipſi: faciliores enim multo Achiuis iam eritis, illo mortuo, occiſu. At ego certe, antequam direptamque vrbem, vaſtatamque, oculis videro, deſcendero in domum Orci."

Dixit, et ſcipione perſequens - abigebat viros; illi autem exibant, vrgente ſene. Is vero filios ſuos increpabat obiurgans, Helenumque, Parinque, Agathonemque nobilem, Pammonemque, Antiphonumque, pugnaque ſtrenuum

Politem, Deïphobumque, et Hippothoum, et nobilem Dium. Nouem his ſenex increpans mandabat:

„Feſtinate mihi, ignaui filii, probroſi; vtinam ſimul omnes pro Hectore veloces ad naues interfecti fuiſſetis? hei mihi infeliciſſimo! genui enim filios fortiſſimos Troia in lata, quorum nullum aio reliquum eſſe: Meſtoremque diuinum, et Troilum ex - curru - pugnacem, Hectoremque, qui deus erat inter viros, neque videbatur viri vtique mortalis filius eſſe, ſed dei: hos quidem perdidit Mars, haec vero probra mera ſuperſunt, mendaces, ſaltatoresque, choreis praeſtantiſſimi, agnorum atque hoedorum publici raptores. Non tandem mihi rhedam apparaueritis celerrime, haecque omnia impoſueritis, vt perficiamus iter?“

Sic dixit: hi vero patris veriti increpationem, rhedam quidem extulerunt volubilem mulinam, pulcram, recens compactam; arcamque ligarunt ſuper ipſa, atque a paxillo iugum detraxerunt mulinum, buxeum, et vmbilico - ornatum, ſcite annulis aptatum, extulerunt et lorum iugale vna cum iugo nouem - cubitorum; et hoc quidem bene accommodarunt eleganter polito temoni, parte in extrema, annulumque clauo - temonis ſuperpoſuerunt; ter vero vtrinque ligarunt ad vmbilicum; et deinde ſimplici ſerie alligarunt, ſubque angulo flexum innexuerunt. Ex thalamo autem feren-

tes eleganter politam in rhedam, accumularunt Hectorei capitis infinita pretia, iunxeruntque mulos vngulis validos, iugales, quos olim Priamo Myſi dederant ſplendida dona; equos autem Priamo duxerunt ſub iugum, quos ſenex ipſe curans alebat politum ad praeſepe; hos quidem iungebant in aedibus altis praeco et Priamus, prudentia mentibus conſilia tenentes. Prope autem ipſos acceſſit Hecuba moeſto animo, vinum tenens in manu ſuaue dextra, aureo in poculo, vt libatione - facta abirent; ſtetit vero ante equos, verbaque fecit, dixitque:

„Accipe, liba Ioui patri, et ſupplica, domum vt perueniaſ redux ex hoſtibus; ſiquidem te animus impellit ad naues, me quidem non volente. Sed ſupplica tu iam atras - nubes - cogenti Saturnio Idaeo, qui Troiam omnem deſpicit; pete autem alitem velocem nuntium, qui ipſi gratiſſimus alitum, et cuius robur eſt maximum, dextrum, vt eum ipſe oculis conſpicatus, eo fretus ad naues eas Danaorum pernicium rectorum equeſtrium. Quod ſi tibi non dabit ſuum nuntium late - ſonans Iupiter, non ego omnino te tum impellens hortarer naues ad Argiuorum ire, admodum licet cupidum.“

Illam vero reſpondens allocutus eſt Priamus deo - ſimilis: „O vxor, haud ſane tibi hoc praecipienti negabo; bonum enim, Ioui manus eleuare, ſi forte miſereatur.“

Dixit quidem, et ancillam diſpenſatricem iuſſit ſenex manibus aquam infundere puram; adſtitit vero, peluim ancilla gutturniumque ſimul manibus tenens. At poſtquam ſe lauerat, poculum accepit ſuae vxoris; precabatur deinde ſtans medio in ſepto; libauitque vinum, coelum ſuſpiciens, et edita voce dixit:

„Iupiter pater, qui inde ab Ida imperas, glorioſiſſime, maxime, da me ad Achillis *tentorium* gratum venire, atque miſerandum! mitte autem alitem velocem nuntium, qui tibi ipſi gratiſſimus alitum, et cuius robur eſt maximum, dextrum: vt eum ipſe oculis conſpicatus, eo fretus, ad naues eam Danaorum pernicium - currus agitatorum.“

Sic dixit precans. Eum vero exaudiit prouidus Iupiter, ſtatimque aquilam miſit certiſſimum - augurium facientem ex volucribus, Morphnon, venatricem, quam et Percnon vocant; quanta autem excelſi ianua thalami eſt viri opulenti obſerata, affabre - aptata: tantae huius vtrinque erant alae. Viſa autem eſt ipſis dextera ruens ſupra vrbem; illi vero conſpicati gauiſi ſunt, et omnibus in praecordiis animus laetitia - perfuſus - eſt.

Feſtinans autem ſenex politum conſcendit currum: egitque e veſtibulo et porticu reſonanti. Ante quidem muli trahebant quatuor - rotarum rhedam, quas Idaeus agebat prudens; ſed pone equi, quos ſenex vrgens flagello

hortabatur celeriter per vrbem; amici autem ſimul omnes ſequebantur, multum lugentes, tanquam ad mortem proficiſcentem. Poſtquam vero ex vrbe deſcenderant, ad campumque pervenerant, hi quidem retro ad Jlium redierunt, filii et generi; illi autem non latuerunt late-ſonantem Iouem, in campum progreſſi. Conſpicatus vero *Jupiter* miſertus eſt ſenis, et confeſtim Mercurium, filium dilectum, coram allocutus eſt:

„Mercuri, (tibi enim prae aliis gratiſſimum eſt homini te comitem-adiungere, et exaudis, quemcunque volueris;) vade age, et Priamum cauas ad naues Achiuorum ſic ducito, vt neque aliquis videat, neque animaduertat aliorum Danaorum, antequam ad Pelei filium peruenerit."

Sic dixit: Neque non-obſecutus eſt internuntius Argicida: Statim deinde ſub pedibus ligauit pulcra talaria, ambroſia, aurea, quae ipſum ferebant et ſupra mare, et ſupra immenſam terram, pariter cum flatibus venti; cepit et virgam, qua virorum oculos demulcet, quorum vult, alios vero et dormientes excitat; hanc manibus tenens volabat potens Argicida. Confeſtim autem Troiamque et Hellespontum pervenit; perrexit vero ire iuueni-regio ſimilis, primum pubeſcenti, cuius venuſtiſſima iuuenta. Illi vero poſtquam praeter magnum ſepulcrum Jli egerant, inhibuerunt mulasque et equos, vt

biberent in fluuio; iam enim et crepuſculum venerat ſuper terram; at ex propinquo conſpicatus animaduertit praeco Mercurium, et Priamum allocutus eſt, dixitque:

„Conſidera, Dardani progenies, prudentis animi res eſt: virum video, cito autem nos perditurum exiſtimo. Sed agedum fugiamus in equis; vel ipſum iam genibus prehenſis oremus, ſi forte miſereatur.“

Sic dixit. Seni autem animus confuſus eſt, timuitque grauiter; rectae autem comae ſteterunt in flexilibus membris; ſtetitque attonitus; ipſe autem Mercurius prope veniens, manu ſenis prehenſa, interrogauit et allocutus eſt:

„Quo, pater, ſic equos et mulas dirigis noctem per dulcem, quando dormiunt mortales ceteri? Neque tu timuiſti robur ſpirantes Achiuos, qui tibi hoſtes et infenſi prope ſunt? Quorum ſi quis te videret, celerem per noctem nigram, tot opes vehentem, quae tunc tibi mens eſſet? Neque ipſe iuuenis es, ſenexque te hic comitatur, virum vt arceas, quando quis prior infeſtarit: ſed ego nullo te afficiam malo, imo et alium a te propulſauerim; caro enim te patri comparo.“

Huic autem reſpondit deinde ſenex Priamus deo-ſimilis: „Sic ſane haec vtique ſunt, dilecte fili, vt dicis: ſed adhuc aliquis et me deorum protegit manu, qui mihi talem miſit

viae comitem obuium fieri, fauſtum, qualis iam tu corpore et ſpecie admirabilis, prudensque es animo, beatisque prognatus es parentibus.“

Eum vero viciſſim allocutus eſt internuntius Argicida: „Nae iam haec omnia, ſenex, recte dixiſti; ſed age mihi hoc dic et vere narra, num aliquo mittis theſauros multos et pretioſos viros ad alienigenas, vt ſaltem hi tibi ſalui maneant? An iam omnes deſeritis Jlium ſacram metu perculſi? talis enim vir fortiſſimus ille periit tuus filius; nec enim quidquam pugna inferior erat Achiuis.“

Huic autem reſpondit deinde ſenex Priamus deo ſimilis: „Quis vero tu es, optime, quibusque prognatus es parentibus, qui mihi commode interitum infelicis filii memoraſti?“

Illum vero viciſſim allocutus eſt internuntius Argicida: „Tentas me, ſenex, et interrogas ſuper Hectore nobili. Hunc quidem ego perquam ſaepe pugna in glorioſa oculis vidi, et quando ad naues actos Argiuos interficiebat, caedens acuto aere; nos vero ſtantes mirabamur; non enim Achilles ſinebat pugnare, iratus Atridae: huius enim ego famulus, eademque aduexit nauis affabre-facta; ex Myrmidonibus autem ſum, pater vero mihi eſt Polyctor; diues quidem is eſt, ſenexque iam, ſicut tu; ſex autem ei filii ſunt, egoque tibi ſeptimus ſum: inter hos, facta ſortitione, mihi

sors obtigit huc *Achillem* comitari; nunc vero veni in campum a nauibus; mane enim edent circa vrbem pugnam nigris - oculis Achiui. Aegre - ferunt enim illi desidentes, neque possunt continere cupidos praelii reges Achiuorum."

Huic autem respondit deinde senex Priamus deo - similis: „Si quidem famulus Pelidae Achillis es, agedum mihi omnem veritatem dic, an adhuc apud naues meus filius, an ipsum iam suis canibus membratim discissum obiecit Achilles?"

Illum vero vicissim allocutus est internuntius Argicida: „O senex, nondum hunc canes ederunt, neque alites; sed adhuc ille iacet Achillis apud nauem neglectim in tentorio; duodecimus autem ei dies iacenti, neque tamen omnino ei corpus putrescit, neque eum vermes edunt, qui sane viros praelio - occisos comedunt. Certe quidem ipsum circa sepulcrum sui sodalis dilecti raptat immaniter, aurora quando pulcra apparet; nec tamen ipsum deturpat. Admirareris certe contemplans ipse cum accesseris, vt roscidus iacet, circumque sanguis ablutus est, neque vlla parte foedatus; vulnera autem omnia clausa sunt, quotquot inflicta fuerant; multi enim ipsi aes impegerunt: adeo tibi curam gerunt beati dii filii tui, mortui licet; ipsis enim carus ex animo *erat.*"

Sic dixit; gauiſus eſt autem ſenex, et reſpondit verbis: „O fili, certe bonum etiam, debita dona dare immortalibus: neque enim vnquam meus filius, ſiquidem fuit, oblitus eſt in aedibus deorum, qui Olympum tenent; ideo illius recordati ſunt etiam in ipſo mortis fato. Sed agedum, hoc accipe a me pulcrum poculum, ipſumque me tutare, et deduc me, fauentibus vtique diis, vsque dum in tentorium Pelei filii peruenero.“

Illum vero viciſſim allocutus eſt internuntius Argicida: „Tentas me, ſenex, iuniorem, nec tamen mihi perſuadebis; qui me iubes tua dona clam Achille accipere; eum quidem ego timeo, et vereor ex animo ſpoliare, ne mihi aliquod malum in - poſterum *inde* fiat. Tibi vero viae - dux vel ad inclytum Argos proficiſcerer, ſedulo in naui veloci, aut via - terreſtri comitans; non ſane aliquis tecum duce contemto pugnauerit.“

Dixit, et ſaltu - dato Mercurius in currum et equos, ſtatim ſcuticam et habenas prehendit manibus; inſpirauit autem equis et mulabus animos validos. Sed cum iam ad turresque nauium et foſſam perueniſſent: (cuſtodes tum vero primum circa coenam occupati erant;) iis ſomnum infudit internuntius Argicida omnibus; ſtatimque aperuit portas, et retruſit vectes, introque duxit Priamumque et ſplendida dona in rheda, ſed quando iam ad tentorium

Pelei filii peruenerant excelſum, quod Myrmidones fecerant regi lignis abietis caeſis, et deſuper texerant, lanuginoſum calamum ex prato demetendo: (circum autem ei magnum ſeptum fecerant regi palis denſis: ianuam autem tenebat vnus obex abiegnus, quem tres quidem obdebant Achiui, tres item reſerabant ingens clauſtrum forium, ex aliis; Achilles vero obdebat etiam ſolus) tum quidem Mercurius vtilitatum - auctor aperuit ſeni, introque duxit inclyta dona pedibus - veloci Pelei filio, e curruque deſcendit in terram, dixitque:

„O ſenex, ego quidem deus immortalis veni Mercurius; tibi enim me Iupiter vt - comitarer ducem - viae praebuit; ſed ego quidem redibo, neque Achillis in conſpectum veniam: indignum enim eſſet, immortalem deum ſic mortales fouere palam. Tu vero ingreſſus prehende genua Pelei filii, et eum per patrem et matrem comas - pulcram ſupplex - ora, et filium: vt ei animum commoueas.“

Sic quidem fatus abiit ad excelſum Olympum Mercurius; Priamus vero de curru deſiliit in terram, Idaeumque ibidem reliquit: isque manebat continens equos mulasque: ſenex autem recta iuit per domum, vbi Achilles ſedebat, Ioui carus; intusque eum ipſum inuenit; ſocii vero ſeorſum ſedebant. Ei autem duo ſoli heros Automedonque, et Alcimus ſurculus Martis, miniſtrabant adſtantes: modo autem deſti-

terat a cibo, poſtquam ederat et biberat; adhuc etiam aderat menſa. Hos autem latuit ingreſſus Priamus magnus; prope vero ſtans, manibus Achillis prehendit genua, et oſculatus eſt manus terribiles, homicidas, quae ei multos interfecerant filios. Vt vero cum virum malum magnum cepit, qui in patria homine interfecto, ad aliam peruenit ciuitatem, viri ad diuitis *domum*, ſtupor autem tenet adſpicientes; ſic Achilles obſtupuit, conſpicatus Priamum deo - ſimilem, obſtupuerunt et ceteri, alterque in alterum intuebatur. Hunc etiam ſupplicans Priamus verbis his allocutus eſt:

„Recordare patris tui, diis ſimilis Achille, eiusdem aetatis, qua et ego, graui in ſenectutis limine. Et illum quidem fortaſſe vicini circumſiſtentes premunt, neque quis eſt, qui malum et perniciem arceat; et tamen *ille* quidem, te viuere audiens, gaudetque in animo, ſperatque dies omnes viſurum dilectum filium, a Troia reuerſum; ſed ego, infeliciſſimus, genui filios fortiſſimos Troia in lata, eorumque neminem autumo relictum eſſe. Quinquaginta mihi erant, quando venerunt filii Achiuorum; vndeuiginti quidem vno ex vtero erant, ceteros autem mihi pepererunt in aedibus mulieres. *Ex his* plerorumque quidem impetuoſus Mars genua ſoluit; qui vero mihi vnicus erat, tutabaturque vrbem et ipſos, hunc tu nuper interfeciſti, pugnantem pro patria, Hectorem: huius nunc gratia venio ad

naues Achiuorum, redemturus a te, feroque infinita dona. Sed reuerere deos, Achille, meique ipſius miſerere, recordatus tui patris: ego autem adhuc miſerabilior; ſuſtinui enim qualia nequaquam aliquis ſuper terram mortalis alius, viri filiorum - interfectoris ad os manus admouere."

Sic dixit; ei autem de patre deſiderium excitauit luctus, prehenſaque manu, remouit a ſe leniter ſenem. Hi vero recordati, hic quidem Hectoris homicidae, flebat crebris lacrymis, ante pedes Achillis prouolutus; at Achilles flebat ſuum patrem, interdumque viciſſim Patroclum; eorumque gemitus per aedes excitabatur. At poſtquam luctu ſatiatus eſt nobilis Achilles, et ei e praecordiis abiit deſiderium, atque ex artubus, protinus e ſede ſurrexit, ſenemque manu *prehenſum* erexit, miſeratus canumque caput, canumque mentum, et ipſum edita - voce verbis alatis allocutus eſt:

,,Ah miſer, certe iam multa mala toleraſti tuo in animo. Quomodo ſuſtinuiſti ad naues Achiuorum venire ſolus, viri in conſpectum, qui tibi multosque et ſtrenuos filios interfeci? Ferreum certe tibi cor. Sed age iam conſide in ſede; dolores autem prorſus in animo reſidere ſinamus, dolentes licet: nullus enim profectus eſt triſtis luctus. Sic enim fato - tribuunt dii miſeris mortalibus, vt viuant triſtes; ipſi vero ſine - curis ſunt. Duo quippe dolia

iacent in Iouis limine donorum, quae dat, *alterum* malorum; alterum vero, bonorum: cui quidem miſcens dederit Iupiter fulmine - gaudens, interdum quidem in malum ille incidit, interdum et in bonum; cui vero ex malis dederit, *eum* iniuriis obnoxium facit; et illum exitialis dira calamitas ſuper terram almam exercet, vagaturque nec diis honoratus, neque mortalibus. Sic quidem et Peleo dii dederunt illuſtria dona a natalibus: omnes enim inter homines *eminenter* ornatus erat opibusque, diuitiisque, imperabat vero Myrmidonibus, et ei mortali licet deam fecerunt vxorem; ſed et huic impoſuit deus malum, quod ei nequaquam filiorum in aedibus ſoboles nata - eſt regno - ſucceſſurorum, ſed vnum filium genuit immatura - morte - periturum: nec tamen nunc iam ſenem foueo: valde enim procul a patria ſedeo in Troia, teque contriſtans, atque tuos liberos. Et te, ſenex, olim quidem audimus opibus floruiſſe: quantas Lesbus ſupra Macaris ſedes intus continet, et Phrygia deſuper, et Hellespontus immenſus: inter hos, te, ſenex, diuitiisque et filiis aiunt ornatum - excelluiſſe; at, poſtquam tibi cladem hanc intulerunt coelites, aſſidue tibi circa vrbem, praeliaque caedesque virorum. Perfer *tamen*, nec perpetuo moere tuo in animo: nihil enim proficies, triſtatus de filio tuo, neque ipſum reſurgere facies, prius etiam malum aliud paſſus fueris.“

Ei vero reſpondit deinde ſenex, Priamus deo - ſimilis: „Ne me dum in ſede colloca, Iouis alumne, quamdiu Hector iacet in tentoriis inſepultus; ſed citiſſime redemtum - redde, vt oculis videam: tu vero accipe dona multa, quae tibi afferimus: tu autem his fruaris *vtinam*, et peruenias tuam in patriam terram, poſtquam me primum ſiuiſti ipſum viuereque et aſpicere lumen ſolis.“

Hunc autem torue intuitus allocutus eſt pedibus velox Achilles: „Ne amplius nunc me irrita ſenex; habeo enim in animo et ipſe Hectorem tibi redemtum - reddere; a Ioue enim mihi nuntia venit mater, quae me peperit, filia marini ſenis: ſed et te ſentio, Priame, animo, neque me lates, quod deorum aliquis te duxit celeres ad naues Achiuorum: haud enim auſus eſſet *mortalis* vllus intrare, ne aetate quidem admodum florens in caſtra, neque enim cuſtodes latuiſſet, neque obices facile reſeraſſet portarum noſtrarum. Ideo nunc ne mihi magis doloribus animum commoueas, ne te, ſenex, ne ipſum quidem in tentoriis *incolumem* ſinam, quantumuis ſupplicem, Iouis autem violem mandata.“

Sic dixit; timuit autem ſenex, et paruit ſermoni. Pelei filius vero e domo, leo tanquam, proſiliit foras; non ſolus; eum nempe duo famuli comitabantur, heros Automedonque et Alcimus, quos quidem maxime hono-

rabat Achilles ex sociis, post Patroclum vtique mortuum; hi tunc a iugo soluerunt equos mulasque, introque duxerunt praeconem vocalem senis, et in sedili collocarunt; eleganter - polita autem de rheda detraxerunt Hectorei capitis infinita - pretia; at reliquerunt duo pallia, textamque bene tunicam, vt cadauer contectum redderet domum absportandum. Ancillas autem euocatas lauare *is* iussit circumque vngere, seorsum auferentes vt ne Priamus videret filium: ne is quidem dolenti corde iram non contineret, filium conspicatus, Achilli autem commoueretur carum cor, et ipsum interficeret, Iouisque violaret mandata. Illud vero postquam ancillae lauerant et vnxerant oleo, circumque ipsum pallium pulcrum iecerant, atque tunicam, ipse illud Achilles lectis imposuit sublatum, simulque socii eleuarunt eleganter - politam in rhedam. Ingemuit autem deinde, dilectumque nomine ciebat sodalem:

„Ne mihi, Patrocle irascaris, si forte audiveris, in Orco licet, me Hectorem nobilem redemtum - reddidisse patri eius; *haud enim* mihi indecora dedit dona; tibi vero ego *ex* his etiam impertiam, quantum par - *est.*"

Dixit, et in tentorium rediit *nobilis Achilles*, reseditque in sella affabre - facta, vnde surrexerat, pariete ex aduerso, Priamumque allocutus est sermone:

„Filius quidem iam tibi redemtus eſt, ſenex, vt iuſſiſti; iacet autem in lectis, et cum aurora apparente videbis ipſe abducens; nunc vero memores ſimus coenae. Nam et comas - pulcra Niobe memor - fuit cibi, cui tamen duodecim liberi in aedibus perierant, ſex quidem filiae, ſex autem filii pubeſcentes: hos quidem Apollo interfecit ab argenteo arcu, iratus Niobae, illas autem Diana ſagittis gaudens, quoniam Latonae ſe aequiparabat genas - pulcrae; dixit *illam* duos peperiſſe, ſe vero peperiſſe multos; illi vero, duo *tantum* licet - eſſent, omnes perdiderunt. Et ii quidem nouem - dies iacebant in caede, neque quis erat, qui ſepeliret; populos enim lapides fecerat Saturnius; eos autem decima die ſepelierunt dii coelites. Et haec quidem cibi memor fuit, poſtquam fatigata erat lacrymas fundens. Nunc vero alicubi in petris, in montibus deſertis, in Sipylo, vbi aiunt dearum eſſe cubilia Nympharum, quae circa Acheloum choreas ducunt, illic, lapis licet ſit, immiſſos a diis dolores concoquit. Sed age iam et nos curam - geramus, nobilis ſenex, cibi; deinde vero dilectum filium defleas, in Jlium vectum; multis autem lacrymis - proſequendus tibi erit."

Dixit, et propere - ſurgens ouem candidam velox Achilles mactauit; ſocii vero excoriaruntque et curarunt ſcite et decore, minutatim dein ſecuerunt perite, et verubus transfixe-

runt, aſſaruntque accurate, detraxeruntque omnia. Automedon autem panem ſumtum diſtribuit in menſa pulcris in caniſtris: at carnes distribuit Achilles; ii vero ad cibos paratos appoſitos manus porrigebant. At poſtquam potus et cibi amorem exemerant, Dardanides quidem Priamus admirabatur Achillem, quantus erat, qualisque: diis enim viſu ſimilis erat. At Dardani progeniem Priamum admirabatur Achilles, adſpiciens vultusque egregios, et ſermonem audiens. At poſtquam ſatiati ſunt alter alterius adſpectu, illum prior allocutus eſt ſenex Priamus deo - ſimilis:

„Mitte nunc cubitum me quam primum, Iouis alumne, vt iam ſomno dulci oblectemur cubantes: nondum enim clauſi ſunt oculi ſub palpebris meis, ex quo tuis ſub manibus meus filius amiſit animam: ſed aſſidue ingemiſco et dolores innumerabiles concoquo, aulae in ſeptis volutatus in fimo. Nunc tandem etiam cibum guſtaui, et nigricans vinum per guttur demiſi: antea ſane nequaquam guſtaveram.“

Dixit; Achilles vero ſocios et ancillas iuſſit, lectos ſub porticu ponere, et ſtragula pulcra purpurea iniicere, ſternereque deſuper tapetes, chlaenasque imponere villoſas ſuperne obducendas. Illae vero exierunt domo, facem in manibus tenentes, ſtatimque ſtrauerunt duos lectos feſtinantes. Hunc autem falſo -

metu - ludens allocutus eſt pedibus velox Achilles:

„Extra quidem iam cuba, ſenex optime; ne quis Achiuorum huc aduениat conſiliarius, qui mecum aſſidue conſilia conſultant aſſidentes, vt mos eſt: horum ſi quis te viderit celerem per noctem nigram, continuo diceret Agamemnoni paſtori populorum, et forte dilatio redemtionis cadaueris fieret. Verum age mihi hoc dic, et accurate narra, quot diebus cupis iuſta - facere Hectori nobili, vt tamdiu ipſeque quieſcam, et copias contineam."

Illi autem reſpondit ſenex Priamus deo - ſimilis: „Siquidem iam me vis celebrare funus Hectori nobili, ſic certe mihi faciens, Achille, grata feceris. Scis enim, vt intra vrbem concludimur, longeque lignum deuehendum ex monte; admodum vero Troiani metuunt. Nouem dies quidem ipſum in aedibus lugeamus, decima autem ſepeliamus, epuleturque populus; vndecima autem tumulum ſuper ipſo faciamus; duodecima vero pugnabimus, ſi quidem neceſſe *erit*."

Eum autem rurſus allocutus eſt pedibus valens - nobilis Achilles: „Erunt tibi et haec, ſenex Priame, vt tu iubes; inhibebo enim tanto pugnam tempore, quanto iubes."

Sic vtique locutus, ad carpum manum ſenis prehendit dexteram, ne forte timeret in ani-

mo. Illi quidem in veſtibulo domus illic dormierunt, praeco et Priamus, prudentia mentibus conſilia tenentes: at Achilles dormiit in receſſu tentorii bene compacti; ei autem Briſeïs accubuit genas pulcra.

Alii quidem diique et mortales bellatores - equos curribus iunctos regentes dormiebant totam per noctem molli domiti ſomno; ſed non Mercurium vtilitatum - auctorem ſomnus cepit, verſantem - animo, quomodo Priamum regem e nauium - coetu educeret, clam ſacris portarum - cuſtodibus. Stetit autem ſupra caput, et eum ſermone allocutus eſt:

„O ſenex, non vtique tibi curae - eſt malum; cum ita adhuc dormis viros inter hoſtes, poſtquam te intactum - ſiuit Achilles. Et nunc quidem dilectum filium redemiſti, multaque dediſti: pro te autem viuo vel ter tot dederint dona filii qui ſunt relicti, ſi Agamemnon reſcierit de te Atrides, reſcierintque omnes Achiui.“

Sic dixit; timuit autem ſenex, praeconemque excitauit; iis autem Mercurius iunxit equos mulasque, citoque ipſe egit per caſtra, neque vllus ſenſit.

Sed, cum iam ad meatum perueniſſent pulcre - fluentis fluuii Xanthi vorticoſi, quem immortalis genuit Iupiter, Mercurius quidem tum abiit ad excelſum Olympum, Aurora an-

tem croceo - induta peplo ſpargebatur totam ſuper terram; ii vero ad vrbem agebant lamentisque gemituque equos, mulae vero cadaver ferebant; neque quis alius ſenſit prius virorum aut eleganter - cinctarum mulierum: ſed Caſſandra, ſimilis aureae Veneri, Pergamo conſcenſo dilectum patrem conſpexit ſtantem in curru, praeconemque vocalem; illum vero *Hectorem* ſuper mulabus vidit iacentem in lectis; tum vero eiulauit, clamauitque totam per vrbem:

„Viſite, Troës, et Troades, Hectorem, progreſſi, ſi quando et viuo e pugna reuerſo gauiſi eſtis: magnum enim gaudium vrbique erat, totique populo."

Sic dixit; neque aliquis illic in vrbe relictus eſt vir, neque mulier; omnes enim intolerandus inuaſit luctus; prope autem portas occurrerunt cadauer aduehenti. Primae ſuper hoc vxorque dilecta et veneranda mater vellebant - crines ad rhedam volubilem ruentes, tangentes *eius* caput; flensque circumſtabat turba. Et certe totum diem vsque ad ſolis occaſum Hectorem lacrymas - fundentes delamentati - fuiſſent ante portas, ſi non e ſella ſenex populum allocutus fuiſſet:

„Cedite mihi *via*, vt mulabus transeam; at deinde ſatiabitis vos fletu, poſtquam vexero domum."

Sic dixit; hi autem diducti - ſunt, et ceſſerunt *via* rhedae. Illi vero poſtquam vexerant in inclytas aedes, eum quidem deinde tornato in lecto poſuerunt, iuxtaque collocarunt cantores, qui naenias auſpicarentur; qui quidem gemitibus miſtum cantum lugubre canebant, adgemebantque mulieres. Illis autem Andromache vlnas - candida exorſa - eſt luctum, Hectoris homicidae caput inter manus tenens: „*Mi* vir, vita iuuenis excidiſti, meque viduam deſeris in aedibus; filius autem infans adeo, quem genuimus tuque egoque calamitoſi, neque ipſum puto ad pubertatem perventurum; prius enim vrbs haec a culmine euertetur; vtique enim periiſti cuſtos, qui illam ipſam ſeruabas, tuebarisque vxores venerandas, et infantes liberos: quae iam cito nauibus auehentur cauis, et ſane ego inter has; tu vero, fili, vel me ipſam comitaberis *illuc*, vbi certe indignis laboribus exerceberis, laborans pro domino immiti; vel aliquis Achiuorum proiiciet, manu correptum, a turri, triſtem ad interitum, iratus; cui forte fratrem interfecit Hector, aut patrem, vel et filium: perquam enim multi Achiuorum Hectoris manibus mordicus prehenderunt immenſum ſolum. Non enim mitis erat pater tuus in pugna triſti: ideo et illum ciues quidem lugent per vrbem. Infandum autem parentibus luctum et moerorem attuliſti, Hector, mihi vero praecipue relicti ſunt dolores graues.

Non enim mihi moriens e lectis manus porrexiſti; neque aliquod mihi dixiſti prudens dictum, cuius vtique perpetuo recordarer noctesque et dies lacrymas fundens.“

Sic dixit flens; adgemebant autem mulieres. Illis vero et Hecuba vehementem exorſa eſt luctum:

„Hector, meo animo omnium longe cariſſime filiorum, certe mihi etiam dum viueres, carus eras diis. Illi enim tui curam geſſerunt etiam in ipſo mortis fato; alios etenim filios meos pedibus velox Achilles vendebat, quemcunque caperet, trans mare infructuoſum, in Samum, inque Imbrum, et Lemnum importuoſam: tibi vero poſtquam eripuit animam longa - acie - munito aere, ſaepe raptauit ſui circa ſepulcrum ſocii, Patrocli, quem interfeceras: excitauit tamen illum ne ſic quidem; nunc autem mihi roſcidus et recens in aedibus iaces, illi ſimilis quem argenteo - arcu - inſignis Apollo ſuis mitibus telis ſuperueniens interfecit.“

Sic dixit flens, luctumque vehementem excitauit. Illis vero deinde Helena tertia exorſa eſt luctum:

„Hector, meo animo leuirûm longe cariſſime omnium; namque mihi maritus eſt Alexander diuina - forma - praeditus, qui me duxit ad Troiam; vtinam antea periiſſem! Iam enim nunc mihi hic vigeſimus annus eſt, ex quo

huc veni, et a mea deceſſi patria; nunquam tamen a te audiui malum dictum, neque ignominioſum; verum ſi quis me etiam alius in aedibus increparet leuirum, vel glorum, vel fratriarum elegantibus - peplis - indutarum, vel ſocrus, (ſocer enim, pater tanquam, mitis ſemper;) tu contra illum verbis admonens cohibebas, tuaque humanitate et tuis lenibus verbis. Quocirca te ſimul fleo et me infelicem, dolens corde; non enim quisquam mihi iam alius in Troia lata benignus, neque amicus; ſed omnes me abominantur.“

Sic dixit flens; adgemuit autem plebs immenſa. Apud populum vero ſenex Priamus verba dixit:

„Conuehite nunc, Troiani, ligna ad vrbem, neque quicquam animo timeatis Argiuorum denſas inſidias; nam Achilles dimittens me ſic pollicitus - eſt nigris a nauibus, non prius ſe infeſtaturum, quam duodecima veniſſet Aurora.“

Sic dixit; illi vero ſub rhedis boues mulosque iunxerunt; ſtatimque deinde ante vrbem congregati ſunt. Nouem dies quidem hi adducebant immenſam materiam; at cum iam decima apparuit lucem - mortalibus - afferens Aurora, tum vero extulerunt audacem Hectorem lacrymas fundentes; in pyra autem ſumma cadauer poſuerunt, iniiceruntque ignem.

Quando autem mane genita apparuit roſea - digitos Aurora, tum quidem circa pyram in-

clyti Hectoris congregatus eſt populus. Sed poſtquam congregati ſunt, frequentesque fuerunt, primum quidem pyram extinxernnt nigricante vino totam, quantum occuparat ignis vis; at deinde oſſa alba legerunt fratres, ſodalesque, lugentes; vberes autem defundebantur lacrymae per genas; et ea aureum in loculum poſuerunt excepta purpureis peplis obtecta mollibus; mox autem in cauam foſſam poſuerunt; et ſuperne denſis lapidibus ſtrauerunt magnis. Cito vero tumulum aggeſſerunt; circumque ſpeculatores ſedebant quaquauerſus, ne prius ingruerent bene ocreati Achiui. Aggeſto autem tumulo, redierunt, et deinde frequentes congregati, epulati ſunt ſplendidum-epulum, aedibus in Priami Iouis-alumni regis. Sic illi vtique curauerunt funus Hectoris equûm-domitoris.